Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

2º H. int. 55 m/(1

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



F. L. Schmitner ſc. Viennæ.

Digitized by Google

JOAN. CHRISTOPHORI
DE JORDAN,
S. R. M. Hungariæ & Bohemiæ
Conſiliarii Bohemici Aulici,
DE ORIGINIBUS
SLAVICIS,
OPUS
Chronologico-Geographico-Hiſtoricum:
Ab antiquitate literis nota,
In Seculum usque Chriſtianum decimum:
Ex fontibus ipſis antiquis
Scriptorum tum Romanorum tum Græcorum,
Et ex hiſtoriis
Variarum aliarum Gentium,
Ad res Slavicas illuſtrandas facientium, deductum;
In Tomos II. diviſum:
Quorum prior
INTRODUCTIONEM IN ORIGINES SLAVICAS,
Nec non
CONSPECTUM GENERALEM IN TOTUM OPUS,
Et
INDICEM TRIPLICEM,
Chronologicum, Geographicum, & Hiſtoricum:
Alter
APPARATUM TRIPLICEM,
Chronologicum, Geographicum, & Hiſtoricum
continet.

VINDOBONÆ,
Typis Gregorii Kurtzböck, & Joan. Jacobi Jahn, Univ. Typogr.
MDCCXLV.

Fs V 4/63/5

Digitized by Google

Digitized by Google

JOAN. CHRISTOPHORI
DE JORDAN,
S. R. M. Hungariæ & Bohemiæ
Conſiliarii Bohemici Aulici,

DE ORIGINIBUS SLAVICIS,

TOMUS I. ſeu PARS I.

INTRODUCTIO IN ORIGINES SLAVICAS

In Capita XXIX. diviſa,

De Slavis præcipuè, tum verò & de aliis Gentibus,

Ad Slavicas res illuſtrandas facientibus:

Bojis, Illyriis, Marcomannis, Quadis, Alamannis, Vandalis, Gothis, Herulis, Rugis, Scyris, Hunnis, Langobardis, Gepidis, Bojoariis, Thuringis, & Saxonibus, tractans;

Cui accedit:

Conſpectus Generalis in totum Opus,

Nec non

Index triplex locupletiſſimus, Chronologicus, Geographicus, & Hiſtoricus.

VINDOBONÆ,
Typis Joan. Jacobi Jahn in P. I. & Gregorii Kurtzböck in reliquis.
MDCCXLV.

Digitized by Google

Digitized by Google

OPERIS De Originibus Slavicis PARS I.

SEU

INTRODUCTIO IN ORIGINES SLAVICAS.

CAPUT I.

De Bojis Celticis, quondam Bohemiæ incolis.

A.U.C. §. I. 160. DE BOJORUM, aliorúmque Gallorum prima, partim in Italiam, partim in Germaniam MIGRATIONE, ſequentem in modum refert *Livius*: Tarquinio Priſco Romæ regnante (circa annum Urbis Romæ conditæ 160.) Ambigatus, Rex Celtarum, ſororis ſuæ filios Belloveſum, & Sigoveſum, in alias terras, quas Dii dederint, mittere ſtatuit. Sigoveſo ſortibus dati Hercinii ſaltus: Belloveſo via in Italiam obtigit. *Belloveſus* populum, quem ſecum duceret, ex Biturigibus, Arvernis, Senonibus, Heduis, Ambarris, *Carnutibus*, Aulercis, excivit: Taurino ſaltu Alpes transcendit, Tuſcos acie fundit, Mediolanum urbem condit. Subſecuti Elitovio duce Cænomani ſedes, ubi nunc Brixia & Verona urbes ſunt, capiunt. Poſt hos Salvii citra Ticinum amnem, expulſis Liguribus, conſident. Pœninis Alpibus *Boji*, Lingonésque transgreſſi, cùm jam inter Padum atque Alpes omnia tenerentur, Pado ratibus trajecto, non Etruſcos modò, ſed etiam Umbros agro pellunt: intra Apenninum tamen ſeſe tenuêre. Tum Senones recentiſſimi advenarum ab Utente flumine uſque ad Aeſim fines habuêre. Vid. App. Num. 515.

§. 2. *Sigoveſus* populum ſuum præcipuè ex Helvetiis, Volcis Tectoſagibus, & BOJIS excivit. Helvetii, & Volcæ Tectoſages inter Herciniam ſilvam, Rhenúmque & Mœnum amnes, Boji intra ipſam Herciniam ſilvam conſederunt. Terra hæc Herciniis montibus undique cincta à Bojis *Bojohemia*, id eſt Bojo- 516. b.

A.U.C. rum patriæ, nomen accepit, & Hercinia iſta ſpecialis pars eſt Vid. App. Num.
Hercinia magna, quæ ſilvas Martianam, Odonianam, Speſſartum, 516. 2.
Buchoniam, Semanam, & Gabretam, dein montes Sudetos, & re-
liquos Bohemiæ, nec non Sarmaticos, & Carpaticos comple- 484. 2. 490.
ctitur.

§. 3. Boji itaque tunc temporis triplices fuêre: Boji nempe
reſidui in patria antiqua Celtica; Boji in Italia; & Boji in Ger-
mania & Bojohemia. BOJORUM ITALICORUM potentia
366. per ſemialterum ſeculum ad ſummum fermè, ita ut Romam ipſam 517. 3.
caperent, excrevit; aſt ab inde mox iterum decrevit, & intra 149.
duo ſubſequa ſecula ad nihilum ferè redacta eſt; ſeptimo men-
ſe enim ab urbe capta, pacto auri pretio, recedentes, à Camillo
dictatore graviter cæſi, & dein ſucceſſivè per varia tempora à 518. 519.
Romanis bello afflicti, & cladibus multis attriti ſunt. Reliquiæ
eorum imbelles, amiſſo nomine, aliis populis intermixtæ, in 520.
566. Italia quidem manſerunt, ſed armorum capaces ex Italia in Pan-
noniam emigrârunt, & apud Tauriſcos habitârunt. BOJIS his
PANNONICIS nec ibi locorum ſtabilitas obtigit, ſiquidem decur-
700. ſo necdum ſemialtero ſeculo, temporibus Jul. Cæſ. à Bœrebiſta Da- 521. 522.
corum Rege, unà cum Tauriſcis, evaſtati & deleti ſunt. Inde er-
go *deſerta Bojorum* nomen accepêre, quorum ſitus ad latus meri- 389. 392.
dionale montium Cetiorum in parte hodiernæ Auſtriæ & Hun-
gariæ erat. Romani poſteà in deſertis his colonias Sabariam,
hodie *Stein-am-anger*, & Scarabantiam, hodie *Edemburg*, exci-
târunt.

§. 4. Bojorum ALTERA MIGRATIO magna legitur in hi-
471. ſtoriis ad ſeculum quintum Romanum, duce ſcilicet Brenno, 523. 524.
dein Leonorio, & Lutario, in Dardanos, Thraciam, Bithyni-
am, & Aſiam, condito ibidem ſpeciali regno Galatarum, ſeu
Gallo-Græciæ, quod civilis belli tempore inter Julium Cæſarem,
706. & Pompejum, anno ſcilicet U. C. 706. ſub Rege Deiotaro adhuc
vigebat. Diſtinguebantur tum in tres gentes: Toliſtobojos,
Trocmos, & Tectoſages. Huic migrationi non tantùm Bojos
ex Italia, ſed & Tectoſages ex Germania inter Mœnum & Her-
ciniam Thuringicam, atque Bojos ex Hercinia Bohemica, inter-
fuiſſe ſentiendum videtur.

640. §. 5. BOJI BOHEMICI primum inſultum paſſi ſunt à Cim- 530.
bris natione Germanica, quibus autem prævaluerunt. *Cimbro-
rum* à Bojis Bohemicis repulſorum fata hæc fuêre. Recedentes
ab Hercinia ſilva, ad Iſtrum ſeu Danubium, & Scordiſcos Gal-
los (itaque ad eos, qui in Servia hodierna, ad Savum, non pro- 470.
cul à Danubio habitabant: námque alii quoque Scordiſci circa
Thracias & Macedoniam ſedebant) deſcenderunt, inde ſe ad 547.
Tauriſcos in Noricum converterunt. Anno ſequente Romanum
641. conſulem Papirium Carbonem ad Noreiam in Norico cædunt: 531.
obtentâ hac victoriâ verò ad Helvetios ſe conferunt. Poſthæc
645. M. Junium Silanum conſulem: dein M. Aurelium Scaurum, le- 532.
647. gatum conſulis C. Marii: porro Manilium conſulem, & Q. Ser-
649. vilium Scipionem, caſtris binis exutum, vincunt. Demum ve-
653. rò à conſule C. Mario ingenti clade, cæſis hominum CXL. mil- 534.
libus

A.U.C. libus, captis LX. atteruntur. Valida itaque & potens adhuc A. U.C. 640. debuit eſſe gens Bojorum Bohemicorum, quæ tam bellicoſam & numeroſam Cimbrorum gentem à finibus Bohemiæ repellere potuit. Vid. App. Num.

§. 6. Alter inſultus Bojis Bohemicis imminuit à Marcomannis circa ſeculum ſeptimum Romanum finiens, quorum armis impares Boji ſedes ſuas ſilvæ Herciniæ derelinquere coacti ſunt. 690. 525.

694. Hi Boji erant, quos Julius Cæſar trans Rhenum incoluiſſe, in agrum Noricum tranſiiſſe, Noreiam oppugnâſſe, & Helvetiis ad diripiendas Gallias ſe aſſociâſſe, dum autem direptio hæc ma- 526. a. 527.
696. lè cederet, ſedes pacificas apud Heduos cepiſſe, & hominum, qui arma ferre poſſent, millia XXXII. fuiſſe dicit.

§. 7. Expulſio Bojorum ex ſilva Hercinia à Marcomannis, adhuc in ſtatu populari, ſeu ſub directione optimatum conſtitutis patrata, & ad ſtatum regium ſub Rege Maroboduo nullo modo rejicienda eſt. 529. 539. 567.

§. 8. Mirum videri poſſet, Bojos Marcomannis reſiſtere non potuiſſe eadem fortitudine, quâ ante 50. annos Cimbris reſtiterant. Unde colligendum, Bojos, gloriâ nationis ſuæ partem Illyrici & Aſiæ tenentis incitatos, his temporibus jam magìs & magìs veſtigia popularium ſuorum legiſſe, & ex Bohemia maximam partem emigrâſſe. 523. 524.

CAPUT II.

De Statu Illyrici, ejúſque acquiſitione per Romanos.

§. 1. CApite præcedente actum de ſtatu antiquo Bohemiæ ſub Bojis Gallis; agendum nunc foret de ſtatu ejusdem Bohemiæ ſub Marcomannis, & dein de ingreſſu Slavorum in Bohemiam. Aſt quoniam & Marcomanni promiſcuè in Illyrico ſedes fixêre, & Slavi ex Illyrico in Bohemiam venêre, præmittenda eſt conditio Illyrici.

§. 2. ILLYRICUM, reſtrictiùs acceptum, ſeu Illyris, comprehendit Japydes, Liburnos, & Dalmatas: latiſſimè verò etiam Noricos, Pannones, Mœſos ſuperiores, Dacos cis-Danubianos, & Macedones. 385. a. b. 469. 759. b. c. 541.

§. 3. ILLYRII, ſtrictiſſimè accepti, inter Scardonam & Macedoniam, primi fuerunt, qui ſub poteſtatem Romanam redacti ſunt. Seculo quinto Urbis conditæ maris Adriatici oræ ſeptentrionales & orientales omnes ſuis propriis ſuberant imperiis. 385. b.
451. 541.
524. Seculo ſexto verò *Teuca* Regina Illyrii Romanos in ſe concitavit necando legatos Romanorum, qui de latrociniis maritimis queſtum venerant. Facinus hoc Romani vindicant, civitates Illyriorum capiunt, & principes eorum in deditionem accipiunt.
525.
574. Illyriorum deinde Rex *Gentius*, ob maritimas incurſiones in Italiam, apud Romanos offenſam incurrit, aſt purgat ſe. Perſeo 543.
583. 545.

Digitized by Google

A.U.C. Macedoniæ Regi contra Romanos rebellanti ſe ſociat. Bello tri- Vid. App. Num.
586. ginta dierum vincitur, & captivus Romam ducitur.

598. §. 4. Contra DALMATAS, qui ſocios Romani populi va- 546.
599. ſtaverant, parum proſperè primùm, poſteà feliciter pugnatum.
637. Eos Cornelius Naſica conſul domat. Deficientes Metellus con-
679. ſul iterum vincit. Dalmatarum dein maxima pars ſubigitur. JA- 549.
584. PYDES Seculo ſexto Cincibili Gallorum Tranſalpinorum Regis 545.
625. ſocii erant, itaque nondum imperio Romano parebant: victi ſe- 546.
culo ſequente, & ſub jugum Romanum miſſi.

544. §. 5. Lævinus conſul, Hadriaticum atque Jonium mare pri- 542.
mus ingreſſus, maritimas obtinuit civitates, Philippum quoque
MACEDONIÆ Regem, qui Hannibali Pœno ſe ſociaverat, vin-
549. cit; cum quo tamen pax demum convenit. Philippo autem
583. mortuo filius ejus Perſeus pacem ſolvit, & Romanos graviter cæ- 545.
587. dit. Victus, captus, & triumphatus eſt Perſeus.

571. §. 6. M. Claudius conſul, Gallis ex provincia exactis, Iſtricum 542.
bellum moliri cæpit, literis ad Senatum miſſis, ut ſibi in ISTRIAM
573. traducere Legiones liceret; id Senatui placuit. L. Duronio com- 543.
miſſa expeditio in Iſtros, eò quòd Tarentini Bruduſiníque nun-
tiâſſent, maritimos agros Apuliæ infeſtos transmarinarum na-
576. vium latrociniis eſſe. A. Manlius conſul ab Aquileia contra Iſtros 544.
profectus, ad lacum Timavi caſtris exuitur; ea autem, oppreſ-
ſis ibi hoſtibus vino ſomnóque gravatis, recipit. Iſtrorum qua-
577. tuor millia in acie cæſa. C. Claudius conſul, exciſis tribus op-
pidis de Iſtris triumphat. Iſtri ſeculo Romano ſexto nondum
plenè ſub jugo Romano fuiſſe videntur, itémque CARNI, quo-
584. niam Cincibili Gallorum Tranſalpinorum Regis ſocii erant, & 545.
Romam, de injuriis à Proconſule Caſſio illatis queſtum, legatos
miſerant, ipſi quoque legatione à Romanis honorati ſunt. Ami-
ci igitur, non provincia Romanorum fuiſſe videntur.

661. §. 7. C. Geminius Prætor contra THRACES infeliciter pugna- 548.
vit. Variis pòſt annis Thraces in Macedoniam Romanorum pro-
674. vinciam incurſiones fecerunt. Dolabella Proconſul de Thraci-
bus victis triumphavit. Ap. Claudius Proconſul ad Sarmatas us-
676. que (nempe ad Pontum Euxinum habitantes) pervenit, & levi-
bus præliis varias gentes, quæ Rhodopam incolebant, vicit. M.
683. Lucullus Proconſul omnes Thraces ſubegit. Ita ditioni Roma- 550.
næ ſex Thraciarum provinciæ ſunt conquiſitæ.

679. §. 8. C. Scribonius Curio poſt conſulatum DARDANOS 549.
& MOESOS ſubegit: primus Romanorum ducum ad Danubium
usque, Daciâ tenus, id eſt, in Mœſiam ſuperiorem penetravit,
681. ultrà verò non, ſed tenebras ſaltuum expavit. Idem Curio Dar-
danos Thraciæ vicinos iterum vicit.

§. 9. SCORDISCI, Gallica gens, ſedes ſuas in Illyrico ſæ- 470. 558.
pè mutârunt, ad Illyriorum, Pannonum, Thracúmque fines etiam
619. progreſſi. M. Cæſonius Prætor in Thracia cum Scordiſcis proſpe- 546.
640. rè pugnavit. C. Cato conſul Scordiſcis intulit bellum, igno- 547.
641. minioséque pugnavit. Didius Prætor vagos, & libera populatio-
642. ne diffuſos, intra ſuam repulit Thraciam. Druſus ulteriùs egit, &

vetuit

Digitized by Google

A.U.C. vetuit tranſire Danubium. Minucius Scordiſcos toto vaſtavit Vid. App.
644. Æbro. Num.

§. 10. Ex hucusque excerptis apparet: in Illyrico usque ad
Julii Cæſaris primum conſulatum populos juri Romano ſubjectos
fuiſſe, Iſtros, Japydes, Liburnos, Dalmatas maritimos, Macedones,
Thraces, Dardanos, & pro parte ſaltem Mœſos ſuperiores.
De Carnis ambigendum eſt, an tunc jam plenè recognoverint
Romanum Imperium: item de Dalmatis interioribus in
hodierna Boſnia, & parte Serviæ, nec non partim de Mœſis ſuperioribus.
Certum autem eſt, totam Pannoniam, & Noricum
utrumque, in libertate priſtina perſtitiſſe.

§. 11. Sub Julio Cæſare nihil fermè in Illyrico accrevit Ro- 551. 552.
manæ ditioni: ita enim tum Gallicis tum civilibus bellis diſtineba- 553.
tur, ut ampliandi in Illyrico Romani imperii locus nullus daretur.
695. Quin potiùs ſub conſulatu Cæſaris primo C. Antonius in Thra- 551.
697. cia parum proſperè rem geſſit. Cæſar ex Gallia bis in Illyricum
699. viſendi potiùs quàm expeditionis gratiâ profectus eſt per Alpes 551. 552.
Graias, dein Carnicas, à ſe Julias dictas.

§. 12. Sub Auguſto Cæſare Dalmatia penitùs ſubacta, PAN- 554. 555.
NONIA tota acquiſita, Marcomanni & Quadi ex Pannonia pulſi,
& NORICUM utrumque quoque ſubjugatum. Ipſa etiam
MOESIA (quod intelligendum de ſuperiore) ditioni Romanæ 555.
acceſſit. Japydes quoque ab Auguſto debellati & confecti ſunt.
Unde conſequens eſt, CARNOS, qui permixti cum Japydibus
habitabant, nec non Iſtros, jam omni ex parte Romanis provinciis
cinctos, jugum Romanum plenè ſubiiſſe.

§. 13. *Dalmatæ* ſub Auguſto aliquoties jugum Romanum ex-
721. cutere tentârunt; unde Cajus Cæſar in eos duas expeditiones 556.
722. bellicas duxit. Iterum verò propter exactum tributum Julio &
744. Fabio Maximo Coſſ. rebellionem fecêre: & demum, Rege ſuo Ba- 559.
759. tone Dyſidiato auctore, ſub conſulatu M. Æmilii Lepidi, & L. 560.
761. Arruntii; quæ rebellio M. Furio Camillo, & Sex. Nonio Quin- 568.
tiliano Coſſ. ſedata eſt.

728. §. 14. Circa annum U. C. 728. *Mœſi* ſuperiores plenè ſubacti 557.
videntur, ſive de cætero jam antè contra eos M. Licinius Craſ-
ſus (qui A. U. C. 724. conſul fuit) bellum cœperit, aut poſt
conſulatum id geſſerit. Idem M. Craſſus *Thraces* refractarios eo-
729. dem tempore, quo Auguſtus ipſe contra Cantabros expeditionem
ſuſcepit, domuit.

721. §. 15. *Pannones* Cajus Cæſar eadem expeditione bellica, quâ 556.
Dalmatas & Japydes, petiit; unde colligendum, bellum id cum
parte tantùm Pannonum, Dalmatis & Japydibus vicinorum, fuiſ-
ſe. Non ſubjugati itaque tunc ſunt Pannones, ſaltem omnes,
738. quin potiùs, dum multò pòſt in Iſtriam Romanam incurſiones 558.
feciſſent, & à Silio, ejúsque legatis, incommodis affecti eſſent,
742. pacem acceperunt. Demum autem à Tiberio plenè ſubacti ſunt,
armis ademptis, & junioribus Pannonum pleriſque in alias re-
759. giones translatis. Breuci tamen, Pannonica gens in hodierna 560.
Slavonia, pòſt adhuc, unà cum Dalmatis vicinis, rebellârunt,
760. ſed pacificatione ad obſequium altero anno reducti ſunt. 568.

Digitized by Google

A.U.C. §. 16. *Norici* Pannonibus in invadenda Iſtria ſe ſocios præ- Vid. App. Num.
738. buerunt : unde & in eandem ſortem ſervitutis inciderunt. In 558.
742. Pannonibus, itaque & Noricis, ſubjugandis egregiam operam
Scordiſci, ad fines Pannonum inter Savum & Margum fluvios
ſedentes, attulerunt.

CAPUT III.

De varia mutatione populorum Illyrici.

§. 1. EX populis PANNONIÆ INFERIORIS, quos *Ptolemæus* 434.
non pro ævo ſuo, ſed pro ſtatu florente Pannoniæ ad-
huc liberæ, deſcribit, in hiſtoriis de Cæſaris Auguſti tempore
non alii, niſi Breuci, Scordiſci, & Amanteni occurrunt; de
Hercuniatibus autem, Andiantibus, & Araviſcis jam nulla men-
tio. Mirum id non eſt, quoniam tempore Julii Cæſaris Boere-
biſtas Dacorum Rex in terras ſibi vicinas & non ſubjectas ad No-
ricum usque vaſtitudinem intulit, Auguſtus Cæſar quoque Pan-
742. noniorum devictorum juniores pleroſque in alias regiones abdu- 558.
cendos vendidit; unde ad ſcriptores Auguſto poſteriores nomi-
na tantùm quædam notiora pervenêre.

§. 2. De populis PANNONIÆ SUPERIORIS, deſcribente 389.
eodem *Ptolemæo*, nec ſub Auguſto, minùs poſt eum, ſupereſt
memoria, niſi de *Latovicis*, quo nomine Prætorium in itinera-
riis occurrit: & de *Bojis*, in conſervata appellatione deſertorum
Boicorum: nec non de *Cytuis* in inſula, quæ Cytuorum nomen
(inſula Schüth) ad poſteros derivavit. Ab Oſſeriatibus vete-
* ribus *Oſi*, tempore Taciti Hiſtorici trans Danubium in tergo 464.
Quadorum poſiti, deſcendiſſe videntur. Populorum Pannoniæ 554.
partem ab evaſtatione Dacica raro cultore gaudentem Marco-
manni & Quadi occupârant, usque dum Auguſtus A. U. C. 738.
& 742. omnes reliquos Pannones ſubjugaret, &, ut Pannoniæ
Danubius pro limite eſſet, Marcomannos & Quados ultra ripam
pelleret.

§. 3. In ILLYRICO ORIENTALIORE vix non funditùs 562.
perierunt gentes plurimæ & maximæ: Scordiſci Thracici, Tri-
balli, Dardani, Autariatæ, Ardiæi, Daſaretii, Hybrianes: ita
ut deſertæ eſſent regiones per plurium dierum itineris ſpatium.

§. 4. In has vaſtitates Romani libenter ſemper gentes trans-
danubianas receperunt, eásque agris, aliisque rebus neceſſariis
providerunt.

§. 5. Sub Auguſto Ælius Catus ex trans Iſtrum ſitis partibus 484. b.
à Getis in Thraciam quinquaginta millia hominum traduxit, qui
Myſi dein appellati.

50. §. 6. Vannium Quadorum Regem profugum ſecuti clientes 573.
acceptis agris in Pannonia locati ſunt. M. Aur. Antoninus in- 587.
269. finitos ex gentibus in Romano ſolo collocavit. Sub Claudio 624.
Imp.

A.U.C. Imp. factus miles barbarus, & colonus ex Gotho. Probus cen- Vid. App.
280. tum millia Baſtarnarum in ſolo Romano conſtituit, qui omnes Num.
fidem ſervârunt. Sed cùm & ex aliis gentibus pleroſque pariter 633.
transtuliſſet, id eſt, ex Gepidis, Gautunnis, & Vandilis, illi omnes fidem fregerunt, & occupato bellis tyrannicis Probo, per totum penè orbem pedibus, & navigando vagati ſunt.

295. §. 7. Carporum natio translata omnis in Romanum ſolum, 637.
cujus ferè pars jam tum ab Aureliano erat. Id ſic intelligendum:
272. Aurelianus Daciam propriam transdanubianam, à Trajano pro- 628.
vinciam Romanam factam, omiſit, novam Daciam cis Danubium inter duas Mœſias conſtituit, & illuc Romanum militem Daciæ, & colonias abduxit. Carpi ergo (qui ſeculo ſecundo ſecundùm *Ptolemæum* inter Baſternas & Peucinos medii ad Carpa- 486. b.
tum montem ſederant) occupârunt ſub Aureliano, ſeculo tertio, partem ſeptentrionalem Daciæ transdanubianæ, & inde quaſi pars ditionis Romanæ effecti ſunt, quòd terram Romanam occupaverint.

§. 8. Conſtantinus in ditionem populi Romani liberum Bar- 642.
baris aditum præbuit.

CAPUT IV.

De Marcomannis & Quadis.

§. 1. UTerque hic populus ejus nationis Germanicæ erat, quæ Suevica in commune vocabatur, & in multos populos particulares diſpeſcebatur. SUEVORUM antiquiſſimorum 538.
INSTITUTUM erat, ex centum pagis (id eſt diſtrictibus, quos habitabant) quotannis ſingula, itaque centum millia armatorum, bellandi causâ, ſuis ex finibus educere, reliquos domi manere, ſe atque illos alere: anno pòſt invicem hos in armis eſſe, illos domi remanere; ut ſic neque agricultura, neque ratio atque uſus belli intermitteretur. Ab hoc evagatorio bellandi modo, à germanico vocabulo *Swewen* ſeu *Schweben*, quod eſt vagari, Suevorum nomen deſcendit.

690. §. 2. Conformiter huic inſtituto dicendum eſt: circa tempora Julii Cæſaris expeditionem bellicam unius anni à centum millibus armatorum Suevorum contra Bojos, Herciniæ ſilvæ Bohemicæ incolas, ſuſceptam eſſe, & ita ſucceſſiſſe, ut Boji, jam per crebras emigrationes in Illyricum & Aſiam multùm attenuati, ſedibus ſuis planè pellerentur. Victores Suevi non pro inſtituto ſuo omnes domum reverſi ſunt, ſed opportunum judicârunt, terram hanc ſat fertilem, & cæteroquin undiq; fermè Suevicis gentibus incluſam, nec incultam & deſertam relinquere, minùs verò aliis nationibus aditum intra Suevicas terras patefacere, ſed eò partem gentis ſuæ, cum uxoribus, liberis, cæteráque familia, inducere. MARCOMANNI hi, Germanicè *Marckmänner*, vel à *March* limite, quaſi limitanei viri Suevicarum gentium versùs

Van-

Digitized by Google

A.u.C. Vandalos, & Danubium, quem fermè attingebant, vel à *Marck* Vid. App.
medulla, quaſi robuſti viri compellati fuiſſe videntur. Num.
696. §. 3. Innotuerat Suevis, Helvetios ferè omnes jam per tres 526. a.
annos invaſionem paráſſe in Gallias, & anno 696. in ipſa dire-
ptione Galliarum verſari. Scitu, conſenſu, & ſocietate Sue- 536.
vorum, *Arioviſtus* Germanorum ductor Galliis hoc ipſo anno cum
CXX. millibus bellatorum ſe infuderat. Hanc occaſionem diri-
piendarum, & fors poſſidendarum Galliarum Suevi non præter-
mittendam rati, coacto ex omnibus centum pagis milite, ad
Rhenum conſederunt, eúmque tranſire conati, aſt, cæſo & ul-
tra Rhenum fugato Arioviſto, domum reverſi ſunt, in ipſo re- 537.
ditu ab Ubiis inſequentibus non modicum detrimentum paſſi.

§. 4. In copiis Arioviſti præter Triboccos, Vangiones, Nemetes (qui omnes ſecundùm *Tacitum de mor. Germ. cap. 28.* Rheni ſuperioris accolæ erant) Marcomanni reperiuntur. Ex hac conjunctione, & quòd ante Triboccos Marcomanni recenſeantur, hos ex ſuperiori adhuc regione, & quidem ex novis incolis ſilvæ Herciniæ fuiſſe, adeóque ſpeciales alios Marcomannos propiùs ad Rhenum fingendos non eſſe exiſtimo.

700. §. 5. Marcomanni in ſtatu adhuc populari extenderunt ſe- 566. 567.
des ſuas ultra Hercinium ſaltum, & Danubium fluvium, in Pan-
742. noniam, usque ad Dravum. Dum autem Auguſtus omnes po- 554. 587.
pulos indigenas Pannoniæ deviciſſet, & limites Imperii Romani
undique usque ad Danubium promovere ſtatuiſſet, MAROBO-
DUUS, novellus Rex Marcomannorum, ab Auguſto Romæ be-
neficiis affectus, ex metu & reverentia Auguſti, populares ſuos
Marcomannos intra ſilvam Herciniam retraxit, & Quados quo-
que Pannoniâ ad ſedes ſuas priſtinas cedere fecit.

§. 6. Maroboduus popularem ſtatum Marcomannorum mu- 565
tavit in regium. Haud multò pòſt populos fermè omnes, ſilvæ
Herciniæ Bohemicæ versùs ſeptentrionem circumjacentes, præ-
cipuè Semnones, Lygios, Sibinos, Gothones, imperio ſuo re-
gio mancipat. Semnones ſecundùm Ptolemæum erant Albis ac- 452.
colæ. Lygii in hodierna Sileſia inferiore ſedebant: in ſuperio- 453. 454.
re verò Sibini, qui Sidones Ptolemæi videntur: Gothones ſecun-
dùm Tacitum erant ſupra Lygios ad Viſtulam. 464.

§. 7. Strabo ex his populis à Maroboduo ſubactis non Luios, 565. 460.
id eſt Lygios, nec alios, quos memorat, ſed ſolos Semnones
pro Suevis habet. Suevos quoque tantùm ad Albim usque (exceptis Semnonibus, & pro parte Hermunduris & Langobardis) pertingere dicit. In hoc ſenſu igitur, quo Vandali ad Viſtulam à Suevis natione ſeparantur (quanquam *Tacitus de mor. Germ. cap. 45.* omnes eos populos ad mare usque Suevis annumeret) Marcomanni omnino limitanei Suevicarum gentium erant, & à *March* limite dicebantur.

§. 8. Potentia Regis Marobodui patet ex Vellejo Patercu- 566.
lo, qui ſub Auguſto & Tiberio vivebat, & ipſemet expeditioni
in Germaniam ad Albim interfuerat. Is refert, Maroboduo exer-
citum pedeſtrem millium LXX. equeſtrem millium IV. fuiſſe.

§. 9.

Digitized by Google

A.U.C. §. 9. Marobodui potentia ſuſpecta reddita eſt Auguſto, qua- Vid. App.
759. propter hic illum armis invadere ſtatuit, ſed ad actualem expe- Num.
Chr. 6. ditionem, ob rebellionem Pannoniorum & Dalmatarum, per- 568.
ventum non eſt.

A.U.C. §. 10. Illiciente Druſo, Germani inter ſeſe vires atterunt. 569.
770. Arminius Cheruſcus, libertatis Germanæ obtentu, in Marobo-
Chr. 17 duum Regio dominatu inviſum inſurgit. A Maroboduo Sue-
væ gentes Semnones, & Langobardi ad Arminium deficiunt.
Gravi prælio vincitur Maroboduus. Langobardi poſthàc ab Al- 449.
bi ad ripam Rheni ſedes ſuas, magna ſaltem ex parte, tranſtule-
runt.

A.U.C. §. 11. CATUALDA in Maroboduum inſurgit, Regiam ejus 570.
772. irrumpit. Deſertus undique Maroboduus ad Tiberii Imperato-
Chr. 19 ris gratiam confugit, & Ravennæ in Italia exul recipitur.

A.U.C. §. 12. Idem fatum Catualdam regni Marcomannici invaſorem 571.
773. anno pòſt excepit; opibus enim Vibilii Hermundurorum Germa-
Chr. 20 norum Regis regno Marcomannico invaſo pellitur, & à Tiberio
Imperatore in Foro Julio Narbonenſis Galliæ ùt exul collocatur.
Regno Marcomannorum à Romanis præficitur VANNIUS Qua-
dicæ gentis.

§. 13. Clientes utrumque Regem infauſtum, Maroboduum 571.
& Catualdam, ſecuti, à Tiberio inter flumina Marum & Cu-
ſum, id eſt Maroſch & Tibiſcum ſub Tranſylvania hodierna, ſe-
dibus datis collocati ſunt.

A.U.C. §. 14. Maroboduus Ravennæ mortuus: ubi ab exilio per 570.
790. duodeviginti annos conſenuit, multùm imminuta claritate ob ni-
Chr. 37 miam vivendi cupidinem. Hinc colligendum, eum circiter A.
U. C. 740. regno Marcomannorum potitum eſſe, quod ſuppoſi-
tum ei 32. regni, 18. exilii, & juventutis ante regnum viginti,
& quod excurrere poſſet, annos tribueret.

A.U.C. §. 15. Vannius Rex Marcomannorum, & Quadorum, æquè 573.
803. à Vibilio Hermundurorum Rege, & à propriæ ſororis filiis,
Chr. 50. Vangione ac Sidone, regno pellitur.

§. 16. Clientes Vannium ſecuti in Pannonia provincia Ro- 573.
mana, acceptis agris, locati ſunt.

CAPUT V.

De imminutione potentiæ Marcomannorum.

§. 1. POtentia Marcomannorum (quam & florentiſſimum ſub Auguſto Romanum Imperium reformidare poterat) ùt ſtudio unius Marobodui intra paucos annos impetu quaſi in ſummum culmen evecta, ita, dum Romani illam Marte deprimere 570
diſtinerentur, arte unius Druſi ſubito lapſu ad humilem fermè ſtatum (quod Marcomannos in ſpecie concernit) redacta eſt. DRUSUS is Germanorum uſus diſſidio, utramque factionem,

A. Chr. hine Marobodui regno, illinc communi cæterorum libertatis voto adhærentem, in proprium invicem exitium concitavit. Vid. App. Num.

§. 2. Cheruſcos ille primùm ARMINIO duce in Marcomannos illexit, eo eventu, ut non tantùm Marobodui vires valde attererentur, ſed & duæ validiſſimæ nationes, Semnones, & Langobardi, in perpetuum regno Marcomannorum renuntiarent, & avellerentur. Hic ergo primus Marcomannicæ potentiæ lapſus fuit, atque eò gravior, quòd, eodem agente Druſo, *Catualda* in exitium fracti jam Marobodui inſtiterit, eúmque cum adhærentibus ſuis ſolum vertere coëgerit. 569. 570.

§. 3. Arminio ab armis contra Marcomannos quieſcente, ab illo ipſo Druſo VIBILIUS Hermundurorum Rex excitatur. Catualdam cæſum idem cum Maroboduo fatum exilii cum ſuis excepit. Hic eſt ſecundus lapſus, immo ruina ferè fortunæ Marcomannicæ, eò quòd per duplicem jam populi Marcomannici tum cladem, tum emigrationem, in viſcera terræ ipſius ſævitum, & pro cumulo malorum regium decus, Romanorum aſtu, à Marcomannis ad Quados in Rege *Vannio* translatum fuerit, unde Regiâ quoque in Quadorum terris exſurgente, Marcomanniam in deſerti formam quandam incidiſſe neceſſe eſt. 571.

§. 4. Locò disjecti Marcomannici, ſub Vannio QUADICUM REGNUM ſummè quidem efflorēſcere cœpit, & teſte *Plinio* à Viſtula in Tibiſcum usque extenſum fuit. Sed in qualemcunque illud magnitudinem excreverit, felicitas illa diuturna non fuit, ſed clade & exilio Vannii ſuorúmque finem invenit. 490.

§. 5. Vannius is certè Jazyges (Metanaſtas, id eſt aliunde, nempe à Mæotide transductos, intra Tibiſcum & Danubium collocatos) nec non Lygios ſupra Sudetos montes versùs Viſtulam habitantes, itaque & omnes populos Lygiis ab una, & Jazygibus ab altera parte intermedios, Viſtulâ ſuperiore, dein montibus Sarmaticis & Carpaticis incluſos, usque ad Danubium ſub poteſtate habuit. De Jazygibus, utrùm ſucceſſoribus Vannii, Vangioni & Sidoni, imperio tenus, an ſocietate tantùm vincti manſerint, ambiguum, illud autem certum eſt, poſterioribus temporibus, ſeculo ſecundo nempe, Quados Granuâ fluvio terminatos, & Jazyges ſociorum, non ſubditorum loco, veniſſe. 573. 489. 490. 454. 601.

§. 6. Illud quoque dubio caret, Lygios omnes jam ab ipſo Vannio ad Vibilium Hermundurorum Regem defeciſſe. Unde hic tertius lapſus eſt regni quondam Marcomannici, & primus regni Quadici repentè evecti, & iterum decreſcentis. Decrementum id eò magìs nocuit rei Quadicæ & Marcomannicæ, quòd, arte itidem Romanorum, regnum, Vannio ſoli eousque obtemperans, diviſum exinde inter Vangionem & Sidonem, adeóque & hoc medio, pro voto Romanorum, debilitatum fuerit. 573.

§. 7. Ab hoc tempore non ampliùs coaluit Marcomannicum & Quadicum regnum, ſed in partes ſciſſum manſit: quamvìs de cætero utraque natio, jure ſociali ſemper juncta, in id præcipuè totis viribus incubuerit, ut jugum Romanum à ſe amoliretur.

tur,

Digitized by Google

A. Chr. tur, quin & , dum ſe præberet occaſio, provinciarum Romanarum partem ad ſe traheret. Vid. App. Num.

§. 8. Prima occaſio ſe obtulit, cùm Domitianus, luxui tantùm ſtudens, rem Romanam variis in locis peſſumdaret, & cladibus diſſimulatis, emptam à barbaris pacem pro victoria apud 574. Senatum Romanum venditaret, barbaris itaque illis liberam quaſi facultatem provincias Romanas agendi ferendi relinqueret. Hoc tempore ſanè Marcomanni, Quadi, Jazyges, PANNONIA ùt ſuâ uti cœpêre, nec inde ejecti priùs ſunt, niſì ſub Marco Aurelio Antonino.

91. §. 9. Domitianus Quados & Marcomannos ulciſci volens, 575. quòd contra Dacos nulla ſibi ſubſidia miſiſſent, in Pannoniam venit, bellum eis illaturus, ſed cæſus & in fugam conjectus non tantùm ab ulteriori expeditione deſtitit, ſed & Dacis pacem antè negatam ſpontè obtulit. Unde colligendum, in parte Pannoniæ Romanæ tunc ſediſſe Quados & Marcomannos: quoniam ſi in propriis tantùm terris transdanubianis ſe continuiſſent, Domitianus ſubſidiorum contra Dacos petendorum titulum non habuiſſet.

§. 10. In Dionis relatis Lygii & Suevi ſub imperio Domi- 575. tiani reperiuntur circa Jazyges transdanubianos, & Mœſos cisdanubianos. De Suevis dubio fermè caret, quòd fuerint populus ille Marcomannicus, qui cum Maroboduo & Catualda exules in hac ipſa regione poſiti. Lygii cenſendi illi, qui, à Vanhio deficientes, partim in terras Mœſiacas immigrârunt. Abhinc de Marcomannis & Quadis nulla fermè mentio usque ad imperium M. Aur. Antonini occurrit.

§. 11. M. ANTONINUS Pannonias, Marcomannis, Sar- 587.600. matis, Vandalis, ſimul etiam Quadis exſtinctis, ſervitio liberavit: Marcomannos in deditionem accepit, plurimis in Italiam traductis. Servierat ergo Pannonia in ſuperiore ſui parte, à tempore Domitiani usque huc, Marcomannis, Sarmatis, id eſt Jazygibus, & Quadis: in inferiore verò parte Vandalis, ſub quibus ſupradictos Lygios intelligo.

168. §. 12. Durante adhuc bello Parthico cœpit Marcomanni- 588. cum. Bellum id à ſcriptoribus promiſcuè etiam vocatur Germanicum, eò quòd Marcomanni & Quadi ſoli non, ſed ſimul alii Suevi Danubio vicini bello contra Romanos impliciti fue- 590. rint.

169. §. 13. Celtæ, qui trans Rhenum incolunt, id eſt Suevi va- 589. rii, nec non Marcomanni, & Quadi, venêre usque in Italiam, attulêreque Romanis maxima & graviſſima incommoda. Ob-
170. ſeſſa ab iisdem Aquileia, Opitergium exciſum. Aſt à Marco, operâ Pertinacis, graviter funduntur.

171. §. 14. Ad initium hujus anni cladem paſſus exercitus Roma- 588.589. nus in Italiæ finibus, quapropter magnus timor populum Romanum inceſſit. Grandi autem apparatu bellico per hunc annum coacto, & appropinquantibus jam Illyrico Imperatoribus gentes barbaræ ſeſe retraxerunt.

Digitized by Google

A.Chr. §. 15. Marcus jam ſolus regnans, triennale primum bellum Vid. App.
172. geſſit, contra Marcomannos, Quados, Jazyges: primo anno 589. ſeqq.
173. victoriam in Pannonia ipſa retulit: ſecundo anno fugientes in
174. conglaciato Danubio aſſecutus cecìdit: tertio anno Quados in
propria ipſorum terra, magìs Dei beneficio, & fulmine auxilia-
torio, quàm propria virtute contrivit. Locus hujus pugnæ ter- 602.
tiæ fuit in Cotino, id eſt, in ea parte Quadiæ, quæ Sarmati-
cos montes ſpectat.

174. §. 16. Poſt partam hanc victoriam gentes in gratiam rece- 594. ſeqq.
ptæ, ſed graviſſimis pacis conditionibus: inter quas erat, quòd
Quadi Marcomannorum ſocietatem ejurare coacti ſint.

175. §. 17. Annus unus dein bello his in partibus Danubianis 590. 597.
vacavit ob rebellionem Avidii Caſſii. 600.

176. §. 18. Alterum expòſt cœpit triennale bellum, gentibus 600.
rebellantibus tum ob abſentiam Imperatoris, tum ob gravitatem
conditionum pacis.

§. 19. Quis tum fuerit populorum ad Danubium ſitus, or- 601. 602.
dine ſuo in apparatu explicatur. 603.

§. 20. Quantùm per hæc bella imminutæ fuerint vires Mar- 604.
comannorum & Quadorum, itidem apparatus adnotat.

§. 21. Proſequitur idem apparatus fata ulteriora Marcoman- 605. 606.
norum & Quadorum ſub Commodo. Marcomanni jam nec ali- 607.
menta, nec virorum ampliùs copiam, ob multitudinem illo-
rum, qui peribant, & ob agrorum vaſtationem perpetuam ha-
bebant. Commodus, cùm eos ad internecionem delere nullo
negotio poſſet, conditionibus tum paternis tum novis pacem
tandem tribuit.

§. 22. Marcus pater Quados jurare fecerat, non permiſſu- 594.
ros ſe, ut per agrum ſuum Marcomanni iter facerent: agro Da-
nubiano Marcomannos mulctaverat: ſedes eorum vacuas Van- 597.
dalis poſſidendas dederat: & Marcomannorum multitudinem 590.
alias in terras abduxerat.

§. 23. Ad ima igitur his temporibus fermè collapſa eſt ſors Marcomannorum: & quæ abhinc ſubſequuntur, non tam nomen Marcomannorum, quàm Quadorum, merentur, quanquam ob celebrem olim Marcomannorum famam ſcriptores aliqui, raro tamen, compellationi Marcomannorum inſiſtant, parvi facientes, num geſta Quadis propriè debita Quadorum vel Marcomannorum nomine inſignirent.

CAPUT VI.

De Statu Quadorum & Marcomannorum uſque ad Attilæ tempora.

§. 1. SEculo tertio inchoante res Quadorum & Marcomanno- 608.
rum in eodem ſtatu, ac tempore Marci Antonini, per-
durabant: *devoti* enim ac *amici populo Romano* audiunt, itaque
ab

A.Chr. ab invaſione Romani Imperii quievêre, & ſuis ſe limitibus con- Vid. App.
tinuêre. Ac quanquam Antoninus Heliogabalus, vaticiniis ſibi Num.
confectionem horum populorum deſtinatam credens, occaſio-
nem quæſierit, in eos, quietos licèt, arma movendi, effectu ta-
men id caruit.

251. §. 2. Seculo tertio medio Gothi mirum in modum rem Ro- 611.612.
252. manam in Illyrico, & Perſæ in Aſia afflixêre. Gallus Imp. cum
253. Gothis fœdus ignominioſum pepigit, & nec hoc à Gothis ſer- 613.
vatum. Peſtis quoque per decennium devaſtavit Romanum Im-
259. perium. Gallienus poſt captivitatem patris Valeriani ſolus re- 614.615.
gnans, & luxuriæ indulgens, rem Romanam ubique terrarum 620.
quaſi naufragio dat.

263. §. 3. Quadi, & Sarmatæ (Jazyges) *Pannonias occupaverunt.* 614.
Euſebius ſcriptor ſeculi initiantis quarti in occupatione Panno-
niarum, Marcomannos Quadis non conjungit, quin nec de eis
mentionem facit; ergo Marcomanni reſidui non Quadis in Pan-
noniam, ſed Germanis aliis in Italiam ſeſe aſſociârunt. Dis-
junctio hæc ex ſeculo priore originem habet, quoniam Quadi
ſub M. Antonino ſocietatem Marcomannorum ejuraverant. Cùm
itaque reſpectum ſemper ad Romanos haberent, huic datæ le-
gi aſſueverunt. Eutropius ſimiliter Quados ſolos, & Sarmatas 615.
in Pannoniis direptis memorat, ac Euſebius.

§. 4. Gallienus, amore filiæ Attali Germanorum Regis, *Pi-* 620.
pa nomine, captus, eam matrimonii ſpecie ſuſcepit, conceſsâ per 621.
pactionem patri ejus parte Pannoniæ. Patrem hunc Sextus Au-
relius Victor in libro de Cæſaribus vocat Regem Germanorum,
in epitome verò, Marcomannorum. Trebellius Pollio hanc u- 622.
xorem, Piparam nomine, & filiam barbari Regis appellat; non
diſtinguendo, cujus gentis Rex is barbarus fuerit. Sanè Euſe-
bius, & Eutropius Marcomannos non nominant inter invaſores
Pannoniæ, nec Marcomanni abhinc apud alios ſcriptores in
Pannonia reperiuntur, ita ut pater Piparæ barbarus, Rex Ger-
manus Quadus, non Marcomannus, cenſeri debeat, & Victor
in epitome nomen gentis promiſcuè accipiat, atque laxè Mar-
comannum vocet, quem propriè Quadum vocare debuiſſet.

270. §. 5. Aurelianus nondum Imperator ſed dux exercitûs 625.
Claudii, contra Suevos & Sarmatas dimicavit, & victoriam re-
tulit. Suevi hi de Quadis, Sarmatæ de Jazygibus intelligendi.

271. §. 6. Confirmato imperio Aurelianus cum Gothis pugnat 626.
dubiâ victoriâ, quam tamen pax ſecuta. Deinde in Alamannos
ſe convertit, eóſque, dum jam Italiæ imminerent, in Rhætia
acie vincit. Alamannis junctæ erant remotiores, & finitimæ
nationes, id eſt, Marcomanni & Suevi. Eodem anno Germa- 627.
ni hi ſocii cladem magnam Romanis afferunt apud Placentiam,
quaproter juſſu Aureliani libri Sibyllini inſpecti, & varia ſacra
expiatoria inſtituta.

272. §. 7. Peractis his ſacris Alamanni & Marcomanni carptim
vagantes perimuntur & vincuntur. Hinc jam ex Zoſimo, qui 626.
Alamannos cum ſociis, & ex Vopiſco, qui Marcomannos ſim- 627.628.
pliciter, invaſores Italiæ dicit, clarum fit, Marcomannos Ala-

 man-

Digitized by Google

A.Chr. mannis & Suevis in Italia diripienda, non Quadis in Pannonia Vid. App. Num.
ſe ſocios præbuiſſe.
§. 8. Ab hoc tempore rara Marcomannorum mentio repe- 629.
ritur in ſcriptoribus, utpote qui jam in Alamannorum popula-
rium ſuorum ſocietatem & nomen tranſibant, & unà cum iis,
partim Italiæ, partim Galliis ſeſe infundebant.
§. 9. Vopiſco teſte, etiam ſub Aureliano cum Quadis, & 632.
Sarmatis, ſcilicet Jazygibus, belliduce Probo, adhuc privato,
res fuit. De Marcomannis autem, quòd cum Quadis fuerint,
nulla mentio.
279. §. 10. Probus in Illyrico Sarmatas, cæteráſque gentes ita 633.
contudit, ut propè ſinè bello cuncta reciperet, quæ illi diripue-
rant. Tunc ergo Quadi, cum ſociis ſuis Jazygibus, ceſſêre
Pannoniâ, quam à tempore Gallieni, ùt ſuam poſſederant.
295. §. 11. Victor cæſos Marcomannos ſub Diocletiano, ſed 637.
non ubi, refert. In Pannonia id eſſe non poterat, quoniam
Marcomanni jam dudum in Pannonia nihil attentaverant: Qua-
di verò jam ſub Probo Pannonias reliquerant. Circa Rhætias
igitur cæſi Marcomanni eſſe debebant.
§. 12. Quadi ſub Diocletiano ad finem ſeculi tertii *jugum* 638.
Romanum pariter ac Scythæ (id eſt Gothi) Alani, Baſternæ,
Carpi, Catti, ſubiiſſe dicuntur. Id aliter intelligendum non
eſt, quàm ſub Probo Quados, æquè ac alios nominatos populos, 682.700.
Romano Imperio devotos ac fœderatos factos eſſe, pacto an-
nuo donativo pecuniario, ut à provinciis Romanis abſtine-
rent, & hoſtibus populi Romani hoſtes eſſent. Scythæ & Sar-
matæ (ſub quibus comprehenduntur Alani, Baſternæ, Carpi)
jam olim ſub Tiberio ſubacti, ùt loquitur *Euſebius*, id eſt, ami- 561.
ci, ùt inquit *Florus*, fuerant, & ſtipendia eos à populo Romano
percepiſſe teſtatur *Aelius Spartianus* in Adriano. Cattis, & reli- 579.
quis Germanis Rheno propinquis, jam promiſerat Alexander 609.
Imp. omnia, quorum opus foret, ſe præbiturum, pecuniáſque
daturum magnâ copiâ, ùt teſtis eſt *Herodianus*. Quadis igitur
pariter, ac aliis gentibus, à Diocletiano ſtipendia & fœdera con-
ceſſa ſunt. Confirmabitur hoc in geſtis Valentiniani infra §.33.
ubi Quadis exprobrat ingratitudinem erga beneficia Romana.
§. 13. Sub Conſtantino Magno bella civilia cum Maxentio, 639. uſque
& Licinio, dein ſub Conſtantio II. cum Magnentio, quæ ingen- 643.
tes vires Romani Imperii conſumpſerunt, in cauſa fuêre, ut bar-
baræ gentes, & inter eas etiam Quadi, reinvaleſcerent contra
Romanum Imperium.
358. §. 14. Sub CONSTANTIO II. motus primi exſtiterunt. Per- 671.
miſti Sarmatæ & Quadi Pannonias & Mœſiam ſuperiorem cuneis
incurſant diſperſis. Conſtantius, coacta militum valida manu,
tranſito Danubio, populandis barbarorum incumbit terris: pri-
mùm in ea parte Sarmatiæ, quæ ſecundam proſpectat Panno-
niam, dein quoque circa Valeriam. Aderant illico Sarmatis pe- 672.
riculorum Quadi participes, ùt anteà ſocii noxiarum; cæſi au-
tem in terras ſuas evadunt. Conſtantius eos in proprias terras
Qua-

Digitized by Google

A.Chr. Quadicas perſequi parans, advenientibus jam multis populis pacem petentibus, in finibus Jazygum & Quadorum ſubſiſtit. Vid. App. Num.

§. 15. Hìc nulli jam Marcomanni, ſed ex Germanis ſoli Quadi, & cæterùm Sarmatæ, eorúmque duplices ſedes memorantur, nempe è regione Pannoniæ ſecundæ, circa Tibiſcum in Bannatu hodierno Temesvarienſi: & è regione Valeriæ à Tibiſco fluvio, uſque ad Granuam, Quadorum regni limitem. Sarmatæ circa Pannoniam ſecundam, Limigantes dicti, in dominos & ſervos diſtincti, erant populus ille, unde Slavi Bohemi, Poloni, Moravi, & Slavi Hungariæ ſuperioris deſcendunt. De iſtis Sarmatis ſpecialiter alibi agetur.

§. 16. Sarmatæ, circa Valeriam, erant Jazyges. Hi nec ab Hunnis, nec ab ullis aliis gentibus unquam loco moti ſunt, ſed poſteri eorum in hodiernum diem iisdem in ſedibus perſeverant.

§. 17. Jazyges, Scythica gens à Moeotide oriunda, in terras Danubianas adhuc ante Chriſti nativitatem, ſub Auguſti imperio, dum is contra Cotiſonem Regem Dacorum bellaret, venerunt, Dacóſque ſedibus, intra Granuam, Danubium, & Tibiſcum, tempore Julii Cæſaris, ſub Bœrebiſta Rege captis, depulerunt, Vannióque dein Marcomannorum & Quadorum Regi ſeculo I. chriſtiano adhæſerunt. 488. 489. 590.

§. 18. Teſte Dione Decebalus Dacorum Rex nonnullam partem regionis Jazygum occupavit, quam cùm Jazyges poſteà repeterent, Trajanus Imperator non reſtituit. Inde colligendum: à Trajano eam partem regionis Jazygum, quæ angulum terræ inter Danubii & Tibiſci confluentiam occupat, & poſteà Aciminci nomine venit, Daciæ à ſe in provinciam Romanam erectæ incorporatam eſſe. 578.

§. 19. Regrediendo nunc ad geſta Conſtantii II. ſuprà §. 14. cæpta, omnium primò ſuper pace & conditionibus Conſtantius admiſit Sarmatas, quoniam hi, ducente Zizai Regali, nec non Rumone, Zinafro, & Fragiledo ſub-Regulis, primi ſupplices facti fuerant; & quanquam ſe & terras ſuas Romanis in deditionem omnimodam offerrent, non acceptavit tamen eam Conſtantius, ſed juſſi ſunt Sarmatæ ſedes ſuas obtinere *impavidi*, reſtituere captivos, obſides dare, & præceptis obedire; quod itaque clientelarem nexum involvit. 672.

§. 20. Secundo loco ſuper pace actum cum Arahario. Is *transjugitanorum*, Quadorúmque parti præerat, qui *nunquam anteà pignora fœderis* exhibere compulſi fuerant. Hæ notæ quaſi certificant, Araharium præfuiſſe Quadis, qui Auſtriam hodiernam trans - Danubianam in campis patentibus ſeu Marchfeld, atque Moraviam, & Sileſiam ſuperiorem inhabitabant. Illi Ammiano rectè vocabantur transjugitani, quoniam reſpectu aliorum Quadorum trans juga, nempe trans montes Hungariam hodiernam ſuperiorem à parte Auſtriæ transdanubiana, dein à Moravia & Sileſia ſuperiore ſeparantes ſiti erant. Ad Quados cisjugitanos in Hungaria pervenerat cum exer- 673.

Digitized by Google

A. Chr. exercitu Marcus Antoninus Imp. non ad tranſjugitanos in Moravia & Sileſia, adeóque hi tum obſides non dederant. Vid. App. Num.

§. 21. Tertio loco actum eſt cum Uſafro. Hic quibusdam *Sarmatis* præerat, *locorum confiniis* & feritate *junctiſſimis*. Hæ notæ denotant Sarmatas, quos jam Tacitus & Ptolemæus antè deſcripſerant. Ptolemæus eos ponit ſupra lineam ab Auſtrali fine Sarmaticorum montium, uſque ad Carpatum montem, id eſt: à montibus Trentſchinienſibus, uſque ad Carpaticos circa Comitatum Sarosienſem, itaque in Hungariæ hodiernæ ſuperioris parte ſeptentrionali, hinc Moraviam & Sileſiam, illinc Poloniam attingente. Hic ſitus erat junctiſſimus Quadis tranſjugitanis, in Moravia & Sileſia. Hos Sarmatas Tacitus intelligere debuit, dum dicit: Gothinis (qui in ferri fodinis, ergo civitatibus Hungaricis montanis habitabant) & Oſis, terga Quadorum claudentibus, tributa partim à Quadis, partim à Sarmatis impoſita fuiſſe. 674. 673. 486. a. 287. 288. 464.

§. 22. Cujus gentis ſpecificæ & linguæ Sarmatæ illi fuerint, nec ex Tacito, nec Ptolemæo, nec Ammiano liquet. Aſt cùm populi totius Scythiæ ſeu Sarmatiæ Europeæ, potiſſima ex parte, ùt latiùs *cap. XIV.* dicetur, Germanicæ fuerint originis, æquè idem de Sarmatis his, & multò magis, quoniam Quados Germanos pro ſuperioribus agnoſcebant, dicendum eſt.

§. 23. Propter hanc dependentiam à Quadis, Araharius pactis cum Uſafro pertinaciter obſtrepuit, firmavítque, pacem, quam ipſe meruit, Uſafro quoque debere proficere, ùt participi, licèt inferiori, & obtemperare Araharii imperiis conſueto. Verùm Conſtantius, qui magìs Romanæ rei conducere credebat, populos à ſe invicem diſſolvere, quàm unire, quæſtione diſcuſſa, aliena poteſtate Sarmatas eripi, & pro ſe ſpecialiter, tanquam Romanorum clientibus, obſides offerre juſſit, quod ii gratanter amplexi ſunt. 674.

§. 24. Quarto loco ſuper pace actum eſt cum maximo numero catervarum *confluentium nationum & Regum*, qui ſuſpendi à jugulis ſuis gladios, id eſt pacem non bellum ſibi dari, petebant. Precibus potiti etiam hi, *accitos ex intimis regni* procerum filios obſidatûs ſorte *opinione celeriùs* obtulerunt, & captivos Romanos reddiderunt. Sub his nationibus & Regibus, è longinquo venientibus, & ex intimis regni obſides, citiùs quàm ſperabatur, adducentibus omnino remotiores populi, tum in Moraviæ & Sileſiæ parte, quæ Arahario non parebat, tum in Bohemiæ parte Moravis & Danubio viciniore, intelligendi ſunt. 675.

§. 25. Quinto loco dijudicata cauſa inter Sarmatas Limigantes, & Victovalos. Illi, olim à ſervis ſuis patriâ pulſi, Victovalis, à quibus recepti, ſe ſubdiderant: nunc autem à Conſtantio nexu abſolvebantur, & liberi Romanorum clientes, ſub Rege illis dato Zizai, eſſe jubebantur. De his alibi plura. 676.

§. 26. Omnibus his in barbarico ſolo, ſeu in finibus Quadorum & Jazygum, geſtis, ſupererant Quadi cisjugitani, id eſt, qui in Hungaria hodierna ſuperiore trans Danubium, à jugis ſupradictis, Hungariam, Auſtriam, & Moraviam 677.

viam

Digitized by Google

A.U.C. viam dirimentibus, uſque ad Granuæ exitum in Danubium, habitabant, ac, victi in terra Jazygum, ad regionem ſuam aufugerant, inde verò ad caſtra Conſtantii pro pace petenda non venerant. In hos igitur contumaces Conſtantius caſtra Bregetionem versùs (id eſt, è regione hodiernæ civitatis Comorrn) movit: atque tunc primùm ad preces vertuntur, & pacem itidem obtinent. Præerat illis Regalis Vitrodorus, Viduarii filius Regis, & Agilimundus ſub-Regulus. Erant quoque ibidem alii optimates, & judices, variis populis præſidentes. De ſitu horum Quadorum non dubitandum ex loco caſtrorum, qui prope Bregetionem, ergò in Comitatûs Comaromienſis parte cis-Danubiana fuit. Vid. App. Num.

§. 27. Vel maximè autem notandum: omnes hos populos, nullatenus uni Regi, ùt olim, paruiſſe, ſed in diverſiſſima regimina diſcerptos, partim formâ quadam Monarchicâ ſub Regibus & Regulis, partim Ariſtocraticâ ſub optimatibus & judicibus, uſos fuiſſe, adeóque à veteri quondam potentia multùm nunc diſtâſſe. Quin immo Ammianus Araharium & Uſafrum, non Reges, ſed Regales, & in optimatibus excellentes, ergo in re ipſa Primates optimatum vocat: quod idem quoque Vitrodoro & Agilimundo applicandum videtur, ita ut ubique apud Quados forma Ariſtocratica obtinuerit.

364. §. 28. Tempore initiantis imperii VALENTINIANI & Valentis, quaſi per univerſum orbem Romanum gentes Barbaræ motus ciebant: Gallias & ſimul Rhætias Alamanni, Pannonias Sarmatæ & Quadi, Thracias Gothi populabantur. En hìc circa Pannonias ſoli Sarmatæ Quadis ſocii fuêre, non Marcomanni. At hi, quotquot ſupererant, à communi invaſione Romani Imperii certè non vacabant: ergo ſub Alamannorum fœdere & nomine participes erant deprædandarum partim Rhætiarum, partim Galliarum. 684.

373. §. 29. Quadorum natio (inquit Ammianus) motu eſt excita repentino, parum nunc formidanda, ſed immensùm quantùm antehac bellatrix & potens, ùt indicant perpetrata, quondam raptim proclivia, obſeſſáque ab iisdem ac Marcomannis Aquileia, Opitergiúmque exciſum, & cruenta complura perceleri acta procinctu, vix reſiſtente Principe ſerio, Marco. En, ad irruptionem tempore Valentiniani Marcomannos Ammianus non aſſociat Quadis, in digreſſione autem ad præteritum, nempe ad irruptionem ſub tempore Marci Aur. Antonini A. 169. Marcomannos & Quados ſimul notat. Vivebat Valentiniani tempore Ammianus, & ipſe expeditionibus bellicis intererat; ergo, dum Marcomannos præterit, indigitat, eos jam ſic vocari deſiiſſe, & reliquias Alamannis adhæſiſſe. 685.

§. 30. Quadi efferati in Romanos, quòd Valentinianus trans Danubium in ipſis Quadorum terris, quaſi Romano juri jam vindicatis, ædificari præſidiaria caſtra mandaverit: deinde quòd Marcellianus, Dux Valeriæ noviter conſtitutus, Gabinium Regem Quadorum, ad epulas corrogatum, violata hoſpitalis officii ſanctitate, trucidari fecerit. 685.

374. §. 31. Quadi, ſociis Sarmatis, Pannonias diripiunt, Legi- 686. 687.

 onem

A.Chr. onem obmotam Mœſiacam maxima ex parte interimunt, alte- Vid. App. Num.
ram Pannonicam omnem penè delent.

375. §. 32. Valentinianus, datâ jam Sarmatis veniâ & pace, 693.
apud Carnuntum per continuos tres menſes æſtivos arma parat in Quados, Merobaudem ibi loci cum parte exercitûs in Quados immittit: ipſe cum reliquo exercitu Acincum properè movet, & ex parte Jazygum tranſito Danubio, in Quados proficiſcitur; cæſis & vaſtatis Quadis, Acincum revertitur, dein in hiberna Bregetionem tendit.

§. 33. Dum de pace cum Quadis agit, exprobránsque in- 694.
gratitudinem eorum vehementiùs irâ commovetur, ſanguinis eruptione extinguitur. Vocavit Valentinianus Quadicam nationem beneficiorum immemorem, & *ingratam*; unde colligendum: pacem antehac cum Quadis, pro more Romanorum reſpectu aliarum quoque gentium, ſic conveniſſe, ut certorum donariorum annuorum participes fuerint; quæ enim alia Romanorum beneficia in Quados derivari potuiſſent?

§. 34. Poſt tempora Valentiniani, ad finem ſeculi quarti, 747. b.
Marcomannorum memoria adhuc occurrit apud S. Hieronymum. Is, dum in epiſtola ad Geruntiam de devaſtatione Romani Imperii per plurimas gentes barbaras loquitur, non nominat Marcomannos ſed Alamannos: aſt in epiſtola ad Heliodorum Alamannos ſilet, Marcomannos citat; unde ipſi uterque populus promiſcuè habitus. Vixit S. Hieronymus uſque ad A.420. conqueritur de fatis Romani Imperii per 20. & 30. annos jam durantibus: vel maximè notat ſemibarbarum proditorem, id eſt Stiliconem, qui initiante planè ſeculo quinto gentes barbaras, ipſe genere Vandalus adeóque Barbarus, in Romanum Imperium illexit. S. Hieronymus tempus 20. & 30. annorum à
fracto Danubii limite, id eſt ab A. 373. intellexit: rectè igitur 747. c.
Marcomanni citantur, qui cum Alamannis Rhætias & Gallias 654.b.655.
invaſerunt; inde autem nullatenus concludendum, Marcomannos in priſtina claritate perſeveràſſe.

§. 35. Poſt hæc tempora finientis ſeculi quarti, Marcoman- 755. c.
ni adhuc in Hiſtoria Miſcella prodeunt, & inter gentes, quæ Attilæ Hunnorum Regi in expeditione Gallica ſeculo quinto medio adhæſerint, numerantur. Facilè quidem conceſſerim, Marcomannos inter ſocios Attilæ fuiſſe, qui jam antè toties Rhætias & Gallias incurſârant: nam cùm Sydonius Thuringos, & Francos ad Nicrum, ſocios Attilæ faciat, quidni Suevi, Alamanni, & populares eorum Marcomanni, jam potiùs Alamannis intermixti extra patriam, quàm in patria degentes, eidem ſe aſſociâſſent, cùm ſemper Galliis inſtiterint? Aſt inde planè eſt, quòd Marcomanni rerum novarum avidi ſedes ſuas veteres intra Herciniam ſilvam neglexerint, et, ùt ſors dedit, ſive cum melioribus, ſive cum paribus, dummodo novis, commutaverint.

§. 36. Hæc omnia dicta ſunto, ut terram Hercinio ſaltui incluſam, id eſt Bohemiam, per tot migrationes & fata valde ſilveſcentem, adeóque novæ Slavorum occupationi & culturæ opportunam nemo mirari queat.

CAPUT

Digitized by Google

A.U.C. Vid. App. Num.

CAPUT VII.

De Germanorum, præcipuè Alamannorum & Vandalorum, migrationibus.

§. 1. INter objecta ſpeciminis hujus de Originibus Slavicis primaria illud ſpecialiter eſt, deſignare, quo tempore Czechus & Lechus fratres, cum popularibus ſuis Slavis, in Bohemiam, quondam Bojorum, dein Marcomannorum ſedem, immigraverint? Ad hanc quæſtionem infrà pluribus deducam, migrationi huic, omnibus perpenſis, optimè convenire ſeculum quartum circa annum Chriſti 374. ſub Valentiniano & Valente Imperatoribus. Ut autem ſententiam hanc firmare & evincere queam, neceſſe mihi eſt, oſtendere, terram Hercinio ſaltu incluſam, id eſt Bohemiam, cultoribus, ſaltem ex parte, deſtitutam, obindéque recipiendi Czechi cum populo ſuo capacem fuiſſe: atque etiam circumvicinos Hercinio ſaltui populos deſertæ ejus partis ex ſua gente implendæ ſtudio non incubuiſſe, quin potiùs & ipſos ex propriis ſedibus aliò commigrâſſe, ac hoc modò Lecho, terras Viſtulanas ſeu Polonicas ſuis auſpiciis occupandi, novámque Rempublicam ibidem condendi occaſionem dediſſe.

§. 2. Attenuationem populi Marcomannici intra Bohemiam aliquot capitibus jam proſecutus ſum; hic autem ſpecialiora quædam, eandem attenuationem confirmantia, ex hiſtoria Alamannorum adhuc adducenda. Attenuationem verò circumvicinorum Hercinio ſaltui populorum migratio Vandalicarum eíſque vicinarum gentium ſubminiſtrabit. Intermiſcebuntur tamen pauca quoque de aliorum Germanorum in Imperium Romanum irruptione, quoniam elucidationi dicendorum de Alamannis & Vandalis inſerviunt.

745. §. 3. Auguſtus Imperator bellum contra Germanos gerens, 540.
eóque victor, ex Suevis & Sicambris quadraginta millia dedititiorum in Galliam trajecit, juxtáque ripam Rheni ſedibus aſſignatis collocavit.

§. 4. Sub Tiberio Imperatore, reſolutis militiæ artibus, Gal- 572.
lia à finitimis gentibus direpta eſt.

§. 5. Sub Alexandro Imperatore, Germani Rhenum Danu- 609.
biúmque transgreſſi, Romanos in fines hoſtiliter intrârunt, exercitus Romanos ripis inſidentes oppugnârunt, pérque urbes & vicos magnis copiis excurrerunt. Conflictibus aliquot habitis, ex quibus Germani haud impares Romanis abierant, Alexander oratores de pace miſit, qui pollicerentur, omnia Germanis Principem Romanum, quorum foret opus, præbiturum, pecuniáſque daturum magnâ copiâ.

A.Chr. §. 6. In novum Francorum nomen plures populi Germa- 623.
255. niæ, & inter eos Cheruſcorum reliquiæ, Catti, Attuarii, Sicambri

A.Chr. bri, Chamavi, Bructeri coierunt, & in Imperii Romani fines Vid. App. Num.
Occidentem versùs magno impetu irruerunt. 620. 617.

§. 7. Circa idem tempus gentes plures Suevicæ in nomen
novum ALAMANNORUM coëunt. Alamanni, quaſi *Halemän-* 644.
ner, id eſt conquirentes viri, dicti ſunt: Germani verò, *Geer-*
männer, conventuum viri. Flavius Vopiſcus in Proculo Tyran- 634.
no, qui contra Probum Imperatorem purpuram in Galliis ſum-
pſerat, dicit, eo tempore Alamannos adhuc Germanos (ſubin-
telligendum *etiam*) appellatos eſſe. Ipſe enim Vopiſcus Manli-
um Statianum apud Senatum Romanum in laudem neo-creati
Imperatoris Probi (A. 277.) perorantem inducit: teſtes virtu-
tis Probi eſſe Francos inviis ſtratos paludibus, teſtes Germa-
nos *& Alemannos* longè à Rheni ſubmotos litoribus. Diſtin-
guit igitur Vopiſcus ipſe inter Germanos & Alemannos, ut hi
ſaltem ipſi ſe jam ante Imperium Probi Alemannos profiteri de-
buerint. Eandem diſtinctionem inter Germanos & Alemannos 614.
facit Euſebius dudum ante Probum ad annos 260. 261. Aleman- 615.
nos quoque expreſsè nuncupat Eutropius ad annum 261. Victor 620. 625.
ad eundem annum 261. & 270. nec non Zoſimus ad annum 626.
271.

261. §. 8. Alamanni vaſtatis Galliis in Italiam tranſiêre: cæ- 614. 615.
270. duntur à Claudio haud procul à lacu Benaco. Aurelianus in- 620.
271. tellecto, Alamannos cum remotioribus & finitimis ſibi nationi- 625.
bus Italiam incurſionibus vexare decreviſſe, relicto Pannoniæ 626.
præſidio, versùs Italiam perrexit, & in extremis ad Iſtrum par-
tibus conſerto prælio, multa barbarorum millia delevit. Hìc
igitur Alamanni non ſoli, ſed cum finitimis ſibi nationibus, id 628.
eſt Suevis: & remotioribus, id eſt Marcomannis & aliis, Italiæ
inſiſtebant, aſt in Rhætia cæſi ſunt.

277. §. 9. Probus Gallias, quæ occiſo Poſthumo omnes turba- 632.
tæ, & interfecto Aureliano à Germanis poſſeſſæ erant, cum in-
genti exercitu petit, ſexaginta nobiliſſimas civitates recipit, Ger-
manos, cæſis propè quadringentis millibus, ultra Nicrum fluvi-
um, & Albam removet, & Regulos novem diverſarum gentium
in deditionem accipit, urbes Romanas quoque & caſtra in ſolo
barbarico ponit, atque illic milites collocat. Quod hìc dicitur
de Alba, non eſt Albis fluvius, ſed regiò montana & aſpera in
Suevia, die Albe dicta. *Eckbard. rer. Franc. Lib. I. cap. 13.*

§. 10. Inter gentes diverſas novem, hìc à Vopiſco comme-
moratas, referendæ ſunt gentes quatuor, quas Zoſimus ad Rhe- 631.
num devictas recenſet, nempe Logiones duce Semnone, Van-
dalos, Burgundos, Francos. Reliquæ quinque gentes ergo A-
lamannicæ, & Suevicæ fuiſſe videntur. Zoſimus addit, ex po-
pulis his, quotquot vivos Probus in poteſtatem redigere potue-
rit, in Britanniam miſſos eſſe, qui ſedes ibi nacti utiles Impera-
tori fuerint. Vandalorum pars, & Burgundi quidam, à Tabula 491. 495.
Peuting. Armalauſi, id eſt populus nuperus dicti, tunc tempo-
ris circa Danubium ſuperiorem ad fontes uſque ſedebant. Lo-
giones iidem erant, qui aliis Lygii & Luii vocabantur, & ex vi-
cinia Viſtulæ ad Rhenum migraverant.

§. 11.

Digitized by Google

A.Chr. §. 11. Probus etiam Vandalos in Romanum ſolum transtu- Vid. App. Num.
280. lit, ſed hi fidem fregerunt, & occupato bellis Tyrannicis Probo, 633.
per totum penè Orbem, pedibus & navigando vagati ſunt, quos tamen Probus diverſis vicibus, variíſque victoriis oppreſſit.

297. §. 12. Sub Diocletiano Conſtantius Cæſar ſexaginta millia 638.
Alamannorum juxta Lingonas in Galliis prælio interemit.

312. §. 13. Conſtantinus Magnus contra Maxentium Tyrannum 639.
pugnaturus exercitum ſuum, præter Britannos, ex redactis in poteſtatem barbaris, Germanis, aliíſque Celticis nationibus conflatum habebat, quibuscum ex Alpibus in Italiam Romam uſque movebat.

354. §. 14. Sub Conſtantio II. Alamannici populi ſub diverſis 645.
Regibus circa Rhenum, Nicrum, & Danubium fluvios, ſedes ſuas habebant. Conſtantius Alamannis his bellum infert, pacem dein petentibus tribuit.

§. 15. Eodem tempore alii Alamanni, Lentienſes dicti, ad 646.
latus Rhætiæ propriæ, circa Lacum Brigantinum ſedebant. Cum his æquè Conſtantius bifariam diviſo exercitu bellum gerit. Alamanni initio victores, redintegratâ pugnâ vincuntur, & graviter cæduntur.

§. 16. Sequentibus annis Alamanni, aliíque barbari, Gal- 647. 648.
lias fermè omnes pervagantur & vaſtant. Ventum dein ad pu-
357. gnam eſt inter Romanos & Alamannos. Hos ducebant duo Re- 649. c.
ges aliis excelſiores Chnodomarius & Serapio; eos autem ſequebantur poteſtate proximi Reges numero quinque, Regaléſque decem, & Optimatum ſeries magna, armatorúmque millia triginta & quinque ex variis nationibus partim mercede, partim pacto viciſſitudinis reddendæ quæſita. Cæſi Alamanni: ſex millia corporum inventa ſunt in campo conſtrata, & inæſtimabiles mortuorum acervi per undas fluminis ferebantur.

358. §. 17. Ex Alamannis Juthungi, Danubii accolæ, pace fra- 650.
cta Rhætias vaſtant. Hi (à Tabula Jutugi vocati) ad finem ſe- 491. 495.
culi tertii ſedebant ad Danubium prope Marcomannos, & erant Quadis intermixti, nunc autem Italiæ imminebant. Hoc anno quoque Suomarius Rex Alamannorum ſpontè, Hortarius autem coactè ſe dedit ſub certis pacis conditionibus.

359. §. 18. Julianus Cæſar expeditionem facit in reliquos pagos, 651. a.
id eſt provincias Alamannorum, hoſtiles. Suomarii Regis amici
provinciam in Rheni ripis prope Moguntiacum intactam relin- 651. b.
quit, & tranſitum Rheni ad inferiores ripas, circa Hortarii Regis provinciam quærit, & invenit. Per hanc provinciam innoxiè
tranſit. Ad Regionem cui Capellatii vel Palas (Pfaltz) nomen erat, 652.
ubi terminales lapides Alamannorum & Burgundionum confinia diſtinguebant, caſtra eapropter poſuit, ut Magrianus, & Hariobaudes, germani fratres & Reges, pacem petituri reciperentur, quod & factum. Poſt hos ſtatim Rex quoque Vadomarius venit, cujus erat domicilium contra Rauracos. Is non tantùm pro ſe, ſed & pro aliis tribus Regibus Alamannorum, Urio, Urſicino, & Veſtralpho pacem petit: quam & hi accipiunt, poſtquàm miſſis legatis, poſt meſſes incenſas & habitacula, captóſ-

 que

A.Chr. que plures & interfectos, ita ſupplicarent, tanquam ipſi hæc Vid. App. Num.
deliquiſſent in Romanos.

361. §. 19. Alamanni à Pago Vadomarii exorſi vaſtant confines 653.
Rhætiis tractus. Contra eos miſſus Romanus Dux Libino cum
petulantibus Rhætiæ populo, & Celtis, ſeu Gallis, in fugam
conjicitur. Pôſt Julianus Cæſar Alamannos transmiſſo clam no-
ctu Rheno incautos invadit, aliquos occidit, reliquis ſe deden-
tibus pacem dat.

364. §. 20. Tempore initiantis imperii Valentiniani & Valentis, 654. a.
barbari fermè ubique infeſtant Romanum Imperium. Gallias &
ſimul Rhætias Alamanni populabantur. Concitati ſunt Alaman-
ni in Romanos ex duplici cauſa: nempe quòd eis certa & præ-
ſtituta ex more munera præberi deberent, minora & vilia autem
ſint attributa. Deinde quòd Alamanni ab Urſacio tunc magiſtro
officiorum iracundo & ſævo aſperiùs tractarentur, adeóque con-
tumeliosè ſe deſpectos haberent. Per varios annos variè pugna-
tum.

370. §. 21. Alamannos diſperſos aggreſſus per Rhætias Theodo- 654. b.
ſius, ea tempeſtate magiſter equitum, quoscunque cepit, ad
Italiam juſſu Principis miſit, ubi fertilibus pagis acceptis tribu-
tarii circumcoluêre Padum.

378. §. 22. Lentienſis Alamannicus populus, tractibus Rhætia- 655.
rum confinis, pagorum omnium incolis in unum collectis, cum
quadraginta armatorum millibus in Galliam irrumpit. Gratia-
nus Nannienum Ducem, cum Mallobaude domeſticorum Comi-
te, Regéque Francorum, contra Alamannos mittit. Romani
primùm fugantur, ſed per ſupervenientem Gratianum reſtituto
prælio, Alamanni cæduntur, ita ut ex prædicto numero non ni-
sì quinque millia evaderent, interfecto quoque Rege Priario.
Gratianus tranſito latenter Rheno univerſam gentem Lentienſium
Alamannorum delere ſtatuit. Confugiunt hi in invios montes,
per Romanos autem inſecutos prælio victi, in altiores montes
ſecedunt, & tandem pacem precantur & obtinent. Data ab eis
juventus valida, & tyrociniis Romanis permixta eſt. Alamanni
390. ſocii fuerunt Gothorum in exercitu Regis Radagaſti contra alias 789.
gentes Barbaras.

374. §. 23. Burgundionum octuaginta fermè millia, quot nun- 684.
quam anteà, ad Rhenum deſcenderunt. Burgundiones partem 749. a.
413. Galliæ propinquantem Rheno obtinuerunt. Diverſæ ſedes Bur- 751. b.
gundionum uſque ad A. 450. videantur *in Apparatu*.

§. 24. S. Hieronymus inter invaſores Romani Imperii in 747. b.
epiſtola ad Geruntiam ponit Quados, Vandalos, & Alemannos,
in epiſtola ad Heliodorum Quados, Vandalos, & Marcomannos,
ergo hos & Alemannos pro iisdem habere videtur.

406. §. 25. Suevi, Vandali, & Alani Gallias trajecto Rheno in- 749. a.
409. greſſi. Iidem populi Hiſpanias ingreſſi. Sorte ad inhabitan-
411. dum ſibi provinciarum dividunt regiones. Gallæciam Vandali
occupant & Suevi: Alani Luſitaniam, & Carthaginienſem pro-
vincias: & Vandali, cognomine Silengi, Bæticam ſortiuntur.
Hiſpani per civitates & caſtella reſidui à plagis, barbarorum per
pro-

Digitized by Google

A.Chr. provincias dominantium ſe ſubjiciunt ſervituti. Suevorum ingentem multitudinem (ut itaque Marcomanni & Quadi interfuiſſe cenſendi ſint) in Gallias & Hiſpanias migrâſſe, ibique ſub ſpecialibus Regibus potentiâ ſupra alios populos creviſſe, docet *Apparatus*. Vid. App. Num. 754. b, c.

422. §. 26. Exercitus ad Hiſpanias contra Vandalos miſſus eſt. 749. b.

427. Gens Vandalorum à Gothis excluſa de Hiſpaniis ad Africam tranſit.

CAPUT VIII.

Illatio ex dictis: migrationi Czechi & Lechi in Bohemiam ex parte incolarum & accolarum nihil obſtitiſſe.

§. 1. IN hoc capite numeri Romani revocant ſe ad priora capita, alii numeri additi deſignant paragraphos. Quod verò in prioribus capitibus nondum dictum, ſub numeris marginalibus Apparatûs quærendum eſt.

§. 2. Incolæ Hercinii ſaltûs Bohemici, nempe Marcomanni, ter ſpontè pro parte emigrârunt: exulante Maroboduo, et, anno pòſt, Catualdâ, ad terras transdanubianas in viciniam Daciæ *IV. 13.* dein exulante Vannio in Pannoniam *IV. 16.*

§. 3. Sub Marco Antonino Imperatore Marcomanni plurimi in Italiam & alias in terras traducti *V. 11. 22.* alii bello attriti *V. 15. 18. 20.*

§. 4. Sub Commodo Marcomanni ob perpetuam agrorum vaſtationem, penuriâ alimentorum urgebantur, & ob multitudinem illorum, qui peribant, jam nec virorum ampliùs copiam habebant, *V. 21.*

§. 5. Quadi à Marco Antonino adacti erant ejurare omne commercium cum Marcomannis *V. 22.* & *VI. 3.* latus autem Bohemiæ, quod Quadis non erat contiguum, ſed Danubium & Noricum reſpicit, Vandalicis gentibus à Viſtulæ fluvii vicinia accitis poſſidendum tradebatur. *V. 22.*

§. 6. Quadis itaque & Vandalis, tanquam vallo quodam, abſciſſi erant Marcomanni à Romano ſolo; & cùm ærumnis continuis multùm debilitati eſſent, aliud eis non ſupererat, quàm partes popularium ſuorum Suevorum capere, ipſorúmque fortunæ meliori adhærere.

§. 7. De ſeculo ſubſequente tertio, cùm jam plurimæ gentes Suevicæ ſub nomine novo Alamannorum coiiſſent, certum eſt, Marcomannos in diripiendis & occupandis aliis terris ſocios ſe præbuiſſe, ùt expreſsè patet ex Zoſimo, & Flavio Vopiſco *VI. 6. 7.*

§. 8. De eadem ſocietate circa ſeculum quartum finiens patet ex S. Hieronymo *VI. 34.*

§. 9.

Digitized by Google

A.Chr. §. 9. Inde conſequens eſt, tempore quoque intermedio Vid. Appi Num.
Marcomannos participes fatorum Alamannicorum in proſperis & adverſis fuiſſe, paulatímque ſedes ſuas in Hercinia ſilva deſeruiſſe, & cum aliis ad Danubium, ubi Juthungi Alamanni *VII. 17.* ad Rhætias, ubi Lentienſes *VII. 22.* & ad Rhenum, Nicrum, & Mœnum, ubi plurimi alii Alamanni ſub octo Regibus ſedebant *VII. 18.* commutâſſe.

§. 10. Marcomannis poſthàc, id eſt ſeculo quinto, in Hercinia ipſa reſiduis, occaſio magna ſedes ſuas, vel in Gallias & Hiſpanias, vel ſaltem, in locum migrantium popularium ſuorum, ad Mœnum, Danubium, & Rhenum transferendi obtigit, partim ad initium ſeculi quinti, Suevis & Vandalis in magna multitudine ſedes ad Danubium & Rhenum deſerentibus, & Rhenum tranſeuntibus *VII. 25.* partim circa medium ejusdem ſeculi, multis iterum gentibus Attilam in Gallias ſequentibus. *VI. 35.*

§. 11. Ab illo tempore ſanè memoria omnis Marcomannorum in hiſtoriis exteris evanuit; in hiſtoriis domeſticis quidem Bohemicis & Moravicis, in bellis inter has gentes geſtis, repetiuntur Germani, ſed ſub hoc generali, non ſpeciali Marcomannorum nomine, qui in confiniis Bohemiæ & Moraviæ ſederunt, & Moravis ſemper contra Bohemos juncti fuerunt. Hi ergo reliquiæ erant, ſeu ex Marcomannis, ſeu ex Quadis antiquis, domicilium mutare nolentibus, ſed exordienti novæ Slavo-Moravorum Reipublicæ acquieſcentibus.

§. 12. Hæc de incolis Herciniæ. Videndum nunc de accolis. Vicini versùs Occidentem, ipſiusmet Suevicæ nationis erant, & ſedium aliarum capiendarum causâ nunquam Orientem, ſed meridiem, & Occidentem ulteriorem versùs, in Italiam & Gallias, tetendiſſe leguntur.

§. 13. Vicini versùs ſeptentrionem pariter Suevi erant: & ex his Semnones & Langobardi jam ſub Maroboduo ſocietatem Marcomannorum repudiârunt, & Langobardi Suevis ad Rhenum ſe conjunxerunt *IV. 10.* & *V. 2.*

§. 14. Vicini versùs Viſtulam Lygii à Vannio omnes ad Vibilium Hermundurum defecerunt *V. 6.* inveniuntur poſthac partim circa Moeſiam *V. 10.* præcipuè verò ſub Probi Imperatoris tempore ad Rhenum *VII. 10.* Lygii alii, qui Ptolemæo Luti Bu- 454.
ri, id eſt Luii ſeu Lygii Buri, vocantur, & ad Viſtulam ſede- 464.
bant, apud Tacitum inter Quados & Jazyges reperiuntur.

§. 15. Burgundi apud Ptolemæum ſunt ad Viſtulam, ſupra 452.
Semnones & Suevum fluvium. Seculo tertio finiente erant ad Rhenum *VII. 10.* ſeculo quarto verò, planè circa tempus migrationis Czechi nempe A. 374. octuaginta millia noviter ad Rhenum deſcenderant. *VII. 23.*

§. 16. Vicini versùs Orientem Quadi non in Herciniam ſilvam, ſed, ùt plura capita ſuperiora docent, in Pannoniam ſe extendebant.

§. 17. Vicini demum versùs meridiem ſeu Danubium ſub Marco Antonino, ſeculo ſecundo, *V. 22.* Vandali, ſub Probo, ſeculo tertio, jam Rheno appropinquabant *VII. 10.* multitudo

au-

Digitized by Google

A. Chr. autem magna horum, & aliorum à Viſtula noviter emigrantium Vid. App. Num.
Vandalorum, relictis terris Germanicis Gallias ſeculo quinto initiante, petierunt. *VII. 25.*

§. 18. Ex dictis ſequitur, nullius obſtaculi veſtigium in hiſtoriis reperiri, quò minùs Czechus & Lechus fratres cum populo ſuo Slavico, circa ſeculum quartum finiens, liberum aditum in incultas, & magna ſaltem ex parte deſertas terras ſaltûs Hercinii habuiſſent.

§. 19. Quin immo, ſi Czechi & Lechi migratio etiam multò antè, v. g. ſeculo primo finiente, inſtituta fuiſſet, eâ intentione, ut deſertam tantùm partem terræ incolerent, dicendum omnino videtur, id bona voluntate Marcomannorum obtineri potuiſſe. Traditio totius Slavicæ nationis fidem facit, Czechum & Lechum, inquirendo terram, quietæ & ſinè armorum ſtrepitu acquirendæ habitationi aptam, ad montem Rzip, in meditullio confluentium fluviorum Moldavæ & Egræ cum Albi ſitum, & Pragâ ſeptentrionem versùs quinque milliaribus diſtantem ſubſtitiſſe, ibidémque primitùs ſedes ſuas fixiſſe. Porro hanc regionem eædem traditiones ſilveſtrem magìs quàm campeſtrem depingunt, & immanes ſilvas exciſas & aratro ſubditas referunt. Id certè correſpondet Ptolemæi deſcriptioni geographicæ horum ſituum, námque ſupra Regiam Marcomannorum Marobu- 468.
dum, id eſt ultra parallelum hodiernæ Pragæ versùs ſeptentrionem, nullius civitatis nomen proditur: quod indicium eſt, partem illam Borealiorem Bohemiæ, etiam florentiore adhuc ſtatu regni Marcomannici, ſilvis alendis magìs, quàm urbium exædificationi inſerviiſſe; unde impetratu facile Czecho fuiſſet, ibi locorum penates ſuos ſinè invidia Marcomannorum ſiſtere, & ex incultis terris manſionem ſibi & populo præparare: niſi id ſolum tunc temporis receptioni voluntariæ impedimento fors fuiſſet, quòd Suevi antiqui, teſte Julio Cæſare, glorioſum duce- 538.
rent, quàm latiſſimè à ſuis finibus vacare agros.

CAPUT IX.

De Gothis.

§. 1. GOthicorum & Hunnicorum populorum generalis quædam notitia idcirco Slavicis Originibus inveſtigandis neceſſaria eſt, quoniam populi iſti populos reliquos Scythicos, & Illyricos ferme omnes, trudendo modò hanc modò illam gentem, & transferendo ſedes ſuas modò in hanc modò in aliam plagam, quaſi in turbinem rotârunt, & variis modis exagitârunt.

§. 2. Gothos Jornandes ex Scanzia inſula arcticarum ter- 563.
rarum deducit, eíſque inde in Scythiam magnam progreſſis omnia longis temporibus ante Chriſtum natum à Getis & Dacis (quos eosdem cum Gothis habet) geſta attribuit.

Digitized by Google

A.Chr. §. 3. Miſſis autem his antiquitatibus, potiſſimùm à ſeculo Vid. App.
251. tertio medio Gothi arma in Romanos verterunt, & Danubium Num. 611.
inferiorem tranſierunt, Mœſiam & Daciam vaſtantes: in quo
bello Decii pater & filius Imperatores perierunt.

§. 4. Gallus ſucceſſor, ut ſe liberaret à Gothis, fœdus igno- 613.
minioſum, pacto CC. Drachmarum aurearum tributo annuo, init.
252. Hoc non obſtante Gothi rupta fide ferociùs agunt, & totum Il- 612. 613.
253. lyricum orientale infeſtant. In Pannonias dein quoque provo-
luti à duce tunc Legionum Pannonicarum Aemiliano, multitu-
dine cæſa, reprimuntur.

262. §. 5. Græcia, Macedonia, Pontus, Aſia, vaſtata per Go- 614. 615.
thos. Eodem tempore Scythæ, conjunctis animis ex qualibet
gente nationéque ſua in unum congreſſi, parte quadam copia- 617. 619.
rum ſuarum Illyricum agebant, ferebant, & civitates ejuſdem
vaſtabant, cum alia verò parte Italiam ingreſſi Romam perrexe-
runt. Deſide & luxui intento Gallieno, dum Senatus Roma-
nus validum exercitum cogeret & objiceret, Gothi Italiam, di-
reptam tamen, deſeruêre.

269. §. 6. Scytharum diverſi populi (ait Trebellius Pollio) Peu- 624.
cini, Trutungi, Auſtrogothi, Virtingui, Sigipedes, Celtæ etiam,
& Heruli, prædæ cupiditate in Romanum ſolum & Remp. vene-
runt, atque illic pleraque vaſtârunt, dum aliis occupatus eſt
Claudius. Armatarum gentium trecenta viginti millia fuêre.
Hos Claudius brevi tempore attrivit, de his vix aliquos ad pa-
trium ſolum redire permiſit. Pugnatum eſt apud Mœſios, &
multa prælia fuerunt apud Marcianopolim, multi naufragio pe-
rierunt: plerique capti Reges, captæ diverſarum gentium nobi-
les fœminæ: impletæ barbaris ſervis, ſenibúsque cultoribus Ro-
manæ provinciæ: factus miles barbarus & colonus ex Gotho.
Pugnatum apud Byzantios: pugnatum apud Theſſalonicenſes:
pugnatum in diverſis regionibus: & ubique auſpiciis Claudia-
nis victi ſunt Gothi.

270. §. 7. Gothi ex pugna ad Naiſum ſuperſtites, curribus ſe 624.
munientes, in Macedoniam, & pòſt in Hæmum montem con-
tenderunt: ſed partim fame & peſtilentiâ, partim ferro perie-
runt; quotquot autem incolumes evasêre, vel legionibus Ro-
manis adſcripti ſunt, vel terram colendam nacti, totos agricul-
turæ ſe dediderunt.

271. §. 8. Gothi tranſito Danubio Pannoniam invadunt: anci- 626.
piti prælio per intervenientem noctem dirempto, trans Danu-
bium recedunt; pacem precantur, & obtinent.

276. §. 9. Scythæ, transjecta palude Mœotide, per Pontum ad 630.
Ciliciam uſque ſita incurſionibus vexârunt: quos adgreſſus Ta-
citus, partim ipſe debellatos ad internecionem delevit, partim
Floriano deſignato Prætorii Præfecto debellandos tradidit.

279. §. 10. Probus per Thracias tendit, atque omnes Geticos 633.
populos famâ rerum territos, & antiqui nominis potentiâ preſ-
ſos, aut in deditionem, aut in amicitiam recipit. Centum mil-
lia Baſtarnarum in ſolo Romano conſtituit, qui omnes fidem ſer-
280. vaverunt. Sed cùm ex aliis gentibus pleroſque pariter tranſtu-
liſſet,

Digitized by Google

A.Chr. liſſet, id eſt ex Gepidis, Gautunnis, & Vandilis, illi omnes fi- Vid. App. Num.
dem fregerunt, & occupato bellis tyrannicis Probo, per totum
penè orbem pedibus, & navigando vagati ſunt, nec parum mo-
leſtiæ Romanæ gloriæ intulerunt; quos quidem ille diverſis vi-
cibus, variíſque victoriis oppreſſit, paucis cum gloria domum
redeuntibus, quòd Probi evaſiſſent manus.

332. §. 11. Gothi reinvaleſcentes Sarmatis Limigantibus bellum 670.
inferunt, ſed ope Conſtantini Imp. centum millibus cæſis ad ſe-
des ſuas repelluntur.

367. §. 12. Novi per Thracias exciti ſunt procinctus. Valens 656. a.
arma concuſſit in Gothos, ratione juſtâ permotus, quòd auxilia
miſêre Procopio civilia bella cœptanti. Caſtris prope Daphnem
poſitis, & ponte contabulato, Danubium tranſit. Gothis autem
ad montes Serrorum arduos confugientibus, provinciam Gothi-
368. cam diripit. Anno ſecuto caſtris ad Carporum vicum locatis, 656. b.
non tranſito Danubio ob ejus exundationem, manet immobilis.

369. §. 13. Valens, tranſito ad Novidunum Danubio, Greuthun- 656. b.
gos Gothos aggreditur, Athanarico Rege fugato, redit in hiber-
na Marcianopolim. Paciſcitur cum Athanarico in medio Da-
nubio, quò uterque cum ſuis nave vectus congreditur. Cauſa
congreſsûs in fluvio erat Athanarici prætextus, ſe juramento 660.
obſtrictum eſſe, ne unquam calcaret ſolum Romanum.

§. 14. Marcianopolis civitas, & vicus Carporum erant in 656. c.
Mœſia ſecunda, Thraciarum provincia: ſedes igitur Gothorum
in parte Walachiæ hodiernæ & Moldaviæ.

371. §. 15. Brevì poſt hoc tempus Gothi, qui ſeculo priore plu- 657. a.
rimas alias gentes agitaverant, vices nunc ab HUNNIS recipi-
unt, & ſedibus ſuis undique exturbantur. Greuthungorum Rex 657. a. 658 b.
Ermenrichus, reſiſtere Hunnis deſperans, voluntariam mortem
ſubit. Succeſſor ejus Vithimiris aliquantiſper reſtitit, poſt mul-
tas clades autem in prælio occidit. Parvi filii ejus Viderichi cu-
ratores Alatheus & Saphrax, abjectâ fiduciâ repugnandi, ad am-
nem Danaſtrum fugam capiunt.

§. 16. Athanaricus Thervingorum Gothorum Rex caſtra 657. b.
locat æquè ad margines (inferiores) Danaſtri, partem exercitûs
ſpeculatum hoſtes mittit, ſed ictu veloci petitus ad effugia pro-
perat montium præruptorum circa Tranſylvaniam.

373. §. 17. Pars major populi penuriâ cogente Athanaricum de- 657. c.
ſerit, Alavivo, & Fritigerno ducibus ripas Danubii occupat ver-
sùs Thracias, & oratores ad Valentem Imp. mittit precaturos,
gentem ſuſcipi in Thracias, quietè victuram, & daturam auxi-
lia, ſi res flagitâſſet.

§. 18. Interim Hunnorum innumeræ multitudines omnes 657. c.
regiones circa Danubium à Ponto uſque ad Quados & Marco-
mannos pervagantur, & cuncta opplent montium juga. Intel-
ligendum hoc, quòd Dacica montana præcipuè, non autem
tunc adhuc Pannonias cis Danubium, neque terras Jazygum,
& Quadorum, minùs verò Sarmatarum Limigantium trans Da-
nubium inſederint: populi enim veteres his in partibus adhuc
ſequentibus temporibus inveniuntur.

Digitized by Google

A.Chr. §. 19. Hoc terrore novæ ex abditis trans Mœotidem terris Vid. App.
gentis Conſtantinopolim perlato Valens ad Gothos in Thraciam Num.
recipiendos permotus eſt. Suſceptis igitur Gothis Thervingis 657. c.
ſub Alavivo & Fritigerno ducibus, alimenta pro tempore, &
agri ſubigendi tribuuntur. Vithericus Greuthungorum Rex cum 660.
Alatheo & Saphrace tutoribus, nec non Farnobio, marginibus
Iſtri propinquans, ſimili humanitate, ùt Thervingos, ſe ſuſcipi
petit, aſt repulſam patitur: quam quoque metuens Athanaricus
cum reliquis Thervingis ad Caucalandenſem locum ſilvis & montibus inacceſſum (ergo ad Alpes Baſtarnicas) recedit.

376. §. 20. Hoc & præcedente anno Gothi, inopiâ victûs vexa- 659.
ti, à Lupicino & Maximo, quorum alter per Thracias Comes,
alter Dux, ignominioſè tractantur, liberos, inter quos & optimatum filii, ùt mancipia, pro victu dare coacti, quapropter ſeditionem & defectionem parant.

§. 21. Id tempus opportunum nacti Greuthungi Gothi, qui 661.
æquè in Romanum ſolum, ùt Thervingi, ſuſcipi anteà poſtulaverant, ſed repulſam tulerant, nunc, ſeſe authoribus, Danubium vi tranſeunt, & caſtra in Thracia, ſed longè à Fritigerno
Thervingorum Duce, ponunt.

§. 22. Fritigernus caſtra ſua Marcianopolim transfert: ubi 661.
corrogatis ad Lupicini convivium Fritigerno & Alavivo, cùm
plebs Gothica ab aditu urbis per militem Romanum arceretur, ad
pugnam ventum eſt, & Romanis cæſis ac fugatis, ereptiſque ſignis, Gothi armis induti Romanis, nullo vetante per varia graſſabantur. Ab hoc tempore, refert Jornandes, Gothos cœpiſſe, totas terras ſeptentrionales Romanas uſque ad Danubium
ſuo quaſi, & non jam peregrinorum & advenarum jure tenere.

§. 23. Apud Adrianopolim Gothi cum civitatenſibus ma- 662.
nus conferunt, dein Fritigerno juncti urbem oppugnant: aſt conſilio Fritigerni deſiſtunt, & ad populationem Thraciarum vertuntur.

377. §. 24. Richomeres, à Gratiano cum copiis Gallicis Valen- 663.
ti in auxilium miſſus, confligit cum Gothis circa Hæmum montem: ſed, dum æquo Marte pugnatur, nox certamen diremit.
Farnobius cum manu Gothorum & Taifalorum, qui à clade cum
Frigerido Duce Rom. ſupererant, prece ſupplici vivus ſervatur,
& in Italia ad Mutinam, Regium, & Parmam collocatur.

378. §. 25. Valens copias Gratiani auxiliatrices non exſpectans, 664.
funeſtè cum Gothis confligit, & cum magna parte exercitûs ipſe
quoque perit. Gothi dein, Hunnis in ſocietatem allectis, Con- 665.
ſtantinopolim oppugnare tentant: re infecta autem recedentes,
provincias Romanas uſque ad radices Alpium Juliarum pervagantur, & Pannonias tunc occupant.

379. §. 26. Variæ pugnæ à Romanis contra Gothos, Alanos, & 666.
Hunnos commiſſæ: hi tunc expulſi ſunt ex Thracia ultra Iſtrum;
de Pannoniis autem nulla mentio, itaque hæ in violenta detentione Hunnorum manſerunt.

380. §. 27. Pax deinde cum Gothis Thervingis ſubſecuta. Jor- 667.
386. nandes quidem de Greuthungis Gothis ſub Alatheo & Safrace
idem

Digitized by Google

A.Chr. idem aſſerit; aſt Idatius teſtatur, eos bello victos, & expugnatos Vid. App.
eſſe. Num.

400. §. 28. Gothi Thervingi, ſeu Veſegothi Alarico duce, poſt- 748. a, b, c.
quam Gainæ Gothi conſilium de invadendo Imperio, peſſimè &
cladi Gothorum ceſſerat, Italiam ingreſſi ſunt. Ab Honorio au-
402. tem Imperatore, ut Italiam ab eis liberaret, diriguntur in Gal- 748. d.
lias poſſidendas. Dum jam in itinere in Alpibus Cotiis eſſent,
inſidiis Stiliconis à Saulo Duce invaduntur, aſt prælio ſuperio-
res Romam vindictæ causâ repedant.

400. Rhadagaiſus alter dux Gothorum collectitiorum, qui Ala- 748. a. c.
rico poſſeſſionem Italiæ privativam invidebat, ac proinde æquè 748. d.
405. illuc jam penetraverat, in Thuſcia cœditur.

410. §. 29. Alaricus Rex Veſegothorum Romam capit & diripit. 749. a.
412. Mortuo eo, Ataulfus ſuccedit in regno. Veſegothi, Ataulfo 252. b.
duce, Italiam deſerunt, & Gallias ingrediuntur. 749. a.

§. 30. Veſegothis miſſis, tanquam ad origines Slavicas nihil
ampliùs pertinentibus, ſubjungendum hìc adhuc reſtat, Thra- 748. c. 668
cias, Illyricum, & Pannonias, circa hæc tempora, Gothis pe-
nè omnibus, tam Veſegothis, quàm Oſtrogothis vacuas fuiſſe,
& hos ad terras Scythicas ultra Danubium ſeſe recepiſſe.

CAPUT X.

De Sarmatis ad Pontum Euxinum, & de Venedis Anthis.

§. 1. SARMATIA apud Veteres diverſimodè accipiebatur. Pom-
ponius Mela Sarmatiam vocat, quidquid terrarum eſt 487. c.
trans Viſtulam & trans Danubium. Ptolemæus reſtrictiorem eam
facit excluſis Jazygibus Metanaſtis, & Daciâ magnâ. Jornan- 486. a.
des Jazygum Metanaſtarum non meminit, Daciam verò intra 483. a. 488. a.
Scythiam comprehendit, itaque terras transdanubianas genera- 472. c.
liter pro Scythia habet. Idem generale nomen Scythiæ terris illis 487. d.
antiquiſſimus ſcriptor Herodotus indit. Unde terræ hæ transdanu-
bianæ apud veteres modò nomine generali Scythiæ, modò Sar-
matiæ veniebant, & hæc quaſi ſynonima erant.

§. 2. De Sarmatis his, qui & SCYTHÆ rectè appellaban-
tur, & quidem de Sarmatis, Mœſiæ inferiori vicinis, ad Danu-
bii extremum alveum, & Ponti litora, usque ad Boryſthenis oſtia,
A.U.C. ſequentia loca Hiſtoricorum intelligenda ſunt: Appius Claudius
676. Proconſul Thracas pluribus præliis vicit, & in Sarmatas usque 548.
761. pervenit. Tiberius Cæſar Dalmatas, Sarmatásque, in Roma- 561.
A.Chr. nam redegit poteſtatem. Domitianus expeditionem unam ne-
89. ceſſariò ſuſcepit in Sarmatas, at infeliciter, cæſa enim legio 574.
120. cum legato. Adrianus audito tumultu Sarmatarum & Alano- 579.
rum, præmiſſis exercitibus Mœſiam petiit. Maximinus pacatâ
237. Germaniâ Syrmium venit, Sarmatis inferre bellum parans, at- 610.

Digitized by Google

A.Chr. que in animo habens, ſeptentrionales partes usque ad Oceanum Vid. App.
in Romanam ditionem redigere. Num.

§. 3. Sarmatæ in expeditione Appii Claudii confines Thraciæ, igitur accolæ circa Pontum Euxinum eſſe debebant, quoniam Appius in eos ex Thracia militem duxit. Tiberius nunquam ultra Danubium arma moviſſe legitur; Sarmatæ igitur illi, qui in litoralibus Ponti inter Danubii & Boryſthenis oſtia, circa 472.d.
civitates ibidem à Græcis commercii causâ extructas ſedebant, dum de glorioſis progreſſibus Auguſti audirent, legatos miſerunt, & protectioni Romani Imperii, pactis tamen annuis penſionibus, ſe commiſerunt. 561.
Domitiani expeditio in Sarmatas ſuſcepta eſt circa Mœſiam inferiorem, ibi enim Tacitus unum ex tribus exercitibus Romanis amiſſum refert. 575.
Adriani expeditio æquè per Mœſiam in Sarmatas versùs Danaſtrum fluvium tetendit, námque Sarmatis conjunguntur Alani, qui usque ad Tanaim in- 657.a.
colebant. Maximini deſiderium partes ſeptentrionales ultra Danubium ſubigendi morte præventum eſt.

§. 4. Hucusque ergo, quod de Sarmatis refertur, nullatenus ad Sarmatas Venedos ſeu Slavos pertinet, ſed hi primitùs ſeculo tertio finiente Romanis innotuerunt, proùt ſequente capite pluribus dicetur.

§. 5. SARMATÆ VENEDI ex ſedibus ſuis priſtinis inter Tanaim & Volgam fluvios, per migrationes populorum, versùs Danubium ſubjacentium, exciti ſunt; dum enim Gothi, eísque conjuncti alii populi Scythici, ſecundùm dicta capite præcedente, à ſeculo tertio medio, totum fermè Romanum Imperium, quin & Græciam & Aſiam infeſtarent, maximámque armatorum multitudinem per viginti annorum ſpatium ex ſedibus ſuis educerent, multitudo autem hæc ſub Imperatoribus Claudio, Tacito, & Probo, internecivè ferè partim ferro partim fame & peſte deleretur, patebat occaſio populis reliquis remotioribus, ſedes ſuas in loca Imperio Romano viciniora promovendi.

§. 6. De Sarmatis Venedis, qui ANTHÆ poſthàc dicti, circa Pontum Euxinum, prima mentio occurrit in Tabula Peu- 492.
319. tingeriana, ùt capite ſequenti: dein verò ſub Imperio Conſtan- 669.
tini Magni, qui contra eos ab Euxino Ponto erumpentes, & ad Danubium hinc & illinc ſedes quærendo vagantes, bellum geſ-
322. ſit, illúdque crebris victoriis, præcipuè verò A. 322. occiſo Rege eorum Rauſimodo, confecit; quapropter & ludos Sarmaticos ſex diebus continuis egit.

332. §. 7. Conſtantinus Sarmatis aliis Venedis (qui LIMIGAN- 670.
TES dicti, eò quòd ad limites Romani Imperii in parte ripenſi Daciæ antiquæ Trajanicæ ſederent) contra Gothorum invaſionem auxilio venit, & Gothos, cæſis centum millibus, in priſtinas ſedes repulit. Pace autem cum Gothis firmata, & obſidibus acceptis, in Sarmatas verſus eſt, qui dubiæ fidei probantur, id eſt in Anthas.

§. 8. Ex his à deſcriptore vitæ Conſtantini relatis patet, præter Sarmatas Limigantes, qui fidem populo Romano ſervabant, obindéque contra Gothos auxilia Romana meruêre, alios adhuc

fuiſſe

Digitized by Google

A.Chr. fuiſſe Sarmatas dubiæ fidei, ergo circa Danubium inferiorem & Thracias. Itaque & hi fuêre, contra quos Conſtantinus, decennio antè, bellum per quatuor annos geſſerat. Confirmatur id per relata ex Codice Theodoſiano ad annum 332. quòd nempe Conſtantinus, bello Gothico functus, reverſus ſit Conſtantinopolim, ubi &, docentibus id legibus ibi editis, per totum annum ſequentem 333. manſit. Igitur in Sarmatas dubiæ fidei eodem adhuc anno 332. peracti belli Gothici, iter jam Conſtantinopolim meditans, verſus eſt, eóſque prope Mœſiam adortus compeſcuit. Vid. App. Num. 670.

§. 9. Huc quoque facit, quòd teſte eodem Codice Theodoſiano Conſtantinus pridie Idus Apriles Marcianopoli legem quartam de ſponſalibus ediderit, ergo in Mœſia inferiore ſubſtiterit, & per hanc provinciam Gothos invaſerit, conſequenter Sarmatis Anthis ad Pontum Euxinum in ipſa invaſione Gothorum proximus fuerit.

§. 10. Tempus quoque Sarmatas hos armis inviſendi opportuniſſimum ſuppetebat: teſte enim Idatio in Faſtis, Conſtantinus Gothos vicit. XII. Kal. Maji, igitur in Aprili finiente, ut alia expeditio commodè adhuc ſuſcipi potuerit. 670.

CAPUT XI.

De Sarmatis Venedis, qui Limigantes & dein Slavini dicti.

§. 1. Ex capite nono huc iterum recolligendum: quales in furias Gothorum & Scytharum fermè univerſæ gentes à ſeculo tertio medio actæ, & ſedibus ſuis, prædarum ſpe impellente, ad deglutiendum quaſi Romanum Imperium motæ: quot myriades hominum in Illyricum occidentale & orientale, ac in longinquas quoque Aſiæ provincias eductæ, aſt fortunâ ad Romanos converſâ, diverſiſſimis in locis, & præliis, ad internecionem ferè deletæ ſint. Emigratio hæc & excidium Gothorum primam occaſionem præbuit Sarmatis Slavis inter Tanaim & Volgam fluvium tunc conſiſtentibus, ſedes ſuas in emigrantium locum promovendi, & Danubio ſemper magis & magis appropinquandi.

273. §. 2. Altera occaſio fuit, quòd Aurelianus vaſtam illam, à Trajano conditam provinciam Daciam, quæ à Danubio, inter duos fluvios Tibiſcum & Alutam, ad montes uſque Carpaticos, Alpéſque Baſtarnicas, extenſa erat, abductis inde copiis & coloniis Romanis, omníque gente in Illyricum peſte decennali irruptionibúſque barbaricis vaſtatum transductâ, plenè deſeruerit, & vacuam cujuslibet occupationi fecerit: in quam igitur tum Carpianos (*vid. Cap. III. §. 7.*) tum alias gentes finitimas immigrâſſe, atque eis iterum Sarmaticas gentes ſitu remotiores ſucceſſiſſe, omni rationi conſentaneum eſt. 628. 613.

§. 3.

A.Chr. §. 3. Occaſio tertia obtigit, dum Probus, pace demum Go- Vid. App.
280. this poſt tantas ſtrages reſiduis data, tum ex ipſis his Gothis magnum numerum, tum ex Baſtarnis centum millia hominum, tum reſiduos à Gothica evaſtatione Vandalos Asdingos, in Dacia interiore ſedentes, in Romanum ſolum collocavit. Num. 633.

295. §. 4. Quarta demum occaſio ſub Diocletiano acceſſit, qui Carporum gentem univerſam ex ſedibus ſuis novis ſeptentrionalis Daciæ (*vid. cap. III. §. 7.*) itidem in Romanum ſolum recepit. 637.

§. 5. Hac ſtante evacuatione maxima terrarum à Danubio ad Slavos uſque porrectarum, quis dubitaret, eos ſpe conſequendi melioris ſoli, quin & famâ glorioſi Romanorum nominis motos, ſedibus ſuis poſthabitis, Danubium, utpote communem fermè migrantium nationum ſcopum, petiiſſe, eique proximiores, & inſimul ad latus Romani Imperii tutiores ſeſe ab aliarum gentium effræni impetu reddere anhelâſſe, cùm facilè adhuc domi ſuæ reſcire potuerint, qualia beneficia à Romanis in gentes quietas & amicas promanare ſoleant. Tractabuntur hæc pleniùs *infrà cap. XIV.*

§. 6. His præmiſſis, ad teſtimonia Scriptorum antiquorum procedendo, prima mentio, quæ meo judicio Sarmatas Slavos concernit, occurrit in Flavii Vopiſci Tacito: Is ait: à Mœotide
276. multos Barbaros erupiſſe, quos autem TACITUS Imperator *Conſilio* atque viribus, ut eò redirent, compulerit: ipſos autem *Mœotidas* ita ſeſe congregâſſe, quaſi accitu Aureliani ad bellum Perſicum conveniſſent, auxilium daturi Romanis, ſi neceſſitas poſtularet. Notari meretur, à Flavio Vopiſco his barbaris ſolum nomen generale Mœotidarum, nullúmque ſpeciale dari; inde certè colligendum, nec Scythas, nec Sarmatas veteres, nec Baſtarnas, Peucinos, Rhoxolanos, Jazyges, Alanos, (quoniam omnes hi populi Romanis tunc jam noti erant) ſed ignotam hucuſque gentem fuiſſe. 630.

§. 7. Dubio huic enodando optimè inſervit Tabula Peutingeriana, quam non multis annis abhinc, ſub Probo, conditam eſſe, tot argumenta ferè invincibilia oſtendunt. Tabula hæc Venados Sarmatas ad latus orientale Alpium Baſtarnicarum collocat. Eò uſque igitur Slavi ſeu Venedi illi Mœotidæ ſuaſu Taciti receſſerant: ubi quoque nec Romano Imperio vicini, nec, utpote in locis aliarum gentium migratione & excidio vacuis, ulli harum gentium oneri futuri erant. 492. ſeqq.

§. 8. Eadem Tabula Venedos alios infra Pitos, Getas, & Dacos, ad oſtia Danubii & Pontum Euxinum ponit. Ergo tempore Tabulæ Romani, & præcipuè Gothi vicini, aliique Germanici populi, utrumque hunc populum *Venedos* nomine generico appellabant.

§. 9. Secundùm omnem congruentiam Hiſtoricorum relatorum Venedi illi ſuperiores, ſeu Slavini, qui ſuaſu Taciti à finibus Romanis pauliſper receſſerant, poſt aliquod temporis intervallum, quo de indole & genio eorum meliùs conſtare poterat, & quidem, ùt quàm maximè opinari licet, brevì poſt A.
280. 280. in quo Baſtarnæ ex latere ſeptentrionali Daciæ, & Vandali

A.Chr. li Asdingi ex ipſa Dacia in Romanum ſolum translati ſunt, ad Vid. App.
ipſos limites Romanos annuente Probo Imp. deſcendiſſe opor- Num.
tet. Quam in rem ſequens hiſtoria pertexenda venit.

332. §. 10. CONSTANTINUS Imperator ad Sarmatarum Limi- 670.
gantium preces expeditionem in Gothos ſuſcipit, eóſque ab in-
feſtatione contra Sarmatas quieſcere compellit. In hoc bello
etiam Limigantes ſua ex parte contra Gothos exercitum educe-
bant, & ut eò validiores eſſent vires, ſervos quoque ſuos, da-
tis armis, in numeros militares adſciverant.

334. §. 11. Servi Gothico bello finito arma deponere, & ad ſer- 670.
vilia munia redire renuentes, ſed libertatem, & æqualitatem
jurium cum liberis & optimatibus, itaque regimen Democrati-
cum, ob recens meritum liberatæ ſua ope patriæ, ſibi pervica-
citer vindicantes, contra Dominos, nihil tale probantes, in-
ſurgunt, eóſque, ùt numero multùm inferiores, laribus ſuis ex-
pellunt. Domini hoc fato preſſi, cum uxoribus, liberis, & fa-
mulitio, quod rebellioni non conſenſerat, præcipuè ad gratiam
Conſtantini Imp. refugiunt, qui & eos libenter ſuſcepit, & am-
pliùs trecenta millia hominum, mixtæ ætatis & ſexûs per Thra-
ciam, Macedoniam, Italiámque diviſit.

§. 12. Quod de Italia dicitur, de ejus circuitu, ùt tunc cenſe- 341. 336.
batur, comprehenſis ſimul Iſtris, & Carnis, itaque de datis ſe- 339.
dibus circa hodiernam Carnioliam, & Croatiam, intelligendum
eſt.

358. §. 13. CONSTANTII II. expeditio bellica in Sarmatas
Limigantes, & ſimul in Jazyges & Quados, jam ſuprà *cap. VI.*
§. *14.* *& ſeqq.* relata eſt.

§. 14. Ammianus Marcellinus, ſcriptor planè coævus, ex- 676.
peditionem hanc deſcribens, fidem omnimodam facit de rebel-
lione ſervorum limigantium contra Dominos. Non ſpecificat
tempus, ſed dicit: potentes *olim* ac nobiles fuiſſe Limigantes
Sarmatas, antequam conjuratio clandeſtina ſervorum Dominos
ejeciſſet. Dominos perhibet confugiſſe ad Victohalos remotio-
res, & ſe iis in clientelam dediſſe, ab hac clientela verò per Im-
peratorem Conſtantium, datô eorum Ductori Zizai Regis titu-
lô, abſolutos eſſe.

§. 15. Ly *olim* nihilominus temporis rationem, quæ ex aliis
documentis eruitur, ſat confirmat. Dictum eſt ſuprà, Limi-
gantium collocationem ad Danubium congruere in tempus Ba-
ſtarnarum & Vandalorum translationis cis Danubium A. 280.
Potentia ergo Limigantium ſeculo finiente tertio exordiens, &
à ſeculo initiante quarto uſque ad ſervorum rebellionem de A.
334. creſcens rectè A. 358. per *olim* ab Ammiano explanatur.

§. 16. Ammianus de ſolis Limigantibus Dominis, qui ad
Victohalos, longiùs (id eſt, in latere occidentali Daciæ propriæ,
nunc Tranſſylvaniæ) diſcretos confugerunt, non verò de reli-
quis mentionem facit, qui in numero trecentorum millium ho-
minum in Romanum ſolum recepti ſunt. Non contradicit hoc
aliis ſcriptoribus, ſed Ammianus hiſtoriâ ſuâ ſolùm illos Limi-
gantes, qui motuum de A. 358. participes, & Quadis, nec non

A.Chr. Jazygibus transdanubianis ſocii erant, perſequitur, non illos, Vid. App. Num.
qui longè abhinc in Thracia, Macedonia, & Croatia quieti ſedebant.

§. 17. Limigantium terras, à ſolis ſervis tunc inhabitatas, 678.
clariſſimè deſcribit Ammianus, eas nempe eſſe ad fluvium Parthiſcum, id eſt Tibiſcum, & quidem ad alveum ejus inferiorem atque influentiam in Danubium. Unde dubium eſſe nequit, eam regionem Limigantium convenire hodierno Bannatui Temesvarienſi.

§. 18. Ammianus prælium Conſtantii cum Limigantibus A- 679.
micenſibus non modò hiſtoricè, ſed & geographicè deſcribit, & ſic intelligendus eſt: Amicenſes ex regione ſua trans Tibiſcum, hortante Conſtantio, ad ejus caſtra in barbarico, nempe in ſic dicto Aciminco, ſeu angulo vaſto terræ trans Danubium, & cis Tibiſcum poſita, venientes, & propoſita de recipiendo jugo Dominorum aut derelinquenda regione repudiantes, ad arma proſiliunt, ſed fuſi, fugatíque remeato Tibiſco in regionem propriam ſe recipiunt, repetitim cæſi Maroſch fluvium transnatant, at & tertiò ibidem cæduntur.

§. 19. Abſumptis penè & cæterùm diffuſis Amicenſibus in 680.
Limigantes Picenſes itum; hi clade Amicenſium perterriti ad montana confugiunt, demum pacem precantur, Dominis ſe ſubjiciunt, & in terram aliam, quæ aſſignata fuerit, recedere aſſentiunt. Regio hæc Picenſium ſecundùm deſcriptionem Ammiani erat in parte Wallachiæ cis-Alutenſi.

359. §. 20. Limigantes Servi (id intelligendum plurimi, & qui Dominorum ſuorum jugo non acquieturi credebantur) priore anno longiùs à Danubio & finibus Romani Imperii, verſùs Tibiſci ſuperiores ripas & montes Carpaticos translati, paulatim ſedes novas deſpiciunt & deſerunt, Danubii ripis circa Valeriam 681.
ſeſe inſinuant, atque de populatione hoſtili ſuſpecti fiunt: quapropter Imperator in Valeriam exercitum ducit; miſſis ad Limigantes duobus Tribunis cum interpretibus, ſciſcitatum de cauſa derelictarum ſedium aſſignatarum, & vagationis circa Da- 682.
nubium, ſpem concipit, Limigantes ſinè armis ſedari poſſe. Limigantes ad Imperatorem cis Danubium admiſſi inſultum faci- 683.
unt, ſed penè omnes trucidantur.

§. 21. Ex relatis hactenus ſequentia adhuc notanda veniunt: Ammianus regionem Limigantium Dominis reſtitutam, nominat *avitas* eorum *paternásque ſedes*, ut ergo partim avi partim 681.
parentes illuc collocati eſſe potuerint, ſeculum finiens tertium circa A. 280. pro ingreſſu in has terras ponendum eſt.

§. 22. Tabula Peutingeriana circa ipſum hoc tempus condita, Limigantes Sarmatas nondum noſcebat, remotiùs autem ſeptentrionem verſùs, ad latus orientale Alpium Baſtarnicarum 492.
collocat *Venedos Sarmatas*; Venedorum ergo populus unus idémque cum Limigantibus cenſendus, & ille immigrando ad Danubium, ab eo, utpote limite Romani Imperii, Limigantium nomen apud Romanos attraxit. Non ambigendum autem ipſos Venedos ſeſe linguâ propriâ jam tum Slavos, id eſt laudabiles, nuncu-

A.Chr. nuncupâſſe, ùt *infrà cap. XIV.* Sanè in his ipſis terris laudem ſibi Vid. App. Num.
præ aliis Sarmatis comparavêre, tum apud Claudium Imperatorem, cujus conſilio moti, fines Romanos, ad quos tutandos venerant, ſpontè deſeruerunt: tum apud Probum, qui illis, jam genere vitæ cognitis, denegatas antè ſedes ad Danubium occupare conceſſit: tum apud Conſtantinum Magnum, qui ipſorum protectionem contra Gothos ſuſcepit, immo multitudinem expulſorum Dominorum in Romano ſolo collocavit: tum demum apud Conſtantium II. qui expeditione biennali Dominos in regionem paternam, & in Imperium ſervorum reſtituit.

§. 23. Hos Limigantes, veros fuiſſe Slavos, verbum, licèt unicum, ab Ammiano, in relatione ultimi prælii adversùs ſervos, relatum, *Marba* nempe, quod in ſignum prælii à Limigantibus exclamatum fuiſſe dicitur, comprobat. Vox hæc verè Slavica, & apud Croatas in conſtanti uſu eſt, gregem quemlibet, boum & vaccarum, caprarum, ovium, ſuum, collectivè denotans; individuum autem ex grege vivum & validum *Marſe*, brevì periturum verò, aut jam exanimatum *Merba* dicitur, & hoc ultimum vocabulum *Mrcba* (ut Bohemicè ſcribitur) in uſu apud omnes fermè Slavos ſervatur. Croatæ in ultimo præcepto Decalogi: non concupiſces domum &c. proximi tui, *neque univerſa quæ ejus ſunt*, explicant in ſua lingua: *ni Marbe nikakove blisnyega tvojega*, nec gregis quidquam proximi tui. Apud veteres Slavos igitur, pugnam ordientes, audacia in hoſtes provocabatur, exclamando: *Marba*, *Marba*: id eſt, grex pecorum ſunt, non timete eos, ſed cædite. 683.

§. 24. Slavi Domini, dum Quadis in infeſtationibus terrarum Romanarum ſocios ſe præberent, pro belliduce habebant optimatum quendam Zizaim. Hunc Conſtantius eisdem reconciliatis Regem præfecit, & teſtatur Ammianus, quòd Zizais, ùt res docuerit, inſignibus regiis profectò aptus fuerit, & Romano populo fidelis. Mos Principes barbararum gentium Regis titulo honorandi, jam dudum apud Romanos inoleverat, tum ut Imperatorius titulus eò magìs ſupra Reges emineret: tum ut viderentur quaſi ipſi imperare gentibus, quibus Reges dederant: tum ut per hos Reges beneficii memores totam gentem ſibi addictam redderent. Sic Julius Cæſar, primum conſulatum, & ex provinciis Galliam adeptus, id in Senatu perpulit, ut Ariovistus Germanorum Dux, Galliis finitimus, Rex & amicus declararetur. Sic Maroboduus Marcomannorum, Arminius Cheruſcorum, & Vibilius Hermundurorum Rex populo Romano Regis titulum in acceptis ferre debebant, non populo ſuo, apud quem potiùs inviſi hoc nomine redditi ſunt. Regis igitur titulus Zizaim non re ipſa Regem fecit, ſed, ùt adhuc Procopius ſeculo ſexto teſtatur, forma regiminis inter Slavos in Ariſtocratia optimatum perſeverabat. Id tamen innuit titulus iſte Regius, populum Limigantium tanti habitum fuiſſe, ut ei Regni honos competere videretur. 676.

§. 25. Quòd tam facilè Conſtantius Slavis Dominis aſſociationem cum Quadis ignoverit, & nec deditionem eorum ſpon- 672.

Digitized by Google

A.Chr. taneam acceptaverit, ſed eos ſedes ſuas obtinere juſſerit impa- Vid. App. Num.
vidos, id eſt nulla ſubjectione nexos, argumentum præbet, non
magnam fuiſſe culpam, ſed leves offenſiones populo Romano
ſuffeciſſe, ut populos finitimos in reverentia arcta tenendi, ex-
peditionésque in eos ducendi anſam haberent. Non ergo totus
populus, ſed manipuli voluntarii, præcipuè ex ſervis, in inva-
ſione Romanorum Quadis juncti fuiſſe videntur. Quod & ex
Procopii loco ad A. 549. colligendum, ubi negat: ante Juſtinia- 805.
nii Imperium Slavinos unquam cum exercitu Iſtrum tranſiiſſe.
Dicit Procopius, *cum exercitu*, quod itaque nec hìc fuit, gens
enim tota exercitum non eduxit, ſed globos voluntarios exire
paſſa eſt.

§. 26. Sub Imperatoribus VALENTINIANO & Valente fi- 684.
nes Imperii Romani fermè undique pulſabantur: præcipuè verò
in Europeis partibus Sarmatæ & Quadi Pannonias, Gothi Thra-
cias, Alamanni Gallias & Rhætias perſultabant. Non ſinè in-
genti irritamento hæc accidere poterant, & quod illud fuerit,
Ammianus, ægrè licèt, & pro parte, prodit: omnia nempe in-
fauſta, tum ex avaritia & rigore Valentiniani, tum ex immani-
tate Rectorum provincialium, ad exemplar Principis quidquid
& impunè patrantium, originem traxiſſe.

§. 27. Reſpectu Illyrici S. Hieronymus graviter taxat Equi- 684.
tium Comitem de iniquiſſimis tributorum exactionibus, & quòd
provincias ſibi regendas commiſſas ita eradere ſolitus ſit, tan-
quam à Barbaris vaſtarentur.

§. 28. Ammianus ipſum Præfectum Prætorio, Probum no- 691.
mine, qui A. 374. & 375. Sirmii morabatur, graviùs, quam E-
quitium, de multiplicatione tributorum & vectigalium, & de
ſordido quæſtu divitiarum, & eviſceratione optimatum taxat,
addendo: quosdam optimatum Illyrici, ne perpetui eſſent car-
cerum inquilini, voluntariam mortem ſibi conſciviſſe, alios ex-
tremorum metu exagitatos *ſedes mutare compulſos* eſſe.

§. 29. Inter hos, ex omni hiſtorica combinatione, nume-
randi ſunt CZECHUS, LECHUS, & RUSSUS fratres, tunc in
finibus Italiæ & Pannoniæ, in parte hodiernæ Croatiæ, ad flu-
vium Krupa, in arcibus Krapina & Pſari inquilini, & in ſua gen- 413.d.414
te optimates. Prænotandum id hìc cenſui, quoniam geſta an- a.b.c.
norum 373. 374. & 375. luculentam mihi fidem facere videntur,
migrationem Czechi & Lechi ex Croatia in Bohemiam circa hæc
tempora peſſimæ adminiſtrationis Illyrici contigiſſe. Et ne quid
mirum videatur, Czechum & Lechum cum gente ſua, ut ab
iniquiſſimis oppreſſionibus eliberarentur, imperium Romanum
reſpuiſſe, atque aliam potiùs regionem quietiorem ſectatos eſſe,
in promptu ſunt aliarum gentium paria fata.

§. 30. *Alamanni* fermè omnes ab A. 361. Romano Imperio
ita nexi erant, quaſi in Romanam provinciam jam redacti forent.
Duplex autem cauſa eos abalienavit, & jugo renuntiare fecit:
quarum prima erat deſpectio gentis ſubtractis & imminutis do- 654. a.
nariis ſolitis annuis: altera verò dura & aſpera ejusdem tractatio
per Urſacium officiorum Magiſtrum. *vid. cap. VII. §. 18.*

§. 31.

A.Chr. §. 31. *Gothi* A. 373. in ipſum Romanum ſolum, in Thracias, Vid. App.
recepti erant, & pacifici fors Romano Imperio ſerviiſſent, ni Num.
abominabilis avaritia Rectorum Romanorum eos ad defectio-
nem, & ad arma capeſſenda, vi quaſi adegiſſet. *vid. cap. IX.* §.
17. & ſeqq.

§. 32. Ammianus pro exemplo oppreſſionum in ipſis pro- 692.
vinciis Romanis, præter ea, quæ de Pannoniis præmiſerat, *E-*
pirotarum Illyricorum miſeram ſub Rectoribus ſuis conditionem
adducit.

§. 33. Idem Ammianus omnes illos populorum motus non 695.
tam ipſis populis, quàm Valentiniani moribus & defectibus ad-
ſcribit, dum eum taxat, quòd Rectores immaniter agentes, ùt
Lycurgos, & columina juſtitiæ priſca, prædicaverit, ad no-
xias vel leves acerbiùs vindicandas incitârit, & potiorum ducum
flagitia, ad querelas in eos motas aliquoties obſurdeſcens, pro-
gredi in majus ſiverit. Inde demum, dicit, Britannicos ſtrepi-
tus, Africanas clades, & *Vaſtitatem emerſiſſe Illyrici.* His præmiſ-
ſis hiſtoria Slavorum ſubnectenda.

373. §. 34. Defectionis à Romanis anſa fuit, tum propria, ùt
dictum, oppreſſio, tum ſociorum ſuorum Quadorum. Horum
terris, tanquam Romano juri jam vindicatis, imponebantur 685.
præſidiaria à Romanis caſtra, & dum Gabinius eorundem Rex
modeſtè de hac innovatione quereretur, ad convivium à Mar-
celliano Duce Valeriæ corrogatus, hoſpitalis officii ſanctitate ne-
fariè violata, occiditur.

374. §. 35. Hujus rei tam atrocis rumor, per diverſa diſſemina- 686.
tus, & Quados, & *gentes circumſitas* efferavit. Unde Danubio
tranſito Pannoniæ direptæ, & promiſcuæ cædes populi meſſe
occupati actæ. Dein Quadi & Sarmatæ Sirmium, ubi Probus
Præfectus Prætorio tunc degebat, progrediuntur, ſed cùm Sir-
mium tempeſtivè munitionibus & præſidiis ad defenſionem in-
ſtrueretur; ab inde recedunt, & in inveſtigandum Equitium Il-
lyrici Comitem, quem auctorem malorum habebant, conver-
tuntur.

§. 36. Obmotæ illis ſunt duæ legiones Romanæ, quarum 687.
una Mœſiaca, maxima ex parte cæſa, altera Pannonica, penè
deleta eſt.

§. 37. Agebantur hæc in Pannoniis. Ex parte verò Mœ- 688.
ſiæ ſuperioris Sarmatæ Limigantes, in Wallachia ſedentes, eo-
dem tempore irrumpebant in Imperium Romanum, ſed à Theo-
doſio, qui poſtmodùm Imperator, tunc autem Dux Mœſiæ erat,
aliquot congreſſibus victi, & adventu majoris exercitûs Gallica-
ni territi pacem petunt & obtinent. Si Procopio credamus;
qui ante Juſtiniani Imperium Slavinos *cum exercitu* in Romanum 805.
ſolum unquam irrupiſſe negat, nec hæc irruptio facta eſt cum
conſenſu, & exercitu totius gentis, ſed per globos voluntarios,
qui autem levibus præliis facilè victi, genti anſa fuerunt, abo-
litionem horum motuum & pacem æquè facilè obtinendi.

§. 38. Valentinianus accepta à Probo Præfecto Prætorio re- 689.
latione de vaſtatione & cladibus Illyrici, in vindictam exarde-

A.Chr. ſcens, eodem adhuc anno cum valida manu expeditionem in Vid. App. Num.
Pannonias parat, aſt abeunte jam autumno, conſilio miniſtrorum acquieſcens, propoſitum differt in ver proximum.

375. §. 39. Pubeſcente jam vere Valentinianus Treviris, ubi hiemaverat, in Pannonias movet. Ei adventanti legatio Sarmatarum offertur, orans, ut propitius veniret & lenis, *nullius diri facinoris participes populares ſuos* inventurus aut conſcios; quibus reſponſum: hæc in locis, ubi dicuntur admiſſa, quærenda veriſſimis documentis & vindicanda eſſe. 690.

§. 40. Agens apud Carnuntum Imperator per continuos tres menſes æſtivos arma parabat & alimenta, pervaſurus opportunè Quados, tumultûs atrocis auctores. De expeditione hac jam ſuprà actum *cap. VI.* §. *32. 33.* 693.

§. 41. In ipſa pacificatione cum Quadis Valentinianus apoplexiâ exſtinctus eſt. Hac morte commemorata Ammianus hiſtoriam neque de Quadis, quomodo demum de pace convenerit, minùs de Sarmatis perſequitur, ſed abrumpit, & ad recenſitionem virtutum ac vitiorum Valentiniani convertitur, libro ſequente autem ad novos motus in Oriente properat. 694.

§. 42. Id tamen ex præcedentibus relatis colligitur: per Sarmatas, qui Valentiniano in Pannonias adventanti ſinè mora legatos, pacem precaturos, obviam miſêre, ab Ammiano non intelligi Limigantes circa Mœſiam, ſed Jazyges circa Valeriam. Illi Limigantes jam priore anno, dum adhuc cum Quadis & Jazygibus bellum ferveret, arma depoſuerant, & pacem à Theodoſio Mœſiæ Duce obtinuerant, ut disquiſitione nova, pacis præparatoria, opus non fuerit. Jazyges autem in armis perſtiterunt: & licèt citiùs Quadis ad gratiam Valentiniani ſe converterint, petiti tamen diſquiſitio ad locum patratorum tumultuum, id eſt ad Valeriam provinciam, dilata eſt. Cùm verò Valentinianus per Acincum, itaque per Valeriam & Jazyges, in Quados iverit, præſumendum eſt, Jazyges jam ibidem admiſſorum veniâ & pace donatos eſſe. Notandum porro: Jazyges etiam pro exculpatione ſua attuliſſe, motuum horum *non totam gentem conſciam* fuiſſe. Unde multò minùs id de Sarmatis Limigantibus præſumendum. 690. 688.

CAPUT XII.

Generalia quædam Slavicas origines illuſtrantia.

§. 1. Præcedentibus diſquiſitionibus perventum nunc eſt ad ipſum tempus veroſimillimum migrationis Czechi & Lechi ex Croatia in Bohemiam. Antequam autem de adventu hoc pleniùs diſſeratur, non abs re erit, vocabulorum quorundam, quibus ſcriptores rerum Sarmaticarum & Scythicarum ſæpiſſimè

Digitized by Google

A.Chr. piſſimè utuntur, & hiſtoria originum Slavicarum vix carere po- Vid. App.
teſt, penitius examen inire, ut inde quoque ſenſus dictorum & Num.
dicendorum dilucidior reddatur, & apprehenſioni de hujus vel
illius vocabuli perverſa interpretatione occurratur.

§. 2. Vocabulum BARBARUS communiter auribus hominum, quibus non admodùm familiares ſunt ſcriptores antiqui, ita ſe ingerit, quaſi gens, quæ inter barbaras olim recenſebatur, de pravo uſu ingenitæ rationis, & de moribus perverſis ac crudelibus inſimularetur, gentíque moratæ, æquæ, & juſtæ opponeretur. Acris quondam inter doctos Bohemiæ orta fuit diſceptatio, num origo Slavorum Bohemorum ex Roxolanis ſit? quod plerique non argumentis modò ſed & convitiis à gente ſua amoliebantur, cui nihil commune cum Roxolanis, utpote barbaris, eſſe potuiſſet. De Roxolanis dicam & probabo *cap. XIV.* genus ipſis, ùt & Alanis Europeis, & Vandalis, fuiſſe Germanicum; unde Slavi neutiquam ab eis deſcendere potuerunt. Aſt quicunque vocentur majores Slavorum, vox Barbarus nihil ſugillationis ſecum fert; illa enim non aliud ex radice ſua denotat, quàm *exterum* ſeu alienigenam, & omnes nationes olim hoc nomine afficiebantur à Græcis, quæ non Græcæ, à Romanis, quæ non Romanæ erant. Unde quoque nomen id, Romanis ipſis olim à Græcis inditum, à qualibet alia gente, moratiſſima licèt, in hiſtoria gentis ſuæ antiqua ferri, & nec nunc in deſcribendis originibus ſinè mutilatione & detorſione documentorum antiquorum relegari poteſt. Sufficit toto cælo differre barbarum natione, & barbarum ratione: ipsóſque Græcos vocabuli hujus inventores fateri, ſe & à barbaris proveniſſe, & ab iisdem docentibus ſapientiam hauſiſſe.

(Margin: 696.697. — 698. ſeqq. — 698. — 701.702.)

§. 3. SCYTHARUM nomen olim omnibus gentibus ſeptentrionalibus commune erat, & arcu jaculantium interpretationem habet, unde nulli genti in exiſtimatione quidquam derogat. 702.

§. 4. SARMATARUM nomen non ſolos Slavos comprehendit, nec Græcæ, vel Slavicæ, ſed Celticæ eſt derivationis: populos in latis campis, ſeu locis campeſtribus, inter montana Scytharum habitacula mediis, degentes connotat, ídque contra-diſtinguendo Sarmatas proprios à Scythis propriis, námque laxè ſumpta hæc nomina pluribus Scriptoribus ſynonima ſunt. 703 704.

§. 5. VENEDORUM nomen æquè Slavicæ non, ſed Celticæ eſt derivationis, iis populis olim dari ſolitum, qui inferiora terrarum ſpatia ad Oceanum vel mare vergentia incolerent. Triplices olim erant populi hujus nominis, ad Oceanum in Gallia, ad mare Adriaticum in Italia, & ad Oceanum ſeptentrionalem in Sarmatia Europea. Sarmatici Venedi, de quibus Tacitus, & Ptolemæus, in oris illis maris Balthici ſederunt, ubi nunc Boruſſi, Curlandii, & Livones ſedent, & certè fuerunt Germanicæ nationis. *vid. cap. XIV.* Venetorum, & Henetorum ſeu Enetorum populi diverſi valde ſunt: hi Paphlagones, illi Germani vel Celtæ, ſeu Galli. Slavis Sarmaticis, eò quòd ab Oceani ſeptentrionalis vicinia venerint, appellatio Venedorum, ùt di-

(Margin: 705. — 486. b. — 706.)

ſtin-

A.Chr. ſtinctiva aliarum nationum, à novis vicinis ſuis Germanicis indita videtur. Vid. App. Num.

§. 6. ANTHARUM nomen erat illorum Venedorum proprium & diſtinctivum, qui ad Pontum Euxinum, & poſtremas ripas Danaſtri & Danubii, itaque ubique ad aquas ſedebant. Nec illud eſt Slavicæ ſed Celticæ derivationis. 707.

§. 7. SLAVORUM & Slavinorum nomen eſt domeſticæ originis, illud genericum, Anthis etiam competens, hoc ſpecificum, quo olim à Slavis Anthis, Ponti Euxini, & Danubii extremi accolis, Slavi alii, Danubii medii accolæ, diſtinguebantur. Etymologia eſt à *Slava*, quod proprio horum populorum idiomate gloriam & laudem ſignificat. Sclavorum locò Slavorum, & Sclavinorum locò Slavinorum compellatio corrupta eſt à palato Græculo, nullum vocabulum initialibus SL. conſonantibus habente, eámque pronuntiationem per interjectum K. transformante. Quòd autem corruptum jam, & à Græcis in alias gentes propagatum id Sclavorum nomen ſucceſſu temporis, dum Slavi Boreales ex ſedibus ſuis mari Balthico imminentibus, nec non Slavi Sorabi ex terris ad Salam & Albim, fermè exterminarentur, & ſub conditione ſervili aliorſum transferrentur, in ſynonimum ſervorum planè degenerârit, nec ſinè exemplo aliarum nationum eſt, nec Slavis Bohemis, aliisque orientalibus, qui ſimili fato translationis nunquam ſubjacuêre, ullam maculam inurit. 708. 709. 710.711.

§. 8. Slavorum nomen quando à populo Slavico aſſumptum fuerit, vetuſtas non ſuppeditat. Ex iis autem, quæ *ſuprà cap. XI. §. 22.* allata ſunt, de moribus laudabilibus ipſorum jam Imperatoribus Claudio II. Diocletiano, Conſtantino Magno, & Conſtantio II. conſtabat. Si igitur Slavi hanc compellationem ex longinquis temporibus & terris nondum ad limites Romani Imperii ſecum attulerant, ſaltem ex tunc à laude, quam præ aliis populis barbaris apud Romanos adepti erant, ſibi adſciverunt. *vid. cap. XIV. §. 26.*

§. 9. CROATARUM nomen, Slavicè *Charvat*, derivatur à Charnis ſeu Carnis, in quorum provinciam Slavi à Conſtantino Magno ſuſcipiebantur, & terminatio *Vat* addita eſt ex Slavico idiomate. Charvaty ſe igitur nominârunt Slavi, quòd ejusdem terræ cum Carnis, & ejusdem nexûs erga Romanum Imperium, fuerint incolæ. 712.

§. 10. NOMADUM in caſis humilibus vel etiam in curribus degentium, atque non multùm agriculturæ ſeſe dedentium, ſed è pecore & lacticiniis potiſſimùm victitantium, ſcriptores antiqui mentionem perquàm laudabilem faciunt, eóſque juſtiſſimùm hominum genus deprædicant. Nomadica hæc vita, non tantùm Sarmaticis, & Scythicis penè omnibus, ſed & aliis quibusdam gentibus, in genere victûs ſaltem, communis olim, nulli earum in dedecus, ſed potiùs in virtutis & temperantiæ teſtimonium cedebat. De cætero autem, quidquid de Slavorum adhuc ſupra Mœotidis Boreale latus conſiſtentium vivendi inſtituto antiquiſſimo fuerit, certum eſt ex Ammiano Marcellino, 713. 714. ſeqq.

eos,

Digitized by Google

A.Chr. eos, dum jam circa ſeculi quarti initium ad limites Romano- Vid. App.
rum Danubianos acceſſiſſent, non vagis ſedibus, minùs mobili- Num.
bus habitaculis uſos eſſe, ſed loco affixos manſiſſe, atque man-
ſiones, ſeu ùt Ammianus vocat, *caſas ex trabibus firmiſſimis compa-* 679.
ctas habuiſſe, nec inde, (ùt ex ſervis lares mutare juſſis patet) 680.
niſì vi, avelli potuiſſe.

§. 11. Inter alia, quæ Ammianus Marcellinus de Sarmatis
refert, etiam is modus loquendi reperitur, quòd eos vocet peri-
tiſſimum LATROCINANDI hominum genus. De hoc ſcien- 718. ſeqq.
dum, nihil id involvere probroſi, ſed peculiarem modum bellan-
di, in quo excelluerint Slavi, denotare. Non enim illi intereſ-
ſe putabant, utrùm (ùt glorioſum apud Romanos erat) aperto
Marte, acie utrinque inſtructa, & ſigno lituorum ſolenni dato,
confligerent, an clam & inopinatò per ſtratagemata & inſidias
hoſtem opperirentur & funderent? Et hoc genus pugnæ, cujus
peritiſſimi erant Slavi, Romani ipſi ſæpe præ acie approbabant,
vitio vertentes, ſi quis ducum Romanorum aciem dubiam ſecu-
riori bellationi per furta & latrocinia prælegiſſet.

§. 12. Caput hoc claudat Procopii Cæſarienſis deſcriptio 721.
MORUM SLAVICORUM. Si ſcriptorem hunc Romano ani-
mo loquentem, & aliarum gentium inſtituta & vivendi genus,
ſive meritò ſive immeritò, deſpectantem ſubintelligamus, merum
encomium eſt Slavorum, quod profert, dum gentem naturâ ro-
buſtiſſimam, victu, veſtitu, & habitatione non luxuriantem, a-
ſperis bellorum laboribus aſſuetam, malignitatis atque fraudis
expertem, & Deitatis cultu imbutam, teſtimonio ſanè nullate-
nus ob affectum deprompto, collaudat. De aſſuefactione ad du- 940.
ra & aſpera fortiter ſubeunda teſtimonium etiam in ſubſequis ſe- 1072.
culis, de Slavis Borealibus, perhibet *Witichindus Monachus*, & 1073.
quotidiana adhuc docent experimenta bellica.

CAPUT XIII.

De Varietate opinionum ſuper adventu Czechi & Lechi in Bohemiam.

§. 1. ANtiquiſſimus Bohemicarum rerum ſcriptor, ſeculi nem- 722. 723.
pe decimi, Chriſtannus ſeu CHRISTIANUS, Ducis
Boleslai Pii frater, Brzevnovienſis monachus, qui ſeculo deci-
mo circa A. 980. vitam S. Wenceslai & S. Lidmilæ concinna-
vit, de conditoribus gentis Bohemo-Slavicæ ſpecialiter (quod
nec inſtitutum ejus, martyrologium intendentis, requirebat)
non meminit. Interim tamen ex relatis ejus generalibus colli-
gere licet: 1mò dum Moraviæ eruditionem in fide Chriſtiana
aliqualem, quæ ſub Hunnicis diſturbiis brevì iterum evanuit,
inde à S. Auguſtini temporibus, id eſt à ſeculo quarto finiente,
orditur, & dein à temporibus Apoſtolorum Moraviæ SS. Cyrilli

A.Chr. & Methudii proſequitur: econtra Bohemos usque ad Libuſſæ Vid. App. Num.
regimen ſinè lege, ſinè principe, ſinè urbe, exin verò usque ad Borzivogium ſinè lumine veræ fidei vixiſſe ait, haud obſcurè prodit, ſe ſenſiſſe: Slavos Bohemos, non, ùt à quibusdam junioribus ſcriptoribus creditum, à ſeculo v. g. ſeptimo noviores, ſed ævo æquè S. Auguſtini ſuppares Bohemiæ incolas fuiſſe. Si enim adventus Czechi non nisì tribus ſeculis Chriſtiani ævo, & Czechi principatus non nisì medio ſeculo Libuſſæ regimini anterior fuiſſet, ùt quid in comparatione fidei Moravorum Chriſtianus ad ſeculum ſua ætate anterius ſextum excurriſſet, aut cur non ſaltem Czechi æquè ac Libuſſæ meminiſſet? 2dò. Per verba: *ſinè lege*, *ſinè principe*, *ſinè urbe*, apertè innuit, ante Przemislum, quem *primum Principem* facit, in Bohemia ſtatum popularem, ſeu potiùs Ariſtocraticum, & quidem longiſſimis temporibus viguiſſe. Unde refelluntur ij, qui inter Czechum & Libuſſam, præter interregnum decennale, non nisì unum vel duos Krocos, eósque cum principali poteſtate, interceſſiſſe ſtatuunt.

§. 2. Ævo Chriſtiani proximus, de quo conſtet, ſcriptor ſeculi initiantis duodecimi, COSMAS Pragenſis Decanus, enucleatam hiſtoriam Bohemiæ non nisì à ſeculo decimo medio tradere in objecto habuit, origines autem gentis, quin & geſta ſub initiante Chriſtianiſmo, leviore operâ pertractavit; unde nihilominus ſequentes concluſiones decerpendæ veniunt: 1mò. Con- 724.
ditorem gentis, ſeu ductorem coloniæ Slavicæ in Bohemiam, ſat, quanquam impropria locutione, manifeſtat, dum eum *Bohemum*, vocabulo à Bojis quondam incolis deſcendente, vocat, quem *Czechum* nominare debuiſſet: qua in re uſui communi, quo Czech Slavicè, & Bohemus latinè, ùt ſynonima recepta tunc erant, & nunc adhuc ſunt, ſeſe conformare voluit. 2dò. Unde Czechus cum populo ſuo, quot in animabus, & quando venerit? quoniam ad veritates compertas dicendas nimiùm properabat, ſimpliciter ad incerta rejicit, &, quod dolendum, nec traditionibus recenſendis, quæ ab ipſo puriòres ſperari poterant, ullo pacto immorari voluit. 3tiò. Tractum terræ inter Hercinios montes, quem colonia illa Slavica primitùs occupavit, cultoribus deſtitutum, & *vaſtas ſolitudines*, *nemini obnoxias*, itaque occupatu liberrimas fuiſſe dicit: quod & fidei hiſtoricæ, ùt *cap. VIII.* vidimus, omnino conſentaneum eſt. 4tò. Conditorem gentis Czechum non Principis, nec Ducis, aut judicis, ſed *patris* & *quaſi domini* titulo inſignit, igitur coactivam poteſtatem in populum ei non, ſed voluntarii tantùm obſequii & filialis quaſi obſervantiæ honores attribuit. 5tò. Simplicitatem in victu & amictu, & omnium rerum communionem in prima ætate coloniæ novellæ Slavicæ, exaggerativè, & ultrà, quàm credere fas eſt, adſtruit. 6tò. Rectè autem, & coævorum ſcriptorum Ro- 725.
manorum, præprimis verò Procopii Cæſarienſis traditis conformiter, paternæ primæ Czechi conditoris quaſi dominationi univerſali ſubſtituit regimen particulare per familias diviſum, ita ut quilibet in ſua tribu & generatione (id eſt familia) ætate, moribus, opibus ſpectatior, rectorem in eadem ſua familia egerit,

eíque

Digitized by Google

A.Chr. eíque ſpontaneâ obedientiâ, ſalva cœteroquin libertate à veri Vid. App.
dominii jugo, obtemperatum fuerit, atque hoc pacto forma no- Num.
vellæ Reipublicæ in optimatum moderatione conquieverit. Cúmque Coſmas, regimen paternum univerſale Czechi conditoris, ætatem primam vocet, rectè quoque ſubſequum optimatum regimen ætas ſecunda appellabitur, eáque ætas nullatenus ad decennium (ùt Hagecius, ſeriei principum inde ab exordio Reipublicæ Bohemicæ nimiùm & inconſultiùs avidus, voluit) conſtringenda, ſed longiſſimo certè annorum intervallo pro ingenito populi more addicenda eſt. 7mò. Quod Coſmas de Kroco (ſubintelligendum ſecundò, duo enim Kroci pater & filius ſecundùm traditionem communiorem fuêre) dicit, ætatem tertiam ſiſtit; is Krocus námque, tanquam vir in tota natione excellens, ex arbitro familiæ in arbitrum gentis, itaque ex optimate in *Primatem* communi aſſenſu & veneratione evaſit, prætoriámque juris dicundi, atque compromiſſoriam communis utilitatis promovendæ poteſtatem adeptus eſt: quam & in filiam natu minimam, paternæ prudentiæ hæredem Libuſſam, annutu populi transmiſit. 8vò. Ætas quarta apud Coſmam ſequitur in transmutato regimine Primatûs populi in *Principatum*, cui ſimul cum thoro Libuſſæ deſtinatus fuit Przemislus, ex nobili patrefamilias Stadicenſis poſſeſſionis rector & moderator totius gentis cum poteſtate aliarum gentium imperio conformata.

§. 3. PULKAVA ſcriptor Seculi 14ti hanc ſententiam complectitur: 1mò. Conditorem gentis Bohemicæ Slavicæ expreſ- 726. a.
sè & proprio idiomate Czechum, terram verò itidem Slavicè Czechiam, latinè Bohemiam, aſt à Slavico *Buob*, ſeu Boh, *Deus*, derivatam vocitat, & præterea generale nationis nomen, *Slowani*, à *Slowo*, verbum, quaſi gentem unius ſermonis, deducit. Fallitur autem in hac derivatione, ſaltem Bohemiæ à Boh, cùm certo certiùs conſtet, nomen Bojohemiæ originem ſuam Bojis, vetuſtiſſimorum, & ad ſex ſecula ante Chriſti nativitatem excurrentium temporum quondam incolis debere. *Slavi* vocabulum quoque à *Slawa*, laus, gloria, potiùs, quàm à Slowo deſcendit, quoniam Græci, qui hujus compellationis uſum primi recepiſſe videntur, utì & Romani, non Sclovenos ſed Sclavenos, pro palatu ſuo interjectâ literâ k. ſeu c. dixerunt. 2dò. Pulkava, æquè ac Coſmas, & Chriſtianus, quando, & quot in animabus Czechus advenerit, omittit: locum unde autem, inde à turri Babel & campo Senaar repetit: Croatiam pro poſtrema ante Bohemicum incolatum ſtatione definit, & viam intermediam ex Aſia per fretum Conſtantinopolitanum ductat, captui ſanè perfacili, ſed nimiùm incerta conjecturatione: quoniam Græci ſcriptores veteres à ſeculis ſaltem Chriſtianis aliud ſeminarium Slavorum, niſi ex latere ſeptentrionali Mœotidis, non nôrunt.
Prodigioſo porro incremento Pulkawa ex Czechi & Lechi ger- 726. b.
mine implet non tantùm Bohemiam, & Poloniam, ſed & Miſniam, Luſatiam, Moraviam, Ruſſiam, & ſedes Borealium quondam Slavorum circa hodiernas terras Brandenburgicas. 3tiò. Terram primæ occupationis Slavo-Bohemorum etiam Pulkava

 cum

A.Chr. cum Coſma incolis deſtitutam & ſilveſtrem rectè dictitat. 4tò. Vid. App. Num.
Conſentit itidem Coſmæ in forma regiminis primæ ætatis ſub Czecho, dum eam, ſoli ingenitæ rationi innixam, legibus, adeóque & poteſtate coactiva caruiſſe dicit. 5tò. Communioni hujus primæ ætatis, etiam in feminis, Pulkava quoque aſſentitur, atque victui non nisì fructus ſilveſtres, & piſces, ſed amictui lintea & lanea tegumenta ſuperaddit. 6tò. Ætati ſecundæ opti- 726. c.
matum ſeu patrum familias *multa tempora* Pulkava tribuit, rectiore judicio traditionis, quàm quòd decennio ſecundùm noviores includi poſſet. 7mò. Krocum & Libuſſam in tertia ætate non principes, ſed judices ſeu arbitros, voluntaria populi devolutione jurgiorum, rectè cum Coſma facit. 8vò. Primum principatum in Przemislo demum cœpiſſe ipſe titulus capitis tertii apud Pulkavam, & totus contextus prodit.

§. 4. ÆNEAS SYLVIUS, ſcriptor ſeculi 15ti haud domeſticus, Pontificali pòſt dignitate exornatus, ad 1mum ſuprà dictorum punctorum de Czecho gentis conditore dat manus, & 727. a.
Pulkavæ, de vocabulo Slavico non diſceptans, largitur deriva- 727. c.
tionem nominis Bohemi à divino, id eſt à *Bob*. Ad 2dum Cze,chi patriam priorem Croatiam fide hiſtoricâ dignam agnoſcit, 727. a.
dubio commiſſis (*in capite hiſtoriæ ſuæ præcedente* 2.) aliis aſſertis Pulkavæ de primis Slavorum initiis nimiùm remotis, nec ad rem neceſſariis. Lecho cæteroquin progerminationem in Ruſſiam 727. c.
(Polonicam, non magnam, intelligo) Pomeraniam, & Caſſubiam, non denegat; de reliqua extenſione in alias terras jure tacet. Ad tertium: Silveſtrem & incultam terræ, à Czecho primitùs inſeſſæ, ſuperficiem, documento hiſtoriarum ævi prioris ad culturam non ita proclivis credere ipſe quoque non dubitat. Ad 4tum, ſeptimum, & octavum: dum originibus Bohemicis ex profeſſo non immoraretur, tam Czechum, & Krocum, quàm Przemislum Ducis & Principis titulo mactat. Ad 727. b.
5tum verò affectatam illam à Coſma & Pulkava nimiam ſimplicitatem in victu, amictu, & rerum omnium communione, rectè explodit, & hominibus, qui in Croatia inter Romanos vixerant, tam veſtium uſum, quàm agriculturam, & rerum aliqualem ſaltem diſcretionem, ſi non ex integro Romanorum mores induerint, æquiore judicio vindicat. Ad 6tum: Pulkavæ *multa tempora* ætatis ſecundæ optimatum inter Czechum & Krocum Sylvius per ly *diu* effari contentus fuit.

§. 5. Joannes DUBRAVIUS, Epiſcopus Olomucenſis, ſcriptor ſeculi 16ti ſub Ferdinando I. Ad 1mum: Czechum con- 728. b.
ditorem gentis, & derivationem Bohemiæ à Bojis Gallis affirmat, adeóque à *Bob* Pulkavæ rejicit: Slovanorum etymon à *Slo-* 728. a.
wo ſuſcipit, aliud verius autem à *Slawa* ſuperaddit. Ad 2dum: campum Senaar non moratur: Croatiam pro poſtrema habitatione Czechi habet: tempus cœptæ hujus poſtremæ habitationis Slavicæ, S. Hieronymi ac Imperatorum Gratiani & Theodoſii ævo prius, deſignat; ſed tempus adventûs Czechi in Bohemiam nòn diſterminat. Socios migrationis Lechum fratrem, 728. c.
utriusque cognatos, affines, amicos, clientes, vernulas, cum uxori-

Digitized by Google

A. Chr. uxoribus & liberis, ac cœtera hominum ingenti turba, longo Vid. App.
agmine ſecutos perhibet. Ad 3tium ſolitudines Bohemiæ con- Num.
firmat. Ad 4tum Czechi regimen in prima ætate verbotenus 728. d.
quidem monarchiam nominat: re ipſa verò æquum cum ſuis jus, ſinè ulla dominatûs ambitione, itaque cum Coſma paternum potiùs imperium ſtatuit. Ad 5tum cum Coſma & Pulkava in genere vitæ Slavorum minimè convenit, ſed in contrarium inquit:
Croatæ erant, tam ædificare, quàm agros colere docti. Ad 6tum æta- 728. d.
tis ſecundæ popularem ſtatum *ſenſim labaſcere* cœpiſſe ait, ergo longævum ſenſit. Ad 7mum Kroco in tertia ætate non jus Principis ſed Prætoris addicit. Itaque & ad 8. verum principem primum non niſi Przemislum agnoſcit.

§. 6. Martinus KUTHENUS ſcriptor ejusdem ſeculi 16ti 729.
conditorem gentis Czechum, Croatiâ advenam, conformiter cum præcedentibus laudat: tempus, nempe annum 639. ſub Conſtantino, Heraclii filio (is primùm A. 641. imperium & id quadrimeſtre tantùm, adeptus eſt) definit: Czechum dominum, itaque & principem deprædicat: originem Slavicæ novæ Reipublicæ ex homicidii fato excuſat: ætatem ſecundam inter Czechum & Krocum longi temporis fuiſſe aſſerit: & Krocum non dominum ſed judicem intitulat.

§. 7. Wenceslaus HAGECIUS, ejusdem cum Kutheno ſeculi ſcriptor, paulò poſterior, Kuthenúmque in catalogo auctorum citans, in prologo varia variè de originibus Bohemicis diſſerit: demum narrationem adventûs Czechi ex Callimacho & 730.
Miechowsky præcipuè depromit: in exordio autem ipſius hiſtoriæ Kutheni præpoſterationem in anno corrigit, eúmque 644. declarat: cæterùm in regimine Czechi deſcribendo Coſmam potiſſimùm compendiat: ætatem ſecundam inter Czechum & Krocum novennio coarctat: & Krocum non tantùm judicem cum Coſma, ſed ſimul dominum venditat.

§. 8. Procopius LUPACIUS, proximus Hagecio ſcriptor, 731.
annum Kutheni ſervat, locò Conſtantini filii autem, Heraclium patrem imperio reſtituit: de reliquo verò ſpeciale nihil in medium affert.

§. 9. Sequeretur nunc in ordine Petrus CODICILLUS, ſpecialis auctor ſententiæ in anno adventûs Czechi, nempe 278. aſſignando; aſt ùt jam dudum Balbinus, ita & nunc ego diſſertationis à Codicillo editæ copiam nanciſci fruſtra conatus, Danielem de WELESLAVINA, Codicilli aſſerta exſcribentem pro Codicillo habeo. Weleslavinus is, Lupacio & Codicillo coæ- 732. a.
vus, annum 278. adventûs Czechi (quanquam deſultoriè Hagecii quoque opinionem admiſceat) cum Codicillo ſtatuere vi- 732. c.
detur: rectores Bohemiæ Czecho priores, ævo autem ſuppares, cum Romanis Imperatoribus belligerantes, Zalmaninum, & 732. a.
Turskonem laudat, quos hiſtoriæ Romanorum à me viſæ non nôrunt. Czechum porro domini titulo, ſed paterno imperio honorat: ætatem ſecundam inter Czechum & Krocum, con- 732. b.
formiter Hagecio, novennio includit: & Krocum æquè princi- 732. c.
pem, in patre & filio reduplicat.

Digitized by Google

A.Chr. §. 10. Succedit nunc in ſeculo 17. inchoante Paulus STRANSKY, cujus opinio infrà *Cap. XV.* §. 27. pleniùs recenſebitur. Is annum Przemisli emortualem anno æræ Chriſtianæ 632. alligans, & tam Przemisli, quàm Libuſſæ, & Krocorum regimen annis certis dimetiens, cum initiis Kroci ſenioris ad annum usque 526. pertingit: regimen populare autem inter Krocum & Czechum indeterminatum relinquit, adeóque judicium ſuum de adventu Czechi ſuſpendit. Cæterùm Czechum, duos Krocos, & Libuſſam, paterni magìs quàm herilis imperii, & judices propriè ſeu Prætores fuiſſe autumat. Vid. App. Num.

§. 11. Supereſſet ex ſcriptoribus Bohemicis, ſpeciale quid ſentientibus, Balbinus; aſt ille agmen claudet poſt ſcriptores Polonicos, utpote quorum relatis non modicùm innititur. Inter hos ſcriptores Polonicos anteriorem locum hìc occupabit Mathiàs de MICHOVIA, ad quem ex Polonis ſolum Hagecius in compilatione originum Bohemicarum provocat. Michovia is 733. a.
in deductione gentis Slavicæ à turri Babel, & migratione prima ex Aſia in Europam, ad mentem Pulkavæ loquitur: Czechum & Lechum principes fratres, invertendo ordinem ſenioratûs à Bohemicis ſcriptoribus Czecho addicti, ex Croatia, ſimillimâ cum Bohemis ſententiâ, deducit: terras occupationis Slavicæ 733. b.
æquè incultas, & à nemine antè habitatas perhibet: terras verò Ruſſiæ magnæ à Ruſs, nepote vel fratre Lechi, impletas cen- 733. c.
ſet.

§. 12. Martinus CROMERUS ſuper adventu Czechi & Le- 734. 735.
chi multa diſſerit, quorum pleraque in ſequentibus capitibus XIV. & XV. aut ſuſcipienda aut diluenda venient. Hujus loci autem hæc ſunt: 1mò convenire, ait, inter omnes, Czechum, & Le- 734. a.
chum, ſive Lachum, germanos fratres, hunc quidem apud Polonos, illum verò apud Bohemos primùm regnâſſe. Addit alio in loco: non fabuloſum omnino habendum eſſe id, quod diu- 735. b.
turno non tantùm Polonorum & Bohemorum populorum, ſed cunctæ Slavicæ nationis conſenſu celebratur, Lechum & Czechum principes hìſce Slavorum populis præfuiſſe, & nomina indidiſſe: an autem aliunde ad hoc regnum, & quo tempore ve- 734. a.
nerint? an verò in Polonia ſive in Bohemia ipſa nati regnum ibidem quodam in tempore ad ſe traxerint? non perinde convenire. 2dò. Diſputat contra eos, qui Czechum & Lechum, 734. b.
vel filios aut nepotes Javani, vel propinquos ejus poſteros faciunt, & non multò poſt diluvium ſive è Croatia, ſive è Pannonia in Bohemiam & Poloniam commigrâſſe dicunt; nil enim ſubſidii eos in hiſtoriis tam Romanis quàm Græcis, quin nec præſumptionis quidquam pro ſua hac opinione invenire. 3tiò. Evidenter probatum tenet, usque ad Conſtantini certè primi tempora Poloniam à Germanis, non Slavis, habitatam fuiſſe, atque non eſſe Germanos eos populos, qui nunc Bohemiam & Poloniam poſſident. 4tò. Certis authoribus demonſtrabile aſſerit, 734. c.
ante Conſtantinum tertium, quin & ante Mauritium Imperatorem, Slavorum gentem hæc loca tenuiſſe, quæ nunc Poloni tenent: id quod contra eos affert, qui, ùt v. g. Hagecius, Cze- 734. c.
chum

A.Chr. chum & Lechum primùm circa annum 644. ſub Conſtantino III. Vid. App. Num.
Bohemiæ & dein Poloniæ immigrâſſe opinantur. Provocat præ-
primis ad Jornandem, & Procopium. 5tò. Rejicit opinio- 734. ſ.
nem Blondi & Kranzii, qui è Polonia & Bohemia Slavos in Dal-
matiam & Illyricum veniſſe volunt. 6tò. Propria Cromeri ſen- 735. a.
tentia eum in ſenſum colligenda videtur: Ruſſiam magnam, &
Sarmatiam ſeminarium fuiſſe Slavicorum populorum. Inde du-
plicem migrationem Slavorum factam: unam nempe ſub Juſti-
niano Imperatore in Thraciam, Macedoniam, Dalmatiam, &
Illyricum, ubi & colonia hæc Slavica ſub Mauritio Imp. & Pho-
ca certum domicilium fixerit: alteram migrationem verò, tem-
pore anteriorem, ante Attilam in terras hodiernæ Poloniæ ad
latus Sarmaticorum montium & fontium Viſtulæ, ex quo tractu
terrarum Germanica gens Vandalica paulò antè in Pannoniam
& Gallias exceſſerat. Porro eodem tempore, vel paulò poſte-
riùs circa Attilæ tempora, ulteriùs Slavos in reliquas terras ad
Viſtulam, & in Bohemiam immigrâſſe. Statuit itaque Crome-
rus, Czechum cum populo ſuo non ex terris cisdanubianis ſeu
Croaticis, ſed ex transdanubianis Sarmaticis & Polonicis in Bo-
hemiam adveniſſe.

§. 13. Joannes HERBURTUS de Fulſtin, ſenator Polonus, 736.
indubium ex cunctæ Slavicæ nationis conſenſu habet, Lechum
& Czechum Polonis atque Bohemis principes præfuiſſe, ideó-
que alterum Polonis, alterum Bohemis nomen dediſſe. Pro
tempore adventûs autem ex Bernardo Vapovio annum 550. quo
Lechus Polonis præfuerit, refert: & huic initio rerum Poloni-
carum acquieſcit, eò quòd de vetuſtioribus gentis Polonæ tem-
poribus exploratum habeatur nihil.

§. 14. Jacobus Ludovicus DECIUS opinioni Mathiæ de 737.
Michovia, quem & citat, accedit, & cæterùm confirmat, ma-
jorum eſſe ſententiam: Polonos, & Bohemos, ùt uſu loquen-
di unitos, ita uno initio fundatos & multiplicatos eſſe.

§. 15. Alexander GUAGNINUS diverſa, nec ſibi ſat cohæ- 738. 739.
rentia de Slavorum migratione, atque Czechi & Lechi adventu
in Bohemiam ſcribit; interim id huic loco inſervit, Guagninum
quoque ſenſiſſe, Czechum ex Croatia adveniſſe.

§. 16. Bohuslaus BALBINUS, rerum Bohemicarum perdi- 740. ſeqq.
ligens examinator, plurima ſuppeditat, quæ capitibus ſequen-
tibus XIV. & XV. uſui venient. Hìc loci autem tantùm ejus pro-
pria & poſterior ſententia commemoranda eſt, quòd Czechum 744.
inter annum 300. & 330. in Bohemicam terram adveniſſe dicat:
quam in rem computus conjecturalis ejusdem Balbini à me in ta- 745.
bulam contractus eſt.

§. 17. Croaticam denique nationem totam conformis eſſe 746.
opinionis cum Bohemica & Polonica, in tranſitu Czechi & Lechi
fratrum ex Croaticis quondam ſedibus in Bohemicas & Poloni-
cas, exemplo & documento eſſe poteſt Georgius RATTKAY:
quæ igitur traditio loco ipſi, ubi nata, conſtanter inhærens, &
per progenitores in ſobolem derivata, fidem haud levem me-
retur.

C 4.

Digitized by Google

A.Chr. Vid. App. Num.

CAPUT XIV.

Veroſimillima ſententia de adventu Czechi & Lechi in Bohemiam.

§. 1. ANte omnia hìc SCYTHIÆ MAGNÆ (unde abſque
controverſia Slavi provenerunt) geographica diſqui-
ſitio aliqualis præmittenda eſt. Eam *Jornandes* fungo, in extre- 472.c.
mis Aſiæ finibus primum tenuitur exordienti, dein latiſſimè & in
rotundum ſe diffundenti comparat, itaque eatenus ab Oriente in
Occidentem, de cætero verò à Danubio in Danaſtrum, igitur
à meridie in ſeptentrionem intuetur; quæ obverſio quoque præ-
ſenti meo propoſito magìs inſerviet. In hoc ſitu Scythiæ pars,
quæ intra montes Carpaticos, & fluvios, Tibiſcum, Geraſum ſeu
Pruth, & Danubium continetur, ac Dacia magna eſt, *inferio-
rem* Scythiam appellare lubet. In ea comprehenduntur hodier-
næ provinciæ: Transſylvania, regio Temeſienſis, Walachia,
Moldavia. Reliqua Scythia in tres partes diſtingui poteſt: nem-
pe in *occidentalem*: à Viſtula fluvio, & mari Balthico, uſque ad
Boryſthenem ſuperiorem, & Tyram inferiorem; in *mediam*: in
qua partes Ponto proximæ, & dein terræ inter Boryſthenem &
Tanaim; demum in *orientalem*: quæ ultra Tanaim ad Volgam
fluvium, & mare Caſpium diffunditur.

§. 2. Totam INFERIOREM SCYTHIAM tempore Augu- 483.2.
ſti Imp. Daci ſeu Getæ habitabant: Auguſtus verò eos à vicinia
Romani Imperii circa Tibiſcum inferiorem ſubmovit, quò dein 484.c.555.
Tiberius exules Marcomannos poſuit. Trajanus Dacos terris 571.
intra Tibiſcum & Alutam planè exegit, illúcque colonias Roma- 578.
nas induxit, quas dein Aurelianus iterum ſuſtulit, & cis Danu-
272. bium in novam Daciam, Ripenſem dictam, collocavit. Sub 628.
Probo Imp. Vandali in his terris ſedebant, ſed eis per Gothos 478.
280. evaſtatis, & reliquis à Probo in Romanas provincias cis Danu- 633.
bium ſuſceptis, Sarmatæ Limigantes ſeu Slavini (*vid. cap. XI.*)
in regionem Temeſienſem & partem Walachiæ Cis-Alutenſem
ſucceſſerunt. Slavi Anthæ verò (*vid. cap. X.*) inferiores Danu- 492.
bii ripas in Moldavia: Gothi, quos Jornandes eoſdem cum
Getis facit, reliquam Moldaviam & Walachiam tenebant.

§. 3. Populi, qui OCCIDENTALEM SCYTHIAM tenue- 486.b.
rint, recenſentur à Ptolemæo, majores: Venedæ per totum Ve-
nedicum ſinum; & ſuper Daciam: Peucini, & Baſtarnæ; mino-
res gentes verò primo ordine, ſequendo Viſtulam, & dein Sar-
maticos montes: Gythones (id eſt Guthones, vel Gothones)
Finni, Bulanes, Frugundiones (id eſt Burgundiones) Avarini
(id eſt Warini ſeu Warni) Ombrones (id eſt Ambrones) Anar-
tofracti, Burgiones, Arſietæ, Saboci, Piengitæ, & Bieſſi juxta
Carpatum montem. Populi hi omnes, & quos Ptolemæus ad-
huc in aliis ordinibus ſubjungit, Germanicæ originis dicendi
ſunt

Digitized by Google

A.Chr. ſunt, licèt Sarmatiam inhabitârint. *Venedos*, Fennos, & Peucinos Tacitus, *Baſtarnas* Strabo pro Germanis agnoſcit, & *Peucinos* ſpeciem Baſtarnarum facit. Plinius (*vid. cap. XXIX.* §. 2.) primum genus Germanicorum populorum Vindilos, id eſt Vandalos omnes, etiam Transviſtulanos, quintum autem Peucinos & Baſtarnas ſtatuit. Dexippus, ſcriptor ſeculi tertii, Baſtarnis Hermundurorum nomen applicat. Cùm ergo hi populi maximam partem Scythiæ occidentalis poſſederint, dubium eſſe nequit, intermixtas minores gentes æquè Germanicæ originis fuiſſe: quod & eorum nomina, ùt Gothonum, Burgundionum, Burgionum, Warnorum, Ambronum, Veltarum, ſeu Beltarum à Belt maris nomine, per ſe innuunt. Jornandes alios populos in hac parte Scythiæ, niſi Vividarios, Itemeſtos, & Agazirros, nominare non ſcivit, & his ſtatim ſubjungit Bulgaros ad Pontum Euxinum; alibi tamen Baſternas, & cæterùm Sarmatas generali nomine commemorat; ipſos Gepidas quoque (Ptolemæi & Taciti Gothones) ad oſtia Viſtulæ quondam ſediſſe, iíſque inde versùs Mœotim migrantibus, Vividarios ſucceſſiſſe refert. *Vividarii* hi Jornandis rectiùs Vinidarii, id eſt Vinidi vel Venedi Germani, compellandi videntur. *Agazirrorum* nomen græcam nomenclaturam ab ἄγαν valde, & συῤῥέω confluo, ſapit, itaque populos diverſos confluentes denotat, quod nomen Jornandes locò tot nominum à Ptolemæo proditorum uſurpâſſe videtur. Ptolemæus Agazirros non memorat, ſed *Agathyrſos*, tum in Sarmatia Europea, tum in Scythia intra Imaum montem: ita ut nomen hoc æquè comūne pluribus gentibus, & ab ἄγαν valde, & θὴρ fera, gentibus valde ferocibus applicatum videatur. Herodotus ſua ætate Agathyrſos in Scythia inferiore collocat, dicit enim Marim fluvium, id eſt Maroſch, ex Agathyrſis fluere, ut ergo Agathyrſi hi vel in finibus, vel ſaltem in confiniis hodiernæ Tranſylvaniæ ſedere debuerint. Ammianus autem pro ſuo ævo Agathyrſos inter Alanos ponit.

Vid. App. Num. 705. 487. a. 478. 474. 476. 477. a. 486. b. 487. h. 487. d. 658. a.

§. 4. Ad SCYTHIÆ MEDIÆ incolas pertinent, ex Ptolemæi deſcriptione Sarmatiæ Europeæ, ex majoribus gentibus: Jazyges, & Roxolani, per totum Mœotidis latus; & in interioribus ſeu mediterraneis: Amaxobii, & Alauni, id eſt Alani; ex minoribus gentibus plurimæ, quæ vicinæ Alanis populo majori, & Riphæis montibus, ex parte Occidentis longo ordine, & nominibus partim nomenclaturæ Germanicæ incorruptæ, ùt Salorum, & Sturnorum, à Sala & Sturia fluviis, ac Boruſcorum, recenſentur. Dein verò referuntur Orientem versùs inter Amaxobios & Roxolonos Racalani, & Exobygitæ; inter Peucinos & Baſternas Carpiani; ſupra Carpianos (id eſt à ſeptentrione Carpianorum) Gevini, & Bodeni; inter Baſternas & Roxolanos Chuni; ſub Baſternis juxta Daciam Tagri, & ſub his Tyragetæ. Ex Ptolemæi deſcriptione Mœſiæ huc quoque referendi: Arpii ſub Tyragetis in litoralibus Ponti Euxini à borealiſſimo Danubii oſtio uſque ad Boryſthenis oſtium, & in interioribus quoque Daciâ magnâ excluſis uſque ad fluvium Hieraſum ſeu Pruth; & Britolagæ ſupra oſtium Danubii Peucinum, ergo in hodiernæ Beſſarabiæ parte, oſtium Hieraſi Daciam finientis contingente. Sat

486. b. 483. b.

A.Chr. clara eſt hæc Ptolemæi deſcriptio populorum ad Orientem ver- Vid. App.
gentium: & poterat is quoque ordinatiùs deſcribere Scythiam Num.
Ponto Euxino vicinam, quoniam ſub Ptolemæi ævo Græci in
litoralibus Ponti inter Danubium & Boryſthenem plura emporia, 472. d.
commercii causâ à ſe, patientibus id in ſuum itidem favorem
Scythis, exſtructa poſſidebant, obindéque de habitatoribus Scy-
thiæ Græcos populares ſuos, & Romanos (ſub quorum prote- 815.
ctione erant) edocere facilè potuêre. Advertendum autem pri-
mò: ex toto Ptolemæi contextu patet: *Roxolanorum* ſedem fuiſ-
ſe ad Boryſthenis inferioris ſiniſtrum latus uſque ad extremum
Mœotidis, quà Ponto jungitur; *Jazygum* verò ad initium Mœ-
otidis, & dein ad latus dextrum Tanais Orientem versùs, uſque
ad terminos Europæ, cujus Scythiam ſeu Sarmatiam Ptolemæ-
us deſcribit; 2dò Ptolemæus pro more ſuo plerumque ex Occi-
dente & ſeptentrione in Orientem & meridiem procedit. His
præmiſſis ordo & ſitus populorum ſic intelligendus eſt: Inter
Boryſthenem & Tanaim erant quatuor populi majores: *Amaxo-
bii* diffundebantur circa caput Tanais majoris, & contingebant
Jazyges circa Tanaim minorem; *Alani* accolebant Boryſthenem
ſuperiorem, Roxolani inferiorem. Gentes minores intermediæ
erant duæ: Racalani Amaxobiis, Exobygitæ Roxolanis propin-
quiores. Porro ſupra Daciam magnam, ſeu ad ſeptentrionem
Daciæ, ſedebant gentes majores duæ: *Peucini* in montanis hu-
jus nominis, à πεύκη pinu compellatis, circiter in hodierna Po-
kutia; & *Baſtarnæ* circa caput Geraſi fluvii ſeu Pruth; ubi & Al- 492.
pium Baſtarnicarum nomen occurrit. Intra horum duorum
montanorum populorum ſinum ſeptentrionalem campeſtres de-
gebant *Carpii*, græcè fors à καρπὸς fructus ſic appellati. Carpianos
à ſeptentrione ſequebantur Gevini, & *Bodeni* fors à Bode fluvio
Germanico nomen trahentes. Baſtarnis proximi in Scythia me-
dia versùs Alanos ad Boryſthenem erant Chuni, versùs Pontum
autem Tagri, & Tyragetæ. Ipſa litora verò Ponti Britolagæ, &
Arpii tenebant.

§. 5. Ptolemæus, quanquam Daciam non ex ſuo, ſed Ma- 484. e.
rini ævo retulerit, Sarmatiam tamen & Mœſiam ex ævo ſuo ſe-
culi ſecundi deſcripſit, ùt apparet ex combinatione cum relatis
Strabonis: non novit hic, niſì ſolitudinem Getarum ad oſtia 484. c.
Danubii: *Tyrigetas*, id eſt Tyræ ſeu Danaſtri accolas: Jazyges
Sarmatas, & Baſilios ſeu Regios: nec non Urgos: Baſtarnas
dein, Germanis circa Daciam, & Tyragetis vicinos: atque Ro- 487. a.
xolanos inter Tanaim & Boryſthenem incolentes: cætera om- 487. b.
nia ignorari dicit. Ratio eſt, quoniam Sarmatæ ſeu Scythæ in
litoralibus Ponti ab oſtiis Danubii uſque ad Boryſthenem, circa 472. d.
8. civitates Græcas habitantes, anno quinquageſimo Auguſti Imp. 561.
ſeſe protectioni & poteſtati Romanorum commiſêre; ita ut ex
eo tempore primùm, Strabone non ſuperſtite, notitiæ meliores
de terris Scythicis acquiri potuerint.

§. 6. Ammianus Marcellinus, pro ſtatu Scythiæ in ſeculo 658. a.
quarto, tantùm occaſione Hunnorum quædam de *Alanis* prodit,
quòd nempe in immenſum extenſas Scythiæ ſolitudines inhabi-
tent,

A.Chr. tent, ex montium appellatione cognominentur, populos con- Vid. App. Num.
terminos à ſe devictos ad gentilitatem ſui vocabuli traxerint, in Europam non tantùm, ſed & in Aſiam ad Gangem Indicum uſque dilatentur, & inter Europeos Neuri, Vidini, Geloni, Agathyrſi connumerentur. Jornandes pro eodem ſtatu ſeculi 658. a.
quarti, æquè occaſione Hunnorum, populos ad Mœotidem Alipzuros, Alcidzuros, Itamaros, Tuncaſſos, & Boiſcos ſpecificat: de cætero Alanos quoque ab Hunnis ſubjugatos, & Gothos ſedibus ſuis pulſos eſſe dicit. Procopius plurimos popu- 482. b. cf.
los, & inter eos quoque Vandalos, Alanos, nationis Gothicæ, & ejusdem linguæ, olim verò Scytharum, Getarum, Sauromatarum, Melanchlænorum, aliisque nominibus compellatos fuiſſe dicit.

§. 7. *Tacitus* de Gallorum quondam Celticorum migratio- 516. b.
ne in Germaniam rectè ait: quantulùm enim amnis (Rhenus) obſtabat, quò minùs, ùt quæque gens evaluerat, occuparet, permutarétque ſedes promiſcuas adhuc, & nullâ regnorum potentiâ diviſas. Id ſanè quàm maximè etiam applicandum venit Scythiæ antiquæ, utpote quæ non tantùm potentiæ regnorum longiſſimè expers manſit, ſed & tantæ vaſtitudinis fuit, ut ei implendæ gentes undique confluentes non ſufficerent. Teſtatur id *Procopius* de ſuo adhuc ævo ſeculi ſexti, dum dicit: fluvius Iſter amplam circuit 485. b.
regionem, cujus maxima pars humano cultu penitus vacat. Præprimis verò Scythia ex oris Borealibus Germaniæ quondam tot gentes recepit, ut diverſorium Germaniæ, quin & nova Germania nuncupari potuerit. Hanc ſententiam *Regino* quoque, ſcriptor ſeculi decimi inchoantis, *in Chronico ad A.* 747. a.
889. ex antiquioribus ſcriptoribus protulit, dicens: non immeritò univerſa illa (Scythiæ) regio, à Tanai fluvio uſque ad occiduum, licèt & propriis loca in ea ſingula nuncupentur nominibus, generali tamen vocabulo Germaniæ ſæpe annumerabitur.

§. 8. De *Cimbris*, populo ſeptentrionali Germanico, retulit Strabo, ſcriptor ſeculi initiantis primi Chriſtiani, retulit Po- 530.
ſidonius, ſcriptor ſeculo anterior, eos quondam in Scythiam, ad lacum Mœotim migrâſſe, ibidémque Boſphoro nomen Cimmerii indidiſſe. *Getas*, Græcis antiquiſſimè notos, contendit Jornandes, contendunt alii ſcriptores Gothici, eosdem cum 563.
Gothis, & jam Amazonum, atque Alexandri Magni tempori- 564.
bus, Scythiæ incolas fuiſſe. Sedes eorum antiquiſſimas perhibet Jornandes juxta paludem Mœotidem: ſubſequas (tempore 475.
Julii Cæſaris, & Bœrebiſtæ Dacorum regis) in Dacia magna, nec non Mœſia inferiore, & Thracia: poſteriores (à Trajani Imperio inchoando uſque ad Hunnorum irruptionem ſeculo quarto vergente) iterum ſupra mare Ponticum præcipuè circa Tyram ſeu Danaſtrum fluvium. *Gepidæ*, pars Gothorum indu- 563.
bia, poſt migrationem ex Scanzia, primas ſedes in extremo Scy-

Digitized by Google

A. Chr. thiæ occidentalis angulo ad oſtia Viſtulæ fluvii fixêre: circa ſe- Vid. App. Num.
culum verò tertium initians in Scythiam mediam, & viciniam 477. a.
populariùm ſuorum Gothorum, tranſtulêre: ibique ſeculo tertio 477. b.
medio cum his ipſis Gothis pro ſedibus amplioribus pugnavêre, ſed repulſi, in ſedibus his ſecundis uſque ad Hunnorum irruptionem perſtitêre: cum quibus demum in terras Danubio propinquiores immigraverunt. In pleriſque his ſedium mutationibus naturaliter planè contigit, ut aliqua portio Gothorum locis prioribus affixa maneret, iterúmque ſucceſſu temporis in populum, alio licèt aſſumpto nomine, exceſceret. Diſſertè id confirmat Procopius de *Dory*, maritima regione circa paludem Mœ- 482. e.
otidem, ubi Gothorum pars, quam à fidelitate erga Romanos, & cæterùm humanitate, atque agriculturæ & bellandi peritia laudat, ab antiquo degerit, & nec, Theoderico cum Gothis Italiam petente, ſe moverit, ſed in antiquis ſedibus & antiqua erga Romanos fide uſque ad Procopii ævum perſtiterit. Teſtatur idem Procopius, Gothorum ſpeciem, *Tetraxitas* nominatam; 482. c.
tempore Hunnorum irruentium, regionis aquis Ponti fermè circumfuſæ, id eſt hodiernæ Crimeæ, incolas fuiſſe, ibidémque cum Hunnis in unam gentem coaluiſſe. Pari prorſus modo Tyrigetæ ad Tyram ſeu Danaſtrum, & Exobygitæ inter Roxolanos & Amaxobios, id eſt inter Boryſthenem inferiorem, & caput Tanais, à Ptolemæo (pro ſuo ævo, quo Gothica gens ſedes 486. b.
principales non ad hos fluvios, ùt olim, ſed à Geraſo uſque ad Danubium habebat) nominati, reliquiæ videntur priſcæ Gothorum ſeu Getarum habitationis, nomine alio indito Tyrigetis à Tyra fluvio, & Exobygitis ſeu *Exobygetis* à græco ἕξ, ſex, & ὠβὴ, tribus, quaſi Getæ ex ſex tribubus, ſicut *Tetraxitæ* à τετρὰς, quaternio, quaſi Getæ quatuor tribuum, denominati ſunt.

§. 9. Si aſſentiamur ſcriptoribus Gothicis, Jornande poſterioribus, utì res plana videtur eſſe: Gothos non ex ſola Scan- 564.
zia, ſeu Scania, ſed ex tota Dania, Suecia, Gothlandia, Gothia, & Jutia, numerum populi ſui, quanquam à ſola Gothia, & Gothlandia cognominati, in Scythiam diverſis antiquiſſimis temporibus eduxiſſe: dicendum eſt, ad hanc GENTEM GENERALEM GOTHICAM etiam Herulos, Langobardos, Rugos, Scyros (de quorum origine & fatis ſequentibus capitibus agetur) pertinere. Omnes illi ſedes ſuas inter Gothos quondam, & ſeculo inchoante quarto inter Hunnos, tanquam eorum ſocii, habebant. De *Herulis*, ultra jam alibi dicta, hìc loci adhuc commemorandum: Heruli hi usque ad Ermanaricum Gothorum Regem, & tempora Conſtantini Magni, ad Mœotidem palu- 479.
dem, in locis ſtagnantibus, inter Gothos (qui & illos tunc ſibi ſubjecerunt) ſedebant, ac impoſterum ſub nomine Gothorum usque ad Hunnorum irruptionem latuêre. Heruli hi iidem in ſtatu priori integro, ſeculo tertio medio, æmuli fuerunt Gothorum in invadendo Romano Imperio; eos Syncellus ad expedi- 782.
tionem ipſorum Aſiaticam A. 256. Ærulos, Mœotidis (id eſt viciniæ Mœotidis ad Pontum) accolas: & Trebellius Pollio ad aliam direptionem Romani Imperii A. 269. Herulos: Zoſimus 624.
econ-

A. Chr. econtra ad A. 252. in direptione Europæ, & ad A. 256. in direptione Aſiæ Boranos vocat, aſt Herulos Ponticos, dum eos inter nationes propter Iſtrum numerat, & per Boſphori incolarum opem in Aſiam enavigâſſe dicit, itaque in vicinia oſtiorum Iſtri ad Pontum collocat, cum Syncello intelligit. Colligendum hinc: Herulos à Græcis alio nomine quoque *Boranos*, id eſt pabulantes, à βορὰ pabulum, eò quòd in locis ſtagnantibus & paſcuoſis habitarent, appellatos fuiſſe. Unde & ulteriùs inferre licet, *Boiſcos* Jornandis, quos ab Hunnis irruentibus raptos, id eſt ſubjugatos & aſſociatos refert, cum Boranis & Herulis, ibidem loci irruptionis Hunnicæ ad Mœotidem habitantibus, eosdem planè, & paulò aliter tantùm à βόσκω paſco, ſenſu tamen eodem, tunc nuncupatos fuiſſe. In eodem loco Jornandis ſub nominibus *Alipzurorum* & *Alcidzurorum* fors deliteſcunt *Scyri*: pars primi nominis *Ali*, ab ἁλς mare, ſecundi *Alci*, ab ἀλκὴ robur, derivata, pars poſterior autem utriusque ex *Score* Gothico vocabulo, litus denotante, & Scoringia patria quondam primæva Scyrorum, græcanicè corrupta eſſe, itaque prima compellatio Scyros maritimos, ſeu in ipſo litore ſedentes, altera remotiores paululùm, cognomento robuſtos, denotare videtur. Confirmatur hoc ex Priſci Hiſtoria Gothica, qui Alipzurorum & Alcidzurorum quidem non meminit, ſed *Amaldſurorum*, æquè ex græco ἄμαλλα manipulus, & Gothico ſcore, quaſi manipulus gentis Scyræ dictorum. Interpretatio hæc, ſi ſuſcipiatur, tollit dubium ex hiſtoriis de hac gente (*cap. XVII. §. 2.*) exſurgens, an nomen Scyrorum & Turcilingorum, quod ſcriptoribus promiſcuè uſurpatur, unam eandémque gentem deſignet? accipienda etenim hæc nomina forent de diverſa ſpecie unius gentis, ita ut Scyri, ſolo patrio nomine, Græcis Alipzuri, *Turcilingi* autem Alcidzuri dicti fuerint. Nomen populi aliud à Priſco & Jornande ibidem additum, *Itamarorum*, certò itidem eſt græcæ derivationis (ab ἡττάομαι inferior evado) populum ſubactum denotans; *Tuncaſſos* autem Jornandis Priſcus Tancaſſios vocat, & hoc vocabulum quoque, quidquid de ejus derivatione ſit, gentem Germanicam Scyris vicinam indicâſſe cenſendum eſt. Porro Scyros *Procopius de bell. Goth. lib. 1. cap. 1.* pro gente Gothica habet, dicit enim: aliquantò antè (de Imperio Auguſtuli, ultimi in Occidente Imperatoris, itaque de tempore ante A. 476. loquitur) Romani Scirros, Alanos, & alias quasdam gentes Gothicas in ſocietatem aſciverant. Cæterùm de *Langobardis* hìc adhuc ex *cap. XX. §. 1. 2. 3.* inſinuandum eſt: eos ſeculo quarto finiente ex oris maris Balthici in Scythiam mediam, primùm quidem ad Antharum prope Pontum Euxinum, dein Gepidarum jam Hunnis ſociatorum, & mox Burgundorum ſedes in mediterraneis migrâſſe, quin & Bulgaros in Scythia orientali ultra Tanaim accedere tentâſſe, aſt repulſos eſſe.

Vid. App. Num. 612. 617. 658. a. 777. 750. a.

§. 10. Altera Scythica GENS GENERALIS ALANICA ſtatuenda eſt, ſub qua non tantùm *Alani*, ſimpliciter ſic dicti, nec non *Roxolani* & *Racalani*, ſed & plures aliæ gentes, licèt diverſi ſpe-

A.Chr. ſpecifici nominis, originis tamen Alanicæ, ſeu quod idem eſt Vid. App. Num.
Vandalicæ, comprehenduntur. Strabo nominis generici Alanorum non meminit, ſed Roxolanorum; eos maximè ſeptentrionales in Scythia, atque campos inter Tanaim & Boryſthenem incoluiſſe, bellica laude claruiſſe, & contra Mithridatem Eupatorem exercitum quinquaginta millium eduxiſſe dicit: Alanos ergo, Racalanos, & Amaxobios Ptolemæi, æquè ad Boryſthenem & Tanaim habitantes non diſtinxit, vel potiùs diſtinctioni huic, ſibi ex propria faſſione ignotæ, non immoratus eſt. *Mithridates Eupator*, Rex Ponti, cum Romanis ab A. U. C. 662. usque 691. (*vid. Uſſerii annales rerum Aſiaticarum*) bellum geſſit, & A. U. C. 674. Sylla Romæ dictatore, Boſphorum Cimmerium ſibi ſubjecit: circa quod igitur tempus Roxolani, non ſoli, ſed cum tota gente, ſibi vicina & cognata, exercitum quinquaginta millium Boſphoranis itidem vicinis ſuis in auxilium miſiſſe videntur. Ælius Spartianus Roxolanos vocat nomine generico 579.
Alanos ad initia Adriani ſeculo ſecundo, iiſque Regem fuiſſe dicit. Dio Caſſius de tempore ſeculi ſecundi vergentis refert: à
175. M. Antonio Imp. Jazygibus Metanaſtis, inter Tibiſcum fluvium 598.
& Carpaticos montes ad latus Daciæ occidentale ſedentibus, conceſſum eſſe, per Daciam commerciorum causâ Roxolanos adire, quoties id *Princeps* horum permitteret. Notandum hìc interim: Roxolanis non formam regiminis popularem ſed principalem fuiſſe, quem morem à populis Aſiaticis Ponto ex adverſa parte accolis à tempore fors Mithridatici belli traxerunt; proùt & *Jazyges* ſolo fluvio Tanai ab Aſia dirempti fecerunt, obindéque pars Jazygum horum *Regii* cognominati ſunt. Ammianus 657. a.
371. Marcellinus pro ſeculo quarto Alanos Greuthungis (id eſt Oſtrogothis versùs Pontum) vicinos, conſuetudine Tanaitas (à vicinia oſtii Tanais) vocari, eóſque Hunnis per Mœotidem irrumpentibus, poſt clades varias, ſocios in debellatione Gothorum fuiſſe, alios autem Alanos (nempe ad ſuperiorem Boryſthenem ſedentes) Vithimiro Ermanarici Gothorum Regis, inter hos motus Hunnicos mortui ſucceſſori, ſeſe contra Hunnos junxiſſe refert. Non ergo tunc ampliùs Roxolanorum ſed genericum Alanorum nomen frequentabatur. Procopius pro ſeculo quinto inchoante, Mœotidis paludis accolas, nec Roxolanos, 482. b. f.
nec Alanos, ſed *Vandalos* appellat, eóſque tractis in ſocietatem
406. Alanis (quos, ùt & Vandalos, pro natione Gothica habet) ad Germanos Francos ſe recepiſſe, & Rhenum Godigiſcli (Godegiſeli) ductu tranſiiſſe dicit. Sanè conjunctio Alanorum cum 749. a. 754. c.
indubiis Germanicis populis, in tranſitu Rheni, in poſſeſſione 755. b. 758. a.
Galliarum, & Hiſpaniæ, in conflictu Germanorum contra filios Attilæ in Pannonia, &c. eorundem Alanorum originem 759. a.
æquè Germanicam ſat demonſtrat.

§. 11. Hiſtoricis his notitiis correſpondet græca ETYMOLOGIA nominis Alanorum: quemadmodùm enim *Vandali* Germanicè à *Wandelen*, vagari, compellationem ſortiti ſunt, ita *Alani* Græcè ab ἀλάομαι, vagor, pariter dicti. Vandali igitur, qui ſedes Græcis civitatibus propinquiores circa Boryſthenem

cepe-

Digitized by Google

A.Chr. ceperant, græco more communiùs Alani audierunt: Viſtulæ verò propinquiores nomen Germanicæ derivationis retinuerunt. *Roxolani* non tàm à ῥώξ fiſſura, quaſi ſciſſi & ſejuncti Alani, quàm à ῥώς vertex, Alani ſub uno vertice ſeu Principe, literam σ Atticè mutando in ξ, etymon ſuum deducere videntur. *Racalani* autem propriè à ῥακὶς ſurculus ſeu ramus diviſus Alanorum audiunt. Ammianus Marcellinus, ùt *ſuprà* §. 6. Europeis Alanis Neuros, Vidinos, Gelonos, Agathyrſos accenſet: poterat is certè populorum horum certiorem notitiam habere, cùm ſua ætate cum Hunnis in ipſum usque Romanum Imperium erumperent. Sidonius Attilæ expeditionis Gallicæ coævus teſtis, & Vid. App. Num.
451. in ipſa Gallia Epiſcopus Arvernenſis, inter populos, Attilæ caſtra ſequentes, enumerat Rugos, Gelonos, Gepidas, Scyros, Burgundiones, Belonotos, Neuros, Baſternas; omnes igitur hi populi, exceptis Gepidis, & ſub hoc nomine quoque comprehenſis Oſtrogothis, Vandalicæ erant originis, & habitationis tantùm Scythicæ, quibus pro parte à Græcis, qui Barbaros hos in emporiis Græcis ad Pontum frequentabant, *nomina Græcanica ſuperindita* fuêre: dico pro parte, id eſt reſpectu propinquiorum Ponto, quoniam remotiorum nomina ex diſtorta plerumque Germanica nomenclatura proceſſiſſe videntur. Variârunt tamen & nomina græca, ùt gentes ipſæ: ſic Ptolemæus ſeculo ſecundo *incolas litoris Pontici* inter Danubii & Boryſthenis oſtia *Arpios*, ùt videtur, non ab ἄρπη falx, quaſi meſſores, ſed ab ἁρπάω rapio, quaſi rapidos, Jornandes pro ſeculo quarto *Alipzuros*, *Boiſcos* &c. vocat, quibus Tabula Peutingeriana nomen *Dacpetoporianorum* ex Dacorum gentili vocabulo, & πέτομαι, volo volare, ac πόρος tranſitus compoſitum, quaſi Dacorum velocis tranſitûs pro ſeculo tertio finiente imponit. 755. c. 492.

§. 12. Nomina *hyperboreorum* ab ὑπὲρ ſuper, & βορέας, quaſi ſupra Boream habitantium: *Sauromatarum* à σαῦρος lacerta, & ὄμμα oculus, quaſi acribus oculis præditorum: *Nomadum* à νωμῶ Doricè pro νέμω paſco, quaſi lacticiniis & pecore victitantium: *Amaxobiorum* ab ἅμαξα currus, & βίος vita, quaſi in curru viventium: & *Melanchlænorum* à μέλας niger, & χλαῖνα ſuperindumentum villoſum, quaſi hoc genere veſtis nigro ad frigus arcendum tectorum, nullam nationem ſpecificant, ſed cuilibet genti reſpectivè ſitûs Borealis, vel ejusmodi generis vitæ vel veſtitûs, conveniunt. Talia nomina igitur nihil obſtant, quò minùs gens quæcunque à Græcis ſic inſignita, Germanicæ originis eſſe potuerit.

§. 13. *Jazyges* & *Chunos*, quos Ptolemæus (ùt ſuprà §. 4.) memorat, quidam Hungaricarum rerum ſcriptores Hunnicæ originis eſſe putant; ſed hoc tum Ammiano Marcellino, qui Hunnos, per Mœotidem ſeculo quarto in Scythiam Europeam irrumpentes, *abditam*, igitur ignotam eoùsque nationem, immo glaciali Oceano ultra paludes Mœoticas propinquam aſſerere non dubitavit: tum Priſco Hiſtorico, qui ulteriorem, id eſt Aſiaticam ripam Mœotidis pro patria Hunnorum aſſignat: tum Agathiæ, qui idem confirmat: nec non Procopio, qui Hunnorum populos inter Caucaſum, Mœotidem, & Tanaim collocat, nimiùm 657. c. 715. 658. a. 812. 482. a.

A. Chr. miùm contrariatur; ſi enim Hunnica quædam natio ſub nomi- Vid. App. Num.
ne Chunorum jam ſeculo ſecundo inter medios Getas, & ſub
nomine Jazygum prope ipſos Roxolanos ſediſſet, abdita ſecu-
lo quarto natio dici nequiviſſet. Unde *Chunus* à *Kone*, *Kune*, au-
dax, vel quocunque vocabulo alio Germanico, *Jazyx* autem à
græca præpoſitione, in compoſitione ſeparationem ùt plurimùm
ſignificante Διὰ, & ζῆ vivit, dictus videtur, quoniam Jazyges
intra majorem & minorem Tanaim & cæterùm Tauro monte
Scythico incluſi, itaque ab aliis Scythis ſeparati vivebant.

§. 14. Hucusque dicta eum finem habent, ut demonſtretur,
non tantùm Scythiam inferiorem, ſed & occidentalem, & me-
diam, usque ad tempora Attilæ, maxima ſaltem ex parte, ſep-
tentrionalibus Germaniæ nationibus ex inſulis vaſtis arcticis, &
oris maris Balthici, nec non ripis Viſtulæ fluvii, quin & ex Ger-
mania reliqua borealiore, generalis quaſi diverſorii loco, itaque
habitationis Germanicæ fuiſſe: omnes autem eas gentes ſub *du-
plex nomen generale*, ſeu latè ſumptum, *Gothorum*, & dein *Vanda-
lorum*, ſeu, quod ejusdem eſt ſignificatûs, Alanorum reduci poſ-
ſe. Gothi ſanè inter populos omnes, ex inſulis maris Germani-
ci & Balthici unquam excitos, eminebant, & primi dominatum
in terris migrationis ſuæ affectaverunt, ſub quo & aliæ plures
gentes cum nominibus ſuis per alterna temporum intervalla de-
ſituerunt. *Vandali* non à fixis ſedibus, ſed à crebra mutatione
ſedium, compellationem ſortiebantur, & hinc nec Tacitus, nec
Ptolemæus Vandalorum meminit: ſed hic Vandalorum reverà
& profeſſione talium nomina tantùm particularia ſuperaddita
tradit: ille Vandalorum quoque ſpecies ſub Suevorum ſyllabo
comprehendit. Dio Caſſius denique in ſeculo tertio notam ſpe-
cialiorem, quousque in Germania Vandalorum compellatio ex-
tendatur, prodidit, dum dicit: *Albim ex montibus Vandalicis* de- 559.
currere; unde populi illi, qui à Ptolemæo, à Suevo fluvio &
Sudetis hodiernæ Bohemiæ montibus, versùs & ultra Viſtulam 548. 452.
ponuntur, ùt Buguntæ ſeu Burgundiones, Luti & Lugi, id eſt 453. 454.
Lygii, Bateini, Corconti, Rugii, Elveones, Venedæ, Gytho- 486. b.
nes, Burgundiones iterum, Avarini, Ambrones, Burgiones
ſeu Burgundiones in tertio loco &c. nomini generico Vandalo-
rum accenſendi ſunt: cujus quoque participes facti ſunt alii in-
fra Suevum & Viadrum ſedentes occidentaliores Germaniæ po-
puli hoc ipſo, quòd profeſſionem migrandi versùs Viſtulam ſuſci-
perent. Variationis in ſedibus exemplo eſſe poſſunt Burgun-
diones, qui, tanquam populus major, ùt inquit Ptolemæus,
jam hujus ævo in tribus diſtinctis ſedibus, nempe intra Suevum 448. 452.
& Viſtulam, ultra Viſtulam, & juxta Sarmaticos montes (ùt 486. b.
ſuprà §. 3. dictum) ſeculo tertio medio verò in vicinia Gepida- 477. a. b.
rum & Gothorum, igitur circa Danaſtrum, inveniebantur, in-
déque iterum aliò per Gepidas expellebantur.

§. 15. His nihil obſtat, quod Ammianus Marcellinus dicit:
Tranſito Tanai in immenſum extentas Scythiæ ſolitudi- 658. a.
nes Alani inhabitant, ex montium appellatione cogno-

mina-

A.Chr. minati &c. Item: Rex Vithimiris (Gothorum) reſtitit Vid. App. Num.
(Hunnis irrumpentibus) aliquantiſper, Alanis, Hunnis 657. a.
aliis, fretus &c. per hæc poſteriora verba enim, ùt ex toto contextu apparet, non vult indicare, Alanos Hunnici generis, ſed morum tantùm ſimilium in invadendis aliis populis, ejusdémque roboris & methodi bellandi fuiſſe, adeóque feroci genti ferocem aliam objectam eſſe. Per verba antecedentia verò conceptum ſuum de derivatione Alanorum nominis ab Alano monte, Ammianus etymologiæ incurioſior, vel ex Ptolemæo, qui Alanum montem in media Scythia, ſeu, ùt ille vocat, Sarmatia Europea aſſignat, vel ex alio ſimili auctore deprompſiſſe videtur, non ſat perpendens, quod ipſe dicit, Alanos etiam in
Aſia ad Gangem usque nominari, & quòd Ptolemæus quoque in 487. b.
Scythia intra Imaum montem jam retulerat: *omnem Scythiam ſeptentrionalem habitari à populis, qui communi vocabulo Alani Scythæ nominentur*; inde enim concludendum ipſi fuiſſet, proùt res eſt: Alanum montem à populo Alano, non populum à monte derivationem trahere. Præcoces tales etymologiæ definitiones etiam in aliis auctoribus reperire licet. Sic *Procopius de Bello Vandalico lib. 1. cap. 2.* Gothorum Vandalorum, Viſigothorum, Gepædum, aliorúmque Gothorum ſpeciales compellationes, eò quòd omnes hi in lingua conveniant, à ſuorum quondam Ducum nominibus inditas fuiſſe credidit, cùm tamen *Jornandes* planè aliud teſtetur, & Vandali plerique ex aliis oris quàm Gothicis egreſſi fuerint. Si autem & Alani à montibus cognominati reverà fuiſ-
ſent, ſufficit, quòd Procopius Alanos ob linguæ commercium, 482. f.
Gothicæ nationi annumeraverit, ut pro Germanis in genere omnino, & pro Vandalis in ſpecie rectiùs habeantur. Demum accedit hìc luculentiſſimum *M. Aurelii Antonini Imp.* teſtimonium, qui in epiſtola ad Senatum de victoria, contra Quados in Cotino, id eſt, in hodierna Hungaria ſuperiore circa montanas ci-
vitates obtenta, agens ait: in meditullio Germaniæ, & in 593.
finibus hoſtium erámus. Rectè ergo Cotinum fines Quadorum dixit, ſed non rectè Cotinum meditullium Germaniæ dixiſſet, niſi terras vicinas ſeptentrionales trans-Sarmaticas, hodie Polonicas, pro Germanis, ùt reverà habitatione erant, habuiſſet. Per præmiſſa omnia igitur ſat edoctum reor, quod jam pridem *Martinus Cromerus* Polonorum hiſtoriographus, tum argumentis hiſtoricis, tum traditione gentis ſuæ perpetua aſſeruit:
usque ad Conſtantini primi Imp. quin & usque ad Hunnorum 734. b.
ingruentium tempora, id eſt, usque ad finem ſeculi quarti, Po- 735. a.
loniam (dico ego: Poloniam, & Ruſſiam usque ad Tanaim: ſeu, Scythiam occidentalem & mediam, nec non inferiorem) à Germanis (intelligendo iterum, potiſſimùm) habitatam fuiſſe; quidquid cæterùm de minori commixtione & acceſſione alterius populi ſit, utpote quæ in omni ævo & omni regione mundi obtinuit.

§. 16. Sequitur nunc SCYTHIA ORIENTALIS, id eſt, tota complexio terrarum, quæ à terris ſeptentrionalibus, Ptolemæo

A.Chr. lemæo incognitis, ſecundùm meridianum fontium Tanais majoris ad ipſos hos fontes, dein (ùt ego Ptolemæum capio) ſecundùm lineam à fontibus Tanais majoris usque ad converſionem ſeu divertigium Tanais minoris in majorem, ac porro à latere orientali Tanais inferioris ſeu utriusque jam juncti, & Mœotidis paludis, in meridiem deſcendit, abhinc Colchide antiqua ſeu regione Lazicâ, atque Iberiâ, Albaniâ, ſeu Caucaſiis & aliis montibus, nec non Hircano ſeu Caſpio mari, aliísque limitibus ad Gangem, & Seres, ergo ultimos Ptolemæo olim in Aſia notos populos usque, à meridionalioribus Aſiæ terris ſecernitur, & demum in ſeptentrionem incognitum, vaſtiſſimo ſanè circulo, redit. Hanc Ptolemæus trifariam dividit, in *Sarmatiam* 487. e. nempe *Aſiaticam*, ab Occidente per dictum limitem Tanais: ab Oriente verò per meridianam flexionis orientaliſſimæ Rha ſeu Volgæ fluvii usque ad mare Caſpium, ita ut alveus Volgæ ubique ſit in Sarmatia: à meridie verò Colchide, Iberiâ, & Albaniâ incluſam; porro in *Scythiam interiorem*, & *exteriorem*, quas 487. h. Imaus mons à ſe invicem ſegregat. *Plinius Hiſt. nat. lib. 6. cap. 7.* de populis ad Mœotim & Tanaim in Aſia hæc refert: A Cimmerio accolunt Mœotici, Vali, Serbi, Arrechi, Zingi, Pſeſii. Dein Tanaim amnem, gemino ore influentem, colunt Sarmatæ, Medorum, ùt ferunt, ſoboles, & ipſi in multa genera diviſi. Sarmatæ hi à Medis originem trahentes intelligendi de populis, qui Hunni poſteà dicti. Ammianus Marcellinus, pro ſeculo quarto occaſione Hunnorum tunc 658. a. erumpentium, ſummo ſupercilio tantùm Scythiam Orientalem viſit, eámque Aſiaticos in tractus vergere, & ad Gangem usque dilatari retulit. Jornandes ſeculi ſexti ſcriptor, æquè fugitivam 472. c. d. Scythiæ Orientalis mentionem hiſtoriæ ſuæ Gothicæ, itidem occaſione Hunnicæ quondam migrationis, injecit, eámque Scythiam ad Hunnos, Iberos, Albanos, & trans mare Caſpium ad Seres extendi tradidit. Procopius, ejusdem ſeculi ſcriptor, ut 482. a. bellum Romanorum contra Perſas in Colchide ſeu Lazica geſtum intellectui meliùs objiceret, *lib. 4. de bell. Goth. cap. 2. 3. 4. 5 6. 7.* geographiam omnium Ponto adjacentium terrarum ex profeſſo præmittit, & ibidem Hunnorum patriam, trans Mœotidem & Tanaim, ſupra populos, ad litus Ponti Euxini & Mœotidis, Zecchos, & Bruchos (quorum hi Ptolemaicis & Plinianis Arechis, illi Zinchis, eodem planè ſitu ad Pontum, convenire videntur) & ſupra Sagidas (qui fors Ptolemæi Sacones prope oſtia Volgæ) tum in regione ipſa Eulyſia, ùt ab Uturgurorum ibi habitantium commemoratione intelligendus eſt Procopius, tum ultra eam collocat. *Eulyſia* regio dicta videtur ab εὖ præpoſitione felicitatem denotante, & λύσις diſſolutio, quaſi felix & libera ſeu plana regio inter Caucaſios montes & Tanaim. Demum breviſſimè quidem, ſed ad præſentem disquiſitionem perquàm accommodè adjicit: ulteriora ad ſeptentrionem habent Antarum populi infiniti.

Vid. App. Num. 487. g. 482. a.

§. 17.

Digitized by Google

A. Chr. §. 17. Conjungit ergo Procopius SEDES HUNNORUM, Vid. App.
& Antharum ſeu SLAVORUM. Unde favebit mihi inclyta natio Hungarica, ut pauca quædam de ortu ejus & ſitu antiquo delibem; quod & ab inſtituto meo alienum haud eſt, cùm utraque gens non tantùm olim, teſtante Procopio, in extremis Aſiæ ad Europam oris, ſed etiam expòſt, migratione utrinque ad Danubium factâ, vicina arva incoluerit, & hodiedum ſub feliciſſimo eodem Imperio unita incolat, atque hiſtoria utriusque gentis antiqua ita connexa ſit, ut altera ſinè altera intelligi vix queat. Num.
Hungarica igitur *natio* natale ſolum antiquiſſimum, Procopio non 482. b. c.
tantùm, Jornande, ac Agathiâ, ſed & Ammiano Marcellino 658. a. 812.
lib. 31. in princ. & Priſco Rhetore, migrationis primæ Hunnorum reſpectivè coævo, & proximo teſte, quem ultimum Jornandes citat, ultra Mœotidem, intra hanc, Caucaſios montes, atque Tanaim, & Volgam inferiorem, habebat. Certificat quoque S. Hieronymus, tempori illi vel maximè coæqualis, Hun- 747. b.
nos Aſiaticum fuiſſe populum; quoniam in epiſtola ad Geruntiam: etenim Aſſur venit cum illis, oratoria comparatione dixit. Numeroſiſſimam gentem fuiſſe docet Procopius, dum duos fratres quondam inter ſe regnum paternum partitos, & exin populum eorum alterum Uturgurorum, alterum Cuturgurorum nomen ſuſcepiſſe, Cuturguros porro ſedes avitas dereliquiſſe, & lares ſuos cis paludem Mœotidem fixiſſe refert. Theo- 481. a.
phanes, Nicephorus Patriarcha, & Miſcella Hiſtoria de hac ſe- ſeqq.
paratione gentis Hunnorum obſcurè quidem, ùt in antiquitatibus, (*vid. cap. XV. §. 12. 13. 14. 15. 16.*) differunt, ſententiam tamen eandem complectuntur, & Hunnis (quos & cum annexo Bulgaros à ſede vocant) antiquam patriam ad Volgam fluvium, & cæterùm usque ad Cuphim, hodie Lecop, ſeu Copa fluvium, ad Mœotidem extremam aſſignant. Videatur quoque *num. 800.* ubi Theophanes varias Hunnorum ſpecies, ad Boſphorum, & ulteriora Aſiæ, ad Tanaim & Volgam ſcilicet, enumerat. Impenſiùs hæc proſequi inſtituti mei non eſt, ſed id indicâſſe ſufficiet: ea quæ in hiſtoriis de Hunnis & Avaribus occurrunt, uni quidem nationi genericæ, ſed non itidem uni genti ſpecificæ attribuenda, & alia eſſe, quæ Cuturguris, Uturguris, Avaribus, alia, quæ Hungaris, in ſpecie talibus, diſtincto ſemper loco & tempore, debentur: pari prorſus ratione, ac alia quoque apud alias nationes genericas v. g. Germanorum & Slavorum ſunt, quæ in hiſtoriis gentem ſpecificam Germanicam Gothorum, Vandalorum, Saxonum, Francorum &c. aut Slavicam Bulgarorum, Antharum, Limigantium, Arcaragantium &c. afficiunt; hiſtoriæ námque veteres ſat teſtatum reliquerunt: Hungaros in ſpecie, unde hodierni deſcendunt, eam in locis primævis reſiduam gentem fuiſſe, quæ anno primùm 889. teſte coævo ſcriptore *Reginone*, à Pezinacis vicinis, gente Turcica, ſedibus 1008.
priſtinis partim expulſa, partim tædio intentatæ ſervitutis, & præ multitudine quoque exuberante, ùt ait Regino, populi numero & virtute præſtantis, ſpontè mota, tunc demum domicilium aliud quæſiit, antè autem in migratione diſtinctarum ex

A.Chr. genere ſuo gentium partem non habuit, ſed laribus antiquiſſimis inter Tanaim & Volgam inferiorem, quoad ſalva libertate licuit, adhæſerat. Vid. App. Num.

§. 18. Ex Ptolemæi catalogo populorum Sarmatiæ Jazyges Baſilici, id eſt Regii, Modacæ, Hippophagi, Zacatæ, Suardeni, Aſii, Chenides, intra ſinum interiorem Tanais majoris: Ptirophagi, Mateni, Niſiotæ, ad orientale latus Volgæ fluvii: Seraceni, & plurimi alii populi ex iis, quos Ptolemæus ad Coracem, Ceraunios, & Hippicos montes nominat, ad regionem Colchidis (quæ Lazica poſtmodùm dicta) & Iberiæ, nec non Albaniæ pertinere videntur. *Seraceni* Ptolemaici (de quibus nihil habet *Plinius Hiſt. Nat. lib. 6. cap.* 7. ſed illorum locò Turcas ſubſtituit) fors Pezinaci Reginonis ſunt, qui Hungaros demum ex ſedibus ſuis pepulerunt. Ex Ptolemaicis igitur populis Sarmaticis tria præcipuè genera populorum manent, quæ Hungaricæ & Slavicæ nationi applicari poſſunt, nimirum: *Jaxamatæ*, à ἰάχω, clamo, & in futuro ἰάξω, & ἅμα, ſimul, quaſi clamore ſimultaneo prælium ordientes, quem morem de Hunnis Ammianus Marcellinus *lib. 31. in princ.* his verbis: ineuntes prælia cuneatim variis vocibus ſonantibus torvum, teſtatur. *Perierbidi*, à περὶ, circa, ἔρα, terra, & βίος, vita vel victus, quaſi ex terra victitantes, adeóque eam aliqualiter ſaltem colentes: & *hyperborei*, id eſt, ſeptentrionaliſſimi Sarmatæ. Jaxamatæ à Ptolemæo *juxta Auſtralem Tanais flexionem*, itaque infra Tanaim inferiorem à ſitu unde alveus auſtraliſſimus fit, collocat. Certificat hunc ſitum Ptolemæus, dum dicit: eſt & alia Rha flexio, proxima flexioni Tanais fluvii, cujus gradus ſunt 75. 56. ſupra quam admiſcentur duo amnes à montibus hyperboreis fluentes: ergo ab illo ſitu, ubi Tanais & Volga ſibi approximant, Jaxamatæ ad latus inferius Tanais in Ptolemæi idea collocandi ſunt, & hic ſitus apprimè Procopii relatis pro Hunnis convenit. 487. g. h. i. 487. f.

§. 19. Procopius dicit: ulteriora ad ſeptentrionem habent Antarum populi infiniti: ergo qui ſupra Hunnos Uturguros, & flexionem inferiorem Volgæ, intra verò flexionem ſeptentrionaliorem Tanais, & ſuperiorem Volgæ, habitabant, Antæ Procopio, & Perierbidi Ptolemæo dicti, Slavi erant, ſicut & reliqui Sarmatæ hyperborei ſeu ſeptentrionaliſſimi, quibus tanquam remotis à commercio meridionaliorum populorum, & incognitis, Græci nomen ſpeciale imponere non ſciebant. Quòd autem Perierbidis hoc nomen indiderint, abſque dubio ad diſtinctionem Sarmatarum *Hippophagorum* factum eſt, qui in ſinu interiori Tanais majoris ſedentes, ab ἵππος, equus, & φάγω, edo, quaſi equorum eſores, ſeu ex equis victitantes, & equimulgi à lacticiniis equinis dicti ſunt. *Perierbidis* nota localis à Ptolemæo adjicitur, quòd *juxta flexionem ſeptentrionalem Tanais*, igitur ubi alveus Tanais ſeptentrionaliſſimus eſt, ſederint. Vocantur à Ptolomæo *gens magna*, quod reverà Slavicæ genti convenit, ex qua ſubſequis temporibus tot & tantæ provinciæ repletæ

Digitized by Google

A.Chr. tæ ſunt. Ruſſici itaque Imperii hodierni terræ, quà Volgæ & Tanai ſuperiori ſubſunt, ſeminarium fuêre, unde præter ipſos Ruſſos, reliqui omnes Slavici populi originem trahunt. Vid. App. Num.

§. 20. Videndum nunc de MIGRATIONE SLAVORUM in meridionaliores oras. De modo, quo reſciverint Slavi, terras Europeas versùs Danubium & Romanum Imperium eorum receptioni patere, exigua admodùm ſollicitudo habenda eſt. Slavi, licèt ultra Tanaim in Aſiæ collimitiis degerint, humano tamen cum Europeis ſibi vicinis commercio penitus expertes cenſendi non erant. Græcorum induſtria & lucrandi cupiditas jam ab antiquiſſimis temporibus diverſa emporia ad Ponti oras tam Europeas, quàm Aſiaticas, & ad Boryſthenis ripas, inter me- 472. d.
dios Barbaros, exædificaverat. Cherſonem urbem in litore Pon- 482. d.
ti Europeo, circa hodiernam Crimeam, Jornandes præcipuè de- 474.
prædicat, quòd eò Aſiæ bona avidus mercator importârit; Hunugaros etiam hinc notos antiquitus dicit, quoniam ab ipſis pellium murinarum venerit commercium. Si igitur ex Aſiæ populis aliis commercium ad litora Ponti Europea deductum ſit, cur non idem de Slavis credendum? ſi verò emporia Ponti Europea nimiùm remota fors à Slavorum ſedibus, & à Slavis non frequentata credantur, aliæ adhuc proſtabant civitates, in ipſa Aſiatica Sarmatia, Slavorum patria, ad ripas Tanais fluvii teſte Ptole- 487. g.
mæo, nimirum: Tanais civitas ſub gradibus 67. 54⅓. Navaris ſub gr. 70. 55. & Exopolis ſub gr. 72. 55⅙. Ex combinatione graduum Ptolemæi Tanai civitati ſitus ad ipſa oſtia Tanais, ubi nunc eſt Azof, Exopoli verò ad ripam Tanais, ubi Tanais minor majori illabitur, ob eandem fermè graduum dimenſionem, oſtiis & converſioni Tanais à Ptolemæo aſſignatam: conſe- 486. b.
quenter Navari civitati ſitus intermedius æquè ad Tanaim competit, & hæ civitates Jazygibus in interiore ſinu Tanais ſedentibus proximæ erant. Saltem ergo Slavis, has easdem civitates per provinciam Jazygum vicinorum ſuorum commercii cauſa accedere, perquàm facile accidebat. Si autem ne id quidem moleſtiæ ſuſcipere voluiſſent, Jazyges certè ipſi, quin & alii mercatores Aſiatici lucro ſuo non defuiſſe cenſendi ſunt, ut res, quibus abundabant Slavi, ab inde exportarent, & unà cum ſuis vendibilibus ad emporia deveherent. Poterant ergo Slavi vel per ſe, vel per alios, & præprimis vicinos ſuos Jazyges, in illis etiam antiquiſſimis temporibus, de ſtatu Scythicarum & Danubialium terrarum versùs Imperium Romanum, notitias ſat idoneas pro capiendo migrationis conſilio acquirere.

§. 21. Tacitus de Regno Quadorum ſub Vannio Rege ait: 573.
vis innumera, Lygii, aliæque gentes adventabant, famâ ditis Regni, quod Vannius triginta per annos prædationibus & vectigalibus auxerat. Ipſi manus propria pedites, eques è Sarmatis Jazygibus erat. De iisdem Jazygibus circa Quados intra Granuam, Danubium, & Tibiſcum fluvios, extra patriam ſuam habitantibus, obindéque Metanaſtis dictis, refert Dio Caſſius in geſtis Marci Aurelii Antonini Imp. con- 598.

 ceſſum

Digitized by Google

A.Chr. ceſſum ipſis eſſe à dicto Imperatore : ut per Daciam com- Vid. App. Num.
merciorum causâ Roxolanos adirent, quoties id Prin-
ceps horum eis permitteret. Jam dudum ergo ſub Imperio
Tiberii, & Regno Vannii, ſeculo Chriſtiano primo, Jazygum
pars patriâ ſuâ intra Tanaim exceſſerat, & regno Vannii ad Da-
nubium & Imperium Romanum ſe conjunxerat: ut mirum vi-
deri non debeat, hæc veſtigia vicinos Jazygum Slavos ſeculo
tertio pòſt legiſſe, & in ipſa iterum vicinia Jazygum Metanaſta-
rum ſub Tibiſco ad ripas Danubianas ſedes ſuas poſuiſſe; cùm
etenim Jazyges Metanaſtæ morem antiquum, Roxolanos patriæ
ſuæ vicinos, & emporia Ponti ac Boryſthenis obtinentes, com-
merciorum causâ accedere, ſervaverint, & ſeculo adhuc ſecun-
do ad finem vergente à Marco Antonino, qui eos unà cum Qua-
dis devicerat, pacto pacis publico firmaverint, poterant certè
populares ſuos, Jazyges ad Tanaim, & hi iterum Slavos, vici-
nos ſuos, de ſtatu Danubianarum terrarum edocere.

§. 22. Dicto ſeculo ſecundo tota vicinia Ponti, & Mœoti-
dis, Romano Imperio haud incognita, ſed admodùm perſpecta
fuit: ut & econtra dicendum ſit, populos Ponti, & Mœotidis,
ſtatum Romani Imperii non prorſus latuiſſe. Domitianus Imp.
89. arma Sarmatis ad Pontum per Mœſiam inferiorem intulit, ſed 574.576.
103. cæſa tunc fuit Romana Legio cum Legato. Trajanus felicior 578.
extitit, námque non tantùm Sarmatas Europeos, & Boſphora-
nos ad Pontum, ſed etiam Colchos, & Iberos, ex altera Ponti
parte Aſiatica (ſupra quos Hunni, & dein Slavi, Aſiam incole-
bant) perdomuit, & in fidem Imperii Romani recepit. Cauſa
belli fuit, quoniam Decebalus Dacorum Rex has aliásque Daciæ fi-
nitimas gentes per legatos contra Romanos ſollicitaverat. Sub
120. Adriano Sarmatæ ad Pontum, & Alani ſeu Roxolani ad Bory- 579.
ſthenem & Tanais oſtium, tumultuabantur, ſed ritè perſolutis
173. ſtipendiis ſedati ſunt. Sub Marco Antonino cum Jazygibus, 590.
Quadis, aliísque populis Danubianis, populi plerique Scythici,
Baſtarnæ, Peucini, Alani, Roxolani (Eutropius dicit: omnis 600.
Barbaria) contra Romanum Imperium conſpirârunt; devictis
autem Quadis, Jazygibus, & Marcomannis, pacatísque ob im-
minens bellum Parthicum & Britannicum aliis populis, Marcus 587.
infinitos ex gentibus in Romano ſolo collocavit, relictóque Sar-
175. matico, Marcomannicóque bello, contra Caſſium Tyrannum 590.
profectus eſt, atque à propoſito, Sarmatiam in Provinciam Ro- 600.
manorum redigendi, deſtitit. Sub eodem Marco plures populi
Scythici, Daciæ vicini, eam in provinciam à Romanis recipi, & 594.
ſocii eorum fieri affectabant, inter quos fuêre Aſtingi, qui eti- 595.
am, quanquam acceptâ primùm repulsâ, demum tamen, cùm
promiſſi ſui aliquid in arcendis aliis populis præſtitiſſent, ſedes
ibidem in Dacia conſecuti eſſe videntur. Aſtingi hi gens erant
Vandalica, ùt *infrà* §. 27. dicetur.

237. §. 23. Seculo tertio tota fermè Scythia contra Romanum 610.
Imperium inſurrexit. Maximinus Imp. pacatâ Germaniâ, Syr-
mium venit, Sarmatis inferre bellum parans, atque in animo
ha-

A.Chr. habens, uſque ad Oceanum ſeptentrionales partes in Romanam Vid. App.
ditionem redigere, quod propoſitum autem morte ejus inter- Num.
251. cidit. Sub Deciis Scythæ navalibus & terreſtribus copiis om- 611.
252. nia infeſtabant. Sub Gallo & Voluſiano Scythæ nationibus ſibi 612.613.
finitimis turbas dabant, deinde paulatim progreſſi nulla Roma-
254. næ ditionis gente abſtinuerunt, & in Aſiam uſque provoluti,
aſt tunc adhuc ab Æmiliano repreſſi ſunt. Sub Gallieno totum 615.616.
undique quaſſabatur, & in extremum periculum adducebatur 617.
Romanum Imperium: à Rheno Celticæ, id eſt Germanicæ, à
Danubio Scythicæ nationes, ab Oriente Perſæ inſtabant, &
Scytharum quoque pars, Heruli nempe, trajecto Ponto,
262. Aſiæ incumbebant. Demum Scythæ conjunctis animis, 619.
ex qualibet gente nationéque ſua in unum congreſſi,
partim Illyricum, partim Italiam, partim Aſiam vaſtabant: Qua- 614.615.
di verò & Jazyges Pannonias occupabant, & alii Germani in 620.
263. Hiſpanias uſque populando penetrabant. Porro ſub omnibus
his Barbararum gentium motibus populi Romanæ ditionis non 612.613.
tantùm bello, ſed & lue peſtilentiſſima decennali exhauſti ſunt. 618.619.
Eodem tempore amiſſa fuère trans Iſtrum, quæ Trajanus quæ- 620.
ſierat; id eſt, Dacia, quæ ab Aſtingis Vandalis jam ab A. 175.
pro parte tenebatur, nunc tota (exceptis locis præſidiorum &
coloniarum præcipuis) ab iisdem Vandalis inſeſſa fuit.

§. 24. Sub miſera hac conditione Romanum Imperium inge-
269. muit uſque ad Claudium II. ſub hoc autem reſpirare cœpit: nam- 624.
que hic trecenta viginti millia Barbarorum maxima ex parte de-
270. levit, & reliquos in ſervitutem redegit. Recruduit tunc quo-
271. que peſtis, qua & Claudius extinctus eſt. Sub Aureliano Scy- 626.
thæ iterum Pannonias invaſerunt, ſed commiſſo utrinque anci-
piti bello, ultra Danubium retrogreſſi de pace egerunt, quæ &
ab Aureliano, ob bellum ingens Marcomannicum Italiæ immi-
nens, conceſſa eſt, inter cujus conditiones fuit, Daciam totam
Barbaris cedere, quod & abductis in Illyricum præſidiis & co- 628.
loniis Dacicis factum eſt. Notandum hìc; ab auctoribus fermè
coævis dici, *omne Illyricum & Mœſiam vaſtata* tunc fuiſſe, à tot ca-
lamitatibus ſcilicet inde ab A. 251. per Barbarorum incurſiones
& peſtilentialem luem perpeſſis; unde mirum non eſt, Aurelia-
num ceſſiſſe Daciâ, & ſequentes Imperatores tot populis recipi-
endis ſe faciles præbuiſſe.

§. 25. Hucuſque Scythæ, ad Pontum & Boryſthenem us-
que ſedentes, promiſcuè, tum Aſiæ, tum præprimis Illyrico
Romano, aſt infelici demum exitu, & excidio, aut ſervitute,
276. quotquot egreſſi ſunt, ſeſe infuderant. Sub initians Imperium
Taciti autem Scythæ hi ipſi, remotiores nempe, quibus ſedes
circa Danubium & Imperium Romanum vel non obtigerant,
vel non placuerant, tractis in ſocietatem remotiſſimis in
Europa ad Tanaim gentibus, Mœotide palude primùm, de- 630.
in Ponto trajectis (quæ trajectio *ex Mæotide*, conſociatio-
nem ibi factam, & populos Tanaitas ſimul fuiſſe ſocios, per ſe
evidenter indicat) Aſiatica ad Ciliciam uſque ſita incurſarunt,
aſt tum à Tacito ipſo, tum à Floriano fratre, deſignato Præto-
rii

Digitized by Google

A.Chr. rii Præfecto, deleti, & demum pauci, jam circumſeſſi, à Floriano, poſt mortem Taciti ad Imperium ſibi aſſerendum recedente, dimiſſi ſunt. Vid. App. Num.

§. 26. Hoc eodem tempore igitur, & hac opportuniſſima occaſione, dum *Slavi*, ultra Tanaim in confiniis Aſiæ ab antiquo ſedentes, omnia ſub ſe, in Europa, evacuari potiſſima ex parte viderent, ceperunt & illi conſilium, borealiores has & rigidiores ſedes ſuas cum tractibus amœnioribus Imperio Romano vicinis commutandi. Subſtiterunt autem in vicinia hac, atque per legatos acceſſerunt Tacitum, accitos ſe ad bellum Per- 630.
ſicum à Prædeceſſore ejus Aureliano cauſantes, & auxilium, ſi neceſſitas poſtularet, pollicentes: quos autem Tacitus, ut redirent, inducere ſcivit. Retroceſſerunt ſanè, ùt morigeri & pacifici, qui invitis Romanis ſeſe obtrudere, & vi uti nollent; non tamen in patriam ſuam, ſed eò, ubi nec Romanis negotii quid faceſſerent, nec aliis Scythicis nationibus moleſtiæ eſſent: vide- 492.
licet, partim ad latus orientale Daciæ interioris (Vandalorum Aſtingorum ſedis) in Moldavia, versùs Geraſum ſuperiorem ſeu Pruth fluvium: partim ad Iſtri extremum alveum & Ponti Euxini partem. Hi quòd aquas accolerent, vocati ſunt à Germanicis circumvicinis nationibus *Antha*, illi, domeſtica compella- 707.
tione SLAVNI (id eſt, laudabiles) in græcum & latinum detortâ, *Sclavini* nuncupati ſunt. Uterque populus autem generalem 708. ſeqq.
appellationem Germanicam, *Venedi*, accepit, exemplo à Vene- 705.
dis ad mare Balthicum in hodierna Boruſſia deducto. Quemad- 486. b.
modùm enim eo tempore Venedi hi oras maris ſeptentrionalis, quà Balthicum dicitur, ab antiquo tenebant; ita dum Germani à Slavis immigrantibus reſcirent, aut ipſi antè abſque eo ſat à vicinis Slavorum edocti eſſent, eos ex partibus ſeptentrionalis Oceani trans-Tanaiticis venire, & nomen hucusque diſtinctivum nec à Principe (quo, utpote ſub optimatum regimine viventes, carebant) nec à fluvio, aut aliunde, ſibi aſſumpſiſſe, Venedos illos æquè dixêre. Porro quoniam vox *Slavni* apud 709.
novos hos advenas ad quodlibet objectum, quod extollere volebant, præſertim verò, & ſemper, in nominatione nationis ſuæ, à qua epitheton Slavni (ſcilicet Slawny Narod naſe / laudabilis natio noſtra) fermè indiviſibile & tunc fuit, & hodie adhuc eſt, reſonaret, & natio ipſa alio ſeſe vocabulo nunquam inſigniret, naturaliter valdè apud cæteras gentes itidem nomen Slavinicæ ſeu Slavicæ nationis ſibi attraxit. Aliter factum planè eſt 799.
cum Slavis, poſtremò, nempe ſeculo ſexto, ad terras Danubianas progreſſis, qui, eò quòd vel ipſi ſe à Volga flumine Volgares dixerint, vel ex partibus, circa hoc flumen, exiiſſe profeſſi ſint, Volgares & Bulgares à reliquis quoque populis ad diſtinctionem Slavorum anteriorum cognominati ſunt.

§. 27. Probus Imperator Imperium Romanum (exceptâ Daciâ trans-Danubianâ) plenariè reſtituit: præprimìs verò Gal- 631.
277. lias liberavit, Vandalicas nationes, Logiones ſeu Lygios, Burgundiones, & Vandalos in ſpecie ſinè ſuperaddito nomine dictos, ad Rhenum, & Francos in Gallia ipſa, cæſis quadrin- 632.
gen-

A.Chr. gentis millibus compeſcuit, atque Regulos novem ex diverſis Vid. App. Num.
Suevorum & Alamannorum gentibus circa Rhætias ad deditio-
279. nem compulit: dein Illyricum à Barbaris receptavit. Eodem 633.
quoque tempore per Thracias tendens, omnes Geticos ſeu Scythicos populos aut in deditionem aut in amicitiam recepit: de-
280. mum Orientem perpacavit: facta hac pace cum Perſis, ad Thracias rediit, centum millia Baſtarnarum ex Scythia in Thracias, & aliarum gentium, nimirum Gepidarum, Gautunnorum (id eſt aliorum Gothorum) & Vandalorum (Aſtingorum in Dacia trans-Danubiana ſedentium) pariter pleroſque aliò in Romanum ſolum tranſtulit. Hæc relata Flavii Vopiſci, proximi illorum temporum ſcriptoris, combinanda nunc ſunt cum Jornandis ex Herennio Dexippo, Hiſtorico planè coævo, excerptis, 478.
ſed per admixtas domeſticas traditiones Gothicas tempori debito ereptis, et, locò Probi, Conſtantino Magno applicatis. Dicit ille: tempore Geberici Regis Gothorum, qui prædeceſſor fuerit Ermanarici, Vandalos ſub Rege Viſumaro ſtirpis *Asdingorum* (quod interpretatur de genere bellicoſiſſimo) in terra illa, quam ævo Jornandis Gepidæ tenebant, ſediſſe, & à Geberico, ut *primitias Regni ſui* in Vandalicam gentem extenderet, invaſos, & maximam partem deletos, reliquos verò, regione hac infortunata cedentes, à Conſtantino M. in Romanum ſolum ſuſceptos fuiſſe. Vicini Vandalis populi ante evaſtationem recenſentur, à ſeptentrione Ermunduri, ab Oriente Gothi, ab Occidente Marcomanni: à meridie verò Vandalos Danubio terminatos eſſe. Ex hac relatione Jornandis notandum: 1mò. edocemur jam, qui fuerint *Aſtingi*, quos Dio Caſſius Daciæ vicinos 595.
ſub Imperio M. Aurelii Antonini memorat ſedes in Dacia petiiſſe; fuerunt etenim origine Vandali, qui ſe Asdingos appellârunt, eò quòd ex patria primæva per quendam ex familia illuſtri Asdingorum educti, & ab hac ſtirpe, ad evaſtationem Gothicam uſque, gubernati ſint. 2dò. hinc conjecturare quoque licet: *Dancrigos* Dionis æquè Germanicam gentem fuiſſe, quæ à 595.
Dank-Rik quodam ſive educta, ſive gubernata fuerit. 3tiò. locus Vandalorum Asdingorum, quis fuerit tempore evaſtationis Gothicæ, dubio omni caret ex eo, quòd Jornandes eundem locum Gepidiam ſui ævi affirmet; fuit itaque certè Dacia antiqua interior, ſeu hodierna Tranſſylvania. 4tò. Vicinos Vandalorum horum ſeptentrionales vocat Jornandes, ſeu potiùs Dexippus, *Ermunduros*. Viciniæ huic ab omnibus aliis ſcriptoribus illorum temporum inſeruntur Baſtarnæ; quod igitur ſignum eſt, Baſtarnas, vel omnes vel partem, origine Hermunduros Germanos fuiſſe. 5tò. Jornandes confundit tranſlationem Vene- 478. 480.
dorum à Conſtantino M. A. 334. factam, cum tranſlatione Vandalorum à Probo A. 280. Si enim dictus annus 334. pro evaſtatione & tranſlatione Vandalorum valeret, idem annus quoque pro *primitiis* ſeu initio *Regni Geberici* ponendus eſſet; & cùm Ermanaricum, Geberici ſucceſſorem, in ipſa eruptione Hunnorum, itaque circiter A. 371. in ætate 110. annorum (ut longæ- 479.
vum ejus regimen denotaretur) fatis ceſſiſſe dicat Jornandes,

Digitized by Google

A.Chr. curtùm valdè utriuſque, & Geberici, & Ermanarici, regimen Vid. App. Num.
evaderet: alia quoque relata Jornandis, & ævum Dexippi hiſtorici, nec non tota hiſtoria Sarmatarum Limigantium, huic temporum diſtributioni contrariantur; ut igitur omnino dici debeat: evaſtationem & translationem Vandalorum in Dacia temporibus Probi, non Conſtantini, deberi.

§. 28. Nunc ergo pellucidè admodùm TEMPUS ipſum ſe manifeſtat, quo Slavi, ab A. 276. in vicinia Daciæ, quaſi expectabundi receptionis in vel ad Imperium Romanum, in neglecto, ab aliis gentibus domicilio, ſedentes, ad ipſos uſque limites Romanorum, id eſt, in ripenſem partem Daciæ Trajanicæ, ſeu in hodiernam regionem Temeſienſem & Walachienſem, quà hæc Danubio uſque ad Alutam proxima eſt, progreſſi ſunt. Diverſa hìc colligenda & combinanda, ac præprimis pro compertis habendæ ſunt poſitiones ſequentes: 1mò. ſub Conſtantino M. 669. 670.
duplices Sarmatæ trans Danubium ſederunt, Limigantes, poſt-
319. modùm Slavini dicti, & Anthæ. Conſtantinus contra hos, Ro-
320. mano Imperio infeſtos, bella plura geſſit, & ab eis devictis in-
321. ter reliquos titulos ſuos ſe *Sarmaticum* dixit; econtra illos non
322. tantùm contra Gothicos inſultus tutatus eſt, ſed & partem eo-
332. rum, nempe ſic vocatos liberos ſeu dominos, à ſervis ſuis pul-
334. ſos in Romanum ſolum recepit; *vid. cap. X.* §. 6. *& ſeqq. cap. XI.* §. *10. & ſeqq. & hoc cap.* §. *31.* 2dò. Locum habitationis Slavinorum Jornandes, pro ſuo ævo ſeculi ſexti medii, aſſignat trans Danubium inter Daciam Gepidicam, & Alutam fluvium, uſque ad terminum ſeptentrionalem Daciæ, & inde ſub montibus Carpaticis & Sarmaticis uſque ad fontes Viſtulæ: Antharum, inter Danaſtrum (inferiorem ſcilicet, quoniam versùs ſuperiorem Slavinos poſuerat) & Danubium, itidem inferiorem, ergo circa Thracias & Mœſiam inferiorem. Seculo quarto autem, de quo hìc agitur, ſedes Slavinorum (qui tunc Limigantes à limitibus Romani Imperii dicebantur) erant in terris trans-Danubianis, non tantùm Wallachiæ hodiernæ cis-Alutenſis, ſed & regionis Temeſienſis, itaque à Tibiſco inferiore uſque ad Alutam inferiorem, ùt clarè eas Ammianus Marcellinus, auctor coævus, deſcribit. 3tiò. Limigantes Ammiani, & Slavini Jornandis, ùt ex ſedibus, quas uterque aſſignat, patet, unus idémque populus, ìſque verè Slavicus fuerunt, quod & ex vocabulo, *Marha*, ab Ammiano ex lingua Limigantium allato, comprobatur. *vid. cap. XI.* §. *23.* Certum igitur eſt genus, certæ ſunt ſedes Limigantium Sarmatarum pro ſeculo quarto. 473. a.b.c. 473. c. 678. 679. 680. 683.

§. 29. Tempus, quo in has ſedes venerint, eatenus quoque certum quaſi eſt, quòd ante effluxum ſeculi tertii ſtatui debeat. Ammianus enim Marcellinus, dum de Limigantibus Dominis per ſervos ſuos pulſis, itaque de A. 334. agit, Limigantes illos *olim* potentes fuiſſe dicit: dum autem eos per Conſtantium Imperatorem in Imperium ſervorum reſtitutos refert, itaque de A. 359. tractat, reſtitutos eosdem ait *in avitas paternásque ſedes*; quæ notæ temporis id ſaltem inferunt, initiante ſeculo quarto Limigantium reſtitutorum prædeceſſores, parentes, & avos, jam 676. 681.

ſedi-

Digitized by Google

A.Chr. ſedibus in illis degiſſe. *vid. cap. XI.* §. *14. 15. 21.* Videndum ergo ſupereſt de tempore inter annum 280. & 300. intermedio. Flavii Vopiſci relatio talia immigrationi Slavorum neceſſaria antecedentia certificat, ut à vero haud multùm aberrari poſſit, ſi inde inferatur, immigrationem eam anno 281. contigiſſe. Primum antecedens neceſſarium erat, tollere obicem, quem Imperator Tacitus A. 276. poſuerat, ne Slavi approximarent Romano Imperio, ùt *ſuprà* §. *26.* Secundum: ut locus vacuus ſit, quò immigrare poſſent. Obex ſublatus eſt A. 279. dum Probus, peragrando Scythiam Romano Imperio proximiorem, omnes populos ibidem aut in deditionem, aut in amicitiam, id eſt, in obſequium come erga Romanum Imperium, vel abſque, vel cum fœdere de percipiendis certis annuis ſolemnibus, recepit; inter alterutros enim, vel dedititios, vel amicos, Slavi in tergo Daciæ ſubſiſtentes, abſque dubio connumerandi erant. Evacuatio opportuni loci ſecuta eſt A. 280. circa finem, dum Probus ex Perſia in Thraciam redux, non tantùm Baſtarnas, prope quos ſedebant Slavi, ſed & Vandalos, ipſius Daciæ, in cujus partem ripenſem tendebant Slavi, incolas, in Romanum ſolum cis Danubium tranſtulit. Tunc ergo agendum erat Slavis de aſſenſu præciſo Probi, ut eò lares ſuos promovere liceret: quem & facilè obtinere poterant, cùm *Tabula* communiter *Peutingeriana* dicta, rectiùs autem *Probiana* vocanda, utpote hoc ipſiſſimo tempore compilata, in antiqua ripenſi Dacia, ob recentem evaſtationem Gothicam, ſolitudines notet, quas tamen Slavi, ſilvarum & paludum hìc abundantium ſitu, ceu paſcuoſo, gaudentes, in uſum ſuum pecuarium convertere apprimè nôrant.

Vid. App. Num. 633.

281.

682.

493. ſeqq.

492.

473. c.

§. 30. Tempore hoc quoque comperto, FINES LIMIGANTIUM Slavorum erant: à meridie Danubius: ab Occidente Tibiſcus: ab Oriente Aluta; qui iidem termini quoque olim Daciæ Trajanicæ erant, ita ut Slavi Daciam eam in ripenſibus partibus omnino tenuerint. Quouſque autem versùs ſeptentrionem ſe extenderint, dubio ſubjacet. Dacia ea ſeptentrionalior in tres partes diſtingui poteſt: in occidentalem nempe, orientalem, & mediam; occidentalem partem in ſeculo hoc quarto tenebant Victohali, ùt eos vocat Ammianus Marcellinus, rectiùs, ùt Julius Capitolinus, *Victovali*, ſeu Victofali dicendi: orientalem *Taifali*: Germanici utrinque populi à *falen* germanico vocabulo, campos & regionem, vel à *Walen*, itinerationem denotante, dicti, corruptâ cæterùm priore parte utriusque compellationis, & quidem in Victofalis fòrs ex *Wit*, ſeu *Weit*, peregrè: ita ut hoc nomen Marcomanni ex patria ſua quondam cum Marobo- duo & Catualda Regibus profugi, & huc ad Daciam à Tiberio Imp. collocati vel ſibimet ipſis indiderint, vel à vicinis gentibus ſuſceperint. Wictofali ergo, & Taifali occupabant ſeptentrionem Slavorum ex parte Occidentis & Orientis, atque hinc Taifali Romanis auxilio fuêre in domandis Slavis ſervis, dominorum ſuorum jugum recipere detrectantibus. Taifalorum ſitus etiam ex geſtis Conſtantini M. comprobatur, dum is A. 328. 329. cum Gothis & Taifalis bellum geſſit. *vid. Nova editio Cod.*

676.

590.

657. b. 680.

571.

680.

642.

A. Chr. *Theod. in chronol.* Mediam partem Daciæ, ſeptentrionem verſùs, Vid. App. Num.
Slavi ipſi, incertum quouſque, implevêre, námque cæſi à Ro-
mano exercitu in parte ripenſi Daciæ infra Maroſch fluvium,
trajecto eo in partes interiores ſuas ſe receperunt: ut ultrà in ſe- 679.
ptentrionem adhuc ſedes eis competiiſſe neceſſe ſit. Porro Li-
migantium ſervorum partem refractariam Conſtantius Imp. ut
eam à limite Romani Imperii removeret, A. 358. ex iisdem ri-
penſibus partibus in fines ſeptentrionales Daciæ ad Carpaticos 681.
montes tranſtulit. Et hinc eſt, quòd Jornandes ſuo ævo, Sla- 473. a.
vinis ſedes à Wallachia in Danaſtrum usque aſſignet; manſit
enim ibidem à temporibus Conſtantii Slavorum pars, & alia ite-
rum pars (Picenſes nempe Slavini) in Wallachia ripenſi usque 469. 680.
ad Jornandis ævum ſubſtitit, atque utrinque ſe multiplicavit:
& demum, Taifalis, Gothorum ſemper ſociis, è medio, unà 663.
382. cum Gothorum gente cis Danubium migrante abeuntibus, utra- 667.
que pars Slavorum per totam Wallachiam cis-Alutenſem diffu-
ſa eſt. Dico hoc de parte Slavinorum *Picenſium*, quoniam, ùt
ſuo loco dicetur, Slavini *Amicenſes*, ſeu in regione Temeſienſi
ſedentes, eodem ævo Jornandis, ob viciniam inviſam Lango-
bardorum, & Gepidarum, trans Jazyges, vicinos & amicos
ſemper ſuos, in terras olim Quadicas, ſub montibus Carpaticis
& Sarmaticis, ùt Jornandes Slavinos ibidem quoque notat, emi- 473. a.
grârunt, regnúmque novum Slavo-Moravicum auſpicati ſunt.

§. 31. Slavorum LIMIGANTIUM MIGRATIO ex terris ri-
penſibus Dacicis ter contigit: 1mò. A. 334. partim ad Victofa-
los, partim in Romanum Imperium. 2dò. A. 454. iterum in
Romanum Imperium. 3tiò. Poſt A. 526. in terras quondam
Quadicas. Prima migratio, de qua jam aliquid *ſuprà cap. XI.* §.
10. 11. 12. inſinuatum, hìc ſpecialiter tractanda venit, de aliis
alibi agetur. De veritate hujus primæ migrationis teſtantur,
Auctor Vitæ Conſtantini Magni, Ammianus Marcellinus, S. 670. 676.
Hieronymus, & Idatius. Tempus ſpecificat S. Hieronymus de
334. anno 28. Imperii Conſtantini, & Idatius de conſulatu Optati &
Paulini, igitur de anno æræ Chriſtianæ 334. Locum, ad quem,
deſignat S. Hieronymus, & Idatius, genericè de Romano Impe-
rio, Auctor vitæ Conſtantini ſpecificè de Thraciis, Macedonia,
& Italia; Ammianus autem alium locum migrationis ſuperad-
dit ad Victofalos, Slavinis Limigantibus ad Occidentem Daciæ
vicinos: quod tamen teſtimoniis aliis (ùt *cap. XI.* §. *16.* dictum)
non contrariatur; ipſius enim objectum erat, Conſtantii factum
erga Limigantes exules, ſedibus ſuis reſtitutos: aliorum verò au-
ctorum, Conſtantini factum erga reliquos Limigantium exules
in Romanum Imperium confugientes, ibíque poſthabitâ patriâ
perſiſtentes celebrare. Porro, quod vita Conſtantini de Thra-
ciis & Macedonia, quorſum pars exulum à Conſtantino collo-
cata ſit, habet, intelligendum eſt de parte Limigantium Picen- 469. 680.
ſium, Alutæ fluvii in Wallachia hodierna cis-Alutenſi accola-
rum, qui Thraciis propiores in has à furore ſervorum ſuorum
rebellium ſe receperunt, ibidémque & in Macedonia ſedes nacti
ſunt. Amicenſes econtra, regionis Temeſienſis partem con-
fluen-

A.Chr. fluentiæ Danubii & Savi proximam incolentes, in Pannoniam: Vid. App.
& demum interiores eorum, ad Maroſch fluvium ſedentes, in Num.
contiguam itidem Victofalorum regionem, perfugium ſumpſe-
runt, & tum ab his, tum à Conſtantino Imperatore, ùt inqui-
lini, agris datis recepti ſunt.

§. 32. Ammianus ait: potentes olim ac nobiles erant 676.
hujus indigenæ regni, ſed conjuratio clandeſtina ſervos
armavit in facinus. Vita Conſtantini: Servi Sarmatarum 670.
adversùm omnes Dominos rebellârunt: quos pulſos
Conſtantinus libenter accepit, & ampliùs trecenta mil-
lia hominum, miſtæ ætatis & ſexûs, per Thraciam,
Scythiam, Macedoniam, Italiámque diviſit. Idatius:
Sarmatæ ſervi, univerſa gens, dominos ſuos in Roma-
niam expulerunt. S. Hieronymus: Sarmatæ Limigantes
dominos ſuos, qui nunc Arcaragantes vocantur, facta
manu, in Romanum ſolum expulerunt. Ex his relatis
colligendum: 1mò. Limigantium regio magnam partem Daciæ
antiquæ Trajanicæ, non tantùm ripenſis, ſed & interioris, com-
prehendere debuit, quoniam Ammianus Limigantes *potentes*, &
ſedes eorum *regnum* vocat. 2dò numeroſitas gentis inde patet,
quòd præter eos, qui ad Victofalos receſſerunt, in Romanum
ſolum *ultra trecenta millia* emigraverint. 3tiò numerus hic in-
nuit, non meros Dominos cum uxoribus & liberis ſuis, ſed fa-
mulitium Dominis addictius, quod rebellioni non conſenſerat,
& ſortem ſuam in dominorum adhæſione meliorem cenſebat, ſi-
mul migrâſſe. 4tò ex teſtimoniis his vel planè vel fermè coævis
indubium evadit, diſtinctionem nationis Slavicæ in herilem &
ſervilem neutiquam inventum eſſe hodiernorum, ſed uſum pri-
mævum antiquiſſimorum, à Romana ſervitute quoque nihil
exempli trahentium ſeculorum; quod & veſtigiis certis ſubſe-
quentium, & in ſpecie S. Wenceslai temporum comprobatur. 1051.
5tò populus in Romanum ſolum receptus ſingulari nomine *Ar-
caragantes* vocati ſunt, quod græcæ derivationis eſſe videtur,
ab ἀρκέω, arceo, propulſo, ῥάγα, vis, impetus, & cæterùm ex
nomine genti à Germanis indito *Antium* ſeu Antarum. Arca-
ragantes itaque dicebantur Antes vi expulſi. Hinc etiam 6tò
tractus terræ, quem Limigantes exules in Romano ſolo occupa-
bant, iis, qui diſtinctivè de gentibus loqui volebant, Arcara-
gantium terræ ſeu coloniæ nomine venit.

§. 33. Plerique rerum Slavicarum ſcriptores, ùt *capite præ-
cedente* relatum, unà cum tota natione Bohemica, Polonica, &
Croatica, SEDES CZECHI ET LECHI fratrum immediatas,
ſeu poſteriores, unde in Bohemiam exierint, in Croatia ad Dra-
vum & Savum aſſignant, arcéſque eorum *Krapinam* & *Pſari* no-
minant. Sanè traditio, ùt ùt in factis per amplas circumſtan-
tias diffuſis variare ſoleat, in iis ſimplicioribus ſaltem, quæ nec
rudiſſimi cujusque comprehenſionem aut memoriam effugere
poſſunt, nempe, quæ genti patria anterior immediata? quis ei

 in

Digitized by Google

A.Chr. in præſentes ſedes educendæ dux? quod nomen habitaculi ejus Vid. App. Num.
prioris fuerit? ubi in præſentibus ſedibus primitùs domicilium fixerit? &c. omnem fidem meretur, atque in ea omnis origo ſacræ & profanæ hiſtoriæ*, ſeculum ſcriptorum ferax prægreſſa, fundatur; quam traditionem ab aſſenſu eliminare velle, idem eſt, ac nihil de antiquitate, ne probabiliter quidem, cognoſcere velle. Eò magis autem traditioni gentili & perpetuæ, de qua hìc, accedendum, quòd coævis teſtimoniis Romanorum tunc temporis Scriptorum maximopere adjuvetur; dicunt enim illi, Limigantium exulum partem in Italia collocatam eſſe. De Italia id interiore, latinis coloniis abundante, & populis, ùt tunc loquendi modus erat, barbaris, moribúsque, & lingua diſſimillimis conturbanda certè non, ſed de exteriore intellexit conſcriptor vitæ Conſtantini. Dudum jam Imperator M. Aur. 594.
Antoninus Barbarorum in interiora Italiæ, intra Ravennates nempe, recipiendorum periculum fecerat, cujus autem eum brevì pòſt, dum illi novis rebus ſtuderent, & ipſam civitatem Ravennatenſem occupare auſi eſſent, pœnituit; ita ut non modò non ampliùs in Italiam Barbarorum quemquam immitteret, ſed eos etiam, qui priùs illuc venerant, in alias colonias educeret, indéque exemplum poſteris relinqueret, ne ſimili aleæ ſe committerent. Legitur quidem Gratianus A. 377. ex Farnobii col- 663.
lecta manu Gothorum & Taifalorum eos, qui à clade ſuperſtites manſerant, circa Mutinam, Regium, & Parmam in Italia ad rus colendum collocâſſe; ſed parvæ illæ reliquiæ ex parvo exercitu erant, à quibus ad numeroſum Slavorum populum haud exemplificandum eſt. Omnis igitur ratio ſuadet, Italiam hìc de Italiæ finibus accipiendam eſſe. Fines hi tempore Auguſti Im- 336.
peratoris, teſte Strabone, Ocram, id eſt Alpes Carnicas, & Albios montes inter Carnos & Japydes, tempore ipſo autem, de quo hìc agitur, Conſtantini, teſte itinerario A. 333. confecto, 339.
quidquid terrarum nunc Carniolia vocatur, comprehenderunt. 341.
Huc ergo, & non ſolùm huc, ſed & in confinia Italiæ, ſeu hodiernam Croatiam, ſpecificè ſic dictam, & vocabulum ſuum à 712.
Carnis veteribus trahentem, collocati ſunt, aut ſaltem brevì pòſt in Croatiam eam hodiernam, quin & in partes montanas Cileienſes, atque Dravo & Muro fluvio, haud procul ab eorum confluentia, interjacentes, ſe Slavi exules extenderunt.

§. 34. Traditioni modò dictæ, de ſede quondam Czechi 414. a.b.c.
& Lechi fratrum in arcibus Krapina & Pſari, accedit alia traditio: PATRIAM S. HIERONYMI, ſeu Stridonem oppidum, in 413. c.
eo oppido, quod hodie vulgò *Strigowo*, latinè autem usque nunc *Stridonium* appellatur, & inter inſularem quaſi amfractum Muri & Dravi fluviorum jacet, ſupereſſe. Traditionem hanc hiſtoricis argumentis illuſtrare promiſit vir multæ eruditionis P. Joſephus, ex clara Croatica proſapia Bedekovichienſium ſatus, Ordinis Paulinorum, quem A. 1743. in Cſakatornyenſi cœnobio inviſi. Unde, ad illam elucubrationem provocans, ſatìs mihi erit, duplex teſtimonium *S. Hieronymi* ipſius de patria ſua depromere. Is in operum ſuorum *Tom. 1. pag. 132. editionis Antver-*

A.Chr. *verpienſis de A. 1579.* ſic ſcribit: Hieronymus, patre Euſebio natus, oppido Stridonis, quod à Gothis everſum, Dalmatiæ quondam, Pannoniæque confinium fuit, usque Vid. App. Num.
392. in præſentem annum, id eſt, Theodoſii Principis decimum quartum, hæc ſcripſi. Item *Tom. 5. pag. 207.* Iram quippe Domini etiam bruta ſentiunt animalia: & vaſtitas urbibus, hominibúsque interfectis, ſolitudinem & raritatem quoque beſtiarum fieri, & volatilium, piſciúmque, teſtis Illyricus eſt, teſtis Thracia, teſtis, in quo ortus ſum, ſolum: ubi præter cœlum & terram, & creſcentes vepres, & condenſa ſilvarum, cuncta perierunt. Combinanda hæc ſunt, ut genuinus ſenſus eliciatur, tum cum ſcriptis alibi ab Hieronymo ipſo: tum cum geographicis deſcriptionibus terrarum Romanarum circa has partes. In chronico ille (ùt *ſuprà* §. 32.) ſcripſit, Limigantes exules in Romanum ſolum receptos nomine ſpeciali Arcaragantium venire; in epiſtola ad Heliodorum ſcripſit: viginti & eo am- 747. b.
pliùs anni ſunt, quòd inter Conſtantinopolim, & Alpes Julias quotidie Romanus ſanguis effunditur. Scythiam (minorem in Thraciis) Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam (Ripenſem cis Danubium) Theſſalonicam, Achaiam, Epiros, Dalmatiam, cunctásque Pannonias, Gothus, Sarmata (Jazyges intelligit) Quadus, Alanus, Hunni, Wandali, Marcomanni, vaſtant, trahunt, rapiunt. Porro quæ S. Hieronymus de everſione Stridonis per Gothos habet, combinanda ſunt cum relatis Ammiani
378. Marcellini ad A. 378. qui de Gothis, cum ſociatis ſibi ſolertiâ 665.
Fritigerni (ùt inquit) Hunnis, & Alanis, Conſtantinopolim oppugnantibus, tandem autem re infecta deſiſtentibus agens, ſubjungit: Barbari exinde digreſſi ſunt effuſoriè per Arctoas provincias: quas peragravère licenter, ad uſque radices Alpium Juliarum, quas Venetas appellabat antiquitas. Ex geographica deſcriptione terrarum Romanarum circa ſitum, de quo eſt quæſtio, hæc notanda veniunt. Illyris in genere, ſeu *Dalmatia*, ſub ſe comprehendebat Liburnos in li- 385. a. b.
toralibus orientalibus Iſtriæ, ab Arſiæ fluminis oſtio incipiendo, & ad Colapis fluvii fontes & montes Albios progrediendo, per totum Flanaticum ſinum: dein ad Colapim fluvium Japydes: & de reliquo à Scardona uſque ad Macedoniam, & versùs Danubium uſque ad Savum fl. & Mœſiam ſuperiórem, Dalmatas in ſpecie ſic dictos in Dalmatia tam mediterranea (in qua hodierna Boſnia, & pars Serviæ) quàm maritima. Terminus Dalmatiæ ſeptentrionalis, hìc maximè conſiderandus, erat Pannonia. Hanc Ptolemæus lineâ ductâ 386. ſeqq.
à fine occidentaliſſimo Cetii montis (id eſt à monte Gallenberg circa Savum confiniáque Carnioliæ & Cileiæ) in limitem infe-

rioris

A.Chr. rioris Pannoniæ (quem modicùm tantùm meridionaliorem ponit Siſciâ civitate) terminat: ita ut, exceptâ ripæ meridionalis exigua parte, Savus ipſe tum inter partem Norici & Italiam, ſub qua Ptolemæus Iſtriam & Carnos complectitur, tum inter Dalmatiam & Pannoniam, limitem conſtituerit. In Pannoniæ hujus veteris parte, Dalmatis, Carnis, & Noricis viciniore Itinerarium Hieroſolymitanum, ſub Conſtantino Magno A. 333. confectum, loca Romana ad Dravum fluvium recenſet, Ramiſtam, Aquam Vivam, Populos, & Joviam civitatem, quæ hodiernis locis Saurics, Margee, Szemovetz, & Ludbrin conveniunt. Interiora dein, & montano ſitu aſperiora, vallibus tamen, modò arctis, modò patentioribus diſſecta, versùs Savum fluvium & Siſciam civitatem, Comitatus Zagorienſis (in quo Krapina, ſedes quondam Czechi, Lechi, & Ruſſi, ſita) occupat. Occidentalior pars inſulæ ſic dictæ Csakatornienſis, ubi Stridonium S. Hieronymi patria in hodierno oppido Strigowo viſitur, & tota reliqua vicinia, quorſum olim Limigantes Slavi poſiti fuerant, ejusdem aſperioris ſitûs eſt. Planities autem fertiles, quæ Romanarum Coloniarum animos attrahere poterant, inveniuntur circa Varazdinum, Petovium, Cileiam.

Vid. App. Num. 304. 498. b. 435. h. 413. d. 414. d.

§. 35. Ex hucuſque dictis nunc colligendum: 1mò Romanæ coloniæ, ſervatis ſibi ſitibus felicioribus, parum ſolliciti de aſperioribus, ut gentibus aliis traderentur, eſſe poterant; cedebat enim id in illorum proprium commodum, & gentium harum labor & induſtria commercia illis adaugebat. 2dò non commixtus eſt populus receptus cum coloniis Romanis, ſed ſeparatim habitus, & Arcaragantium nomine à græciſantibus coloniis inſignitus eſt: unde & ſeparata quaſi regio hæc à Pannonia & Dalmatia fuit. 3tiò valde notandum: Pannoniam tempore eo, quo ſcribebat S. Hieronymus, nempe poſt annum 378. fuiſſe in poſſeſſione Hunnorum, ſed uſque ad Murum fluvium tantùm; pars autem, quæ Pannoniæ veteri inter Murum & Savum adſcribebatur, apud Romanos manebat. *vid. cap. XXII. §. 5. 6.* Rectè igitur S. Hieronymus terram hanc & patriam ſuam confinium Dalmatiæ & Pannoniæ (intelligendo illam de propria, hanc de Hunnica ſui temporis) nominavit, ut denotaret, ſe ortu nec Pannonem, nec Dalmatam, ſed Arcaragantem eſſe, quem populum, unde ſit, jam in chronico explicaverat. 4tò. Hoc ſenſu itidem clara eſt S. Hieronymi lamentatio de vaſtitate per Barbaros inducta; *tomo 5.* enim per Thraciam, Thracicas omnes, per Illyricum Dalmaticas provincias uſque ad Savum, & per ſolum, in quo ſe ortum dicit, Arcaragantium terram à Savo ad Murum uſque extenſam intelligit. 5tò. Hìc loci Gothi Stridonem oppidum everterunt, dum A. 378. à Conſtantinopolis obſidione divertentes, provincias arctoas, ùt ait Ammianus Marcellinus, uſque ad Alpes Julias peragravêre licenter, id eſt, dum, ùt ipſe quoque S. Hieronymus alibi dicit, præter Thracicas & Macedonicas Provincias, in Dardaniam, Daciam Ripenſem, Dalmatiam, cunctàsque Pannonias provoluti, omnia per gyrum hunc *uſque ad Alpes Julias*, conſequenter & patriam S. Hie-

665. 747. b.

A.Chr. S. Hieronymi, Pannoniæ & Alpibus interjectam, evaſtarent. 6tò. Vid. App. Num.
Strigna Blondi, Iſtriæ locus inter Pinguente & Capo d'Iſtria, & alia loca Litoris Adriatici, quæ ab aliis auctoribus pro patria S. Hieronymi adſtrui volunt, nullo modo conveniunt. Euſebii (qui pater fuit S. Hieronymi) ſepulchrum, quod ibi inveniri dicitur, non probat, locum ſepulturæ eundem eſſe cum loco prioris manſionis; poterat enim Euſebius, chriſtianus factus, manſionem eam è medio popularium ſuorum ethnicorum in ſedes alias, ubi chriſtianitatis conſortium majus, transferre, & ibi animam reddere. Sanè S. Hieronymus, ùt Sacram Scripturam, ita & hiſtoriam profeſſus eſt: Euſebii Hiſtorici chronicon Græcum in Latinum vertit, & ab A. 326. uſque ad mortem Valêntis Imp. A. 378. proprio ſtylo continuavit: adeóque tam geographiæ, quàm hiſtoriæ gnarus admodùm fuit, & nunquam ſe in confinio Pannoniæ Dalmatiæque ortum dixiſſet, ſi patria illa litoralibus maris Adriatici, Dalmatiæ quidem vicinis, ſed à Pannonia, intermediante Liburniâ & Japydiâ, longinquè ſeparatis deberetur. Si ille hiſtoriam ultra mortem Valentis, à qua primùm Gothicæ evaſtationes cis Danubium ſuperiorem cœperunt, diducere ſtatuiſſet, definitiùs omnino de loco & tempore everſæ ſuæ patriæ diſſerendi anſam habuiſſet. Nunc tamen nobis id ſufficere poteſt, quod ipſe ſat adhuc teſtatus eſt, & quod de cætero traditio perpetua, & oppidum ipſum Stridonium, capellâ in honorem hujus ſancti exornatum, commonſtrat. 7mò 413. c.
meritò igitur gloriatur natio Slavica de hoc ſacro Eccleſiæ Doctore, ex gente ſua, & ex genere dominorum expulſorum, ante tot jam ſecula edito, & in Eccleſia Dei ob profundiſſimam doctrinam ſuam nunc uſque radiante. Cui nihil officit, quòd non uno in loco *homines linguæ ſuæ* Latinos vocet; quemadmodum enim plurimi hodie Slavi v. g. Bohemi, qui Germanicam æquè ac Slavicam linguam unà cum lacte materno imbiberunt, Germanos linguæ ſuæ homines verè compellare poſſunt: ita & S. Hieronymus latinam linguam, in terra ſui ortûs dominatricem, & in uſu quoque ſaltem apud colonias intermixtas latinas vigentem, ſuam nominare poterat, ſi & illam nec à tenera ætate calluiſſet, multò magis verò cùm nomen non gentile ſed chriſtianum patris ſui Euſebii denotare videatur, Euſebium hunc jam Chriſto nomen dediſſe, & gentilitati re & nomine renuntiâſſe, itaque & filium à pueritia tam fide Chriſtiana, quàm latinitate imbutum fuiſſe: quod & deſcriptio vitæ ejus profitetur.

§. 36. LINGUÆ SLAVICÆ USUS hodie ſequentibus in terris viget: 1mò. Dialectus Croatica incorruptior intra inſularem anfractum Muri & Dravi fluviorum, quà per fluvium trans- 415. a.
verſim occurrentem Broſica à Styria dirimitur, & inſula Cſakatornyenſis dicitur, incipit, dein Dravum tranſcendit, & Comitatibus Warazdinenſi, Zagorienſi, & Zagrabienſi intra Dravum & Savum, ultra Savum verò, quanquam jam alia dialecto mixta, pluribus provinciis, ita ut in vicis & oppidis tenuioribus nulla fermè commixtio alterius linguæ ſit, dominatur. 2dò. Dialectus Venedica in ſpecie ſic dicta ſeu Windica, quæ multa

A.Chr. ex Germaniſmo attraxit, ſupra dictam inſulam in reliqua continente Muri & Dravi fluviorum, uſque ad Ehrenhauſen Muri, & Mährenberg Dravi (quæ intercapedo Windiſche Bühel, ſeu colles Venedici vocatur) dein ultra Dravum, uſque Windiſchgrätz & Cileiam, in Comitatum hujus nominis, in Styria: ac porro in Carinthia, Clagenfurthum uſque, in ripa læva Dravi obtinet. 3tiò. Dialectus Carnica in Comitatu jam Cileiæ Dialecto Venedicæ obviat, totam Carnioliam, & partem Fori Julii occupat. 4tò. reliquis terris inter Dravum & Savum, uſque ad Danubium, Slavonica: & quæ meridionaliores ſunt, inter Savum & mare Adriaticum, Dalmatica dialectus diverſi usûs præeſt. Slavonica & Dalmatica dialectus non confundenda eſt, origine ſua, cum reliquis tribus ſuprà dictis; hæ enim cis Danubium per migrationem Limigantium Amicenſium de A. 334. & 454. illæ per migrationem Antharum, & fors etiam Limigantium Picenſium de A. 550. transplantatæ ſunt. Vid. App. Num.

§. 37. Nunc, ùt reor, tum ex traditionibus gentis Slavicæ, per tot provincias longè à ſe diſſitas diſperſæ, & ad ipſa fermè primordia ſejunctæ, perpetuis & conformibus, tum ex Hiſtoricorum fide dignorum & propemodùm coætaneorum teſtimoniis, tum ex ipſis linguæ Slavicæ ibidem locorum perſeverantis veſtigiis luculentis, pro comperto ſtatuere abſque invidia licet: 1mò. tranſitum primævum Limigantium Slavorum ex partibus Transdanubianis, & ſpeciatim ex Daciæ antiquæ Trajanicæ ripenſi parte, quæ nunc regio Temeſienſis ſeu ad Temes fluvium
334. eſt, A. 334. ex perfidia ſervorum, contra Reipublicæ formam, & dominatum Optimatum rebellantium, atque, ex merito auxilii in bello communi contra Gothos præſtiti, libertatem ſibi & æqualitatem jurium, itaque Democraticum regimen vindicantium, contigiſſe. 2dò. maximam partem montana, avia, 413. d.
laborioſiora, à Romanis, utpote & aliud ob colonias veteres 414. a. b.
uberiorum ſituum tenaces vix auſuris, conceſſa, & à Slavis, in partibus ſupra commemoratis Italiæ antiquæ Conſtantinianæ, nec non Dalmatiæ, & Pannoniæ limitaneis, inſeſſa fuiſſe. 3tiò. Krapinam & Pſari arces in Comitatu Zagorienſi (quorum ſitûs, deſcriptio in Apparatu videatur) neutiquam vanè pro domicilio Czechi & Lechi fratrum, primorum gentis Slavo-Bohemæ & Polonæ conditorum, haberi. 4tò. populum eum Slavicum has in terras refugum ſpeciali nomine Arcaragantium à circumvicinis civitatibus & coloniis latinis, Jovia ad Dravum, Petovienſi, Cileienſi, Æmonienſi, Siſcienſi &c. inſignitum, adeoque & gentem & regionem pro ſeparata habitam eſſe.

§. 38. Populus is ſe ipſum, propriâ linguâ, ùt ſuprà dictum, *Slavni*, id eſt, Slavinos, nomine generico: CHARVATI verò nomine ſpecifico dixit, cujus vocabuli ulterior explanatio 712.
in Apparatu itidem videatur. Nomen hoc gentilitium, Croatis *Horvat*, Bohemis *Charvat*, ſervant duo loca reſpectivè Croatiæ, & Bohemiæ; illud Croatiæ uno milliari magno à monte Krapina, ſitu versùs Occidentem hibernum, *Horvaczka*: alterum Bohemiæ, uno itidem milliari magno, à monte Rzip, quem Czechus,

A.Chr. chus, novus advena, primitùs ad perluſtrandam futuram patri- Vid. App.
am inſcendit, & tum in ſummitate, tum in pede, in Ctiniovez Num.
incoluit, in ipſiſſimo planè ſitu versùs Occidentem hibernum; 697.
Charvatecz vocatur, ſub ipſo Czecho conditum. Charvatæ hi 712.
Slavi ſubſequis temporibus, corrupto à vicinis Germanis nomine, *Charini*, *Charentani*, & *Carantani* vocati ſunt. Et quoniam A. 454. per novam immigrationem populus creſcebat, & ultra prima initia de A. 334. in Dalmatiam dilatabatur, Dalmatarum & Charvatarum nomen promiſcuè apud quosdam ſortitus eſt.

§. 39. His expeditis, ad MIGRATIONEM CZECHI & LECHI ex CROATIA hac in Bohemiam transeundum eſt. Cau-
ſæ hujus migrationis à primis ſcriptoribus Bohemicis *Chriſtiano*, 723. 724.
& *Coſma*, nec non à Polonico ſcriptore *Cromero* nullæ, ab aliis 734. c.
verò variæ afferuntur. *Pulkawa*, ſcriptor ſeculi decimi quarti 726. a.
poſt jam tunc elapſos fermè mille annos ab adventu Czechi, nec ignorantiam cum Coſma allegare, nec, ad inquirendum quid idoneum, antiquitati multùm immorari voluit, ſed fabellam vel in abjectis codicibus reperiit, vel ipſe ſibi perſuaſit, ut ad necem domini cujusdam ſpectati proclamaret. Hunc in hac par-
te ſecutus, alioquin tamen perſæpe refellens, *Æneas Sylvius* ho- 727. a.
micidium domi perpetratum, *Dubravius* cædem inſignem, *Kutbe-* 728. b. 729
nus patratam inter ſuos cædem, *Hagek* frequentes cædes finium 730.
causâ, *Weleslavina* Aureoli Tyranni & Romanorum Ducis in Il- 732. a.
lyrico cædem; nec non Romani exercitûs cladem: ex Polonis
autem ſcriptoribus *Michovia* jurgia & cædes inter fratres princi- 733. a.
pes, & cognatos: porro *Guagninus* domeſticas ſeditiones cauſa- 739.
tur. Aſſerta hæc omnia ne minimis, me judice, Hiſtoricorum temporibus illis vel coævorum vel propinquiorum documentis fulciuntur: ſed ſoli opinioni vel Pulkawæ, cujus ſcriptum in manibus plurimorum aliorum fuiſſe ex relatis conjecturare par eſt, vel cuicunque alteri auctori aſſentiuntur; unde eodem jure repudianda, quo oblata ſunt. Weleslavinæ tamen, quoniam ex mente *Codicilli*, quem exſcribit, de Aureolo & clade exercitûs Romani refert, itaque ad hiſtoriam provocat; aliquid *capite ſequente* reponetur. Abſque cauſa tamen, ex puro placito ſedium commutandarum, vel deſiderio meliorum, Czechus & Lechus cum aſſeclis ſuis & populo migrâſſe cenſendi non ſunt. Si ſedes ad
Savum & Dravum non arriſiſſent, eccur A. 358. ad patriam pri- 680.
orem, Daciam ripenſem transdanubianam, translatis inde ac cæterùm in ordinem redactis rebellibus ſervis à Conſtantio Imperatore reſeratam, ad exemplum aliorum condominorum apud Victofalos exulum, non regreſſi ſunt? aut cur ſeculo ſequente A. 454. Slavorum in dicta Dacia reſiduorum pars, dum inter Ge-
pidas in Dacia interiore, & Gothos in Pannonia, mediam ter- 759. b.
ram incolere viſum ipſis non eſſet, à Marciano Imp. ſedes has eaſdem, de quibus à Czecho & Lecho relictis modò ſermo eſt, ſtudioſè expetierunt? ſi verò Bohemicas terras præcisè ùt meliores ambierint, quomodo hoc de ſolitudine (ùt regionem Bohe-
miæ borealiorem primitùs inſeſſam tam Ptolemæus jam ſeculo 468.
ſecundo, quàm omnes hiſtorici Bohemi *cap. præc. XIII.* depingunt,

 &

A.Chr. & Marcomannorum mos erat, fines ſuos quàm latiſſimè vaſtos habere) conjecturare, minùs ſcire poterant? Vid. App. Num. 539.

§. 40. CAUSA MIGRATIONIS igitur fuit; eam ego, quæ hiſtorico quodam documento ſeu adminiculo adſtrui poſſet, aliam reperire nequivi, quàm quæ ab Ammiano Marcellino ſubminiſtratur: Is, dum de expeditione bellica ultima Valentiniani Imperatoris, & de defectione Quadorum, Sarmatarum Jazygum, & Limigantium (qui omnes populi, licèt trans-Danubiani, nihilominùs, victi vel beneficiis nexi dudum, ad ipſum quaſi corpus Rom. Imperii pertinebant) igitur de A. 375. agit, & contra avaram noxiámque adminiſtrationem Reipublicæ tum per ipſum Valentinianum, tum per Præfectum Prætorio Probum conqueritur, inter reliqua ait: denique tributorum onera, vectigaliúmque augmenta multiplicata Optimatum, 691. quosdam, ultimorum metu exagitatos, mutare compulerunt ſedes; efflagitantium miniſtrorum amaritudine quidam expreſſi, cùm non ſuppeteret, quod daretur, erant perpetui carcerum inquilini &c. Subjungit dein de Valentiniano: parſurus tamen fortaſſe Pannoniis, ſi hæc, antè, ingemiſcenda compendia comperiſſet. Stylus Ammiani quandoque obſcurior eſt, & hoc ultimum ſic intelligendum: ſi Valentinianus Rectorum, qui Pannonias, & ei vel ſubjectione, ùt Arcaragantes cis Danubium, vel clientelâ, ùt Quadi & Sarmatæ trans Danubium, annexos populos curabant, ſordities & violentias in tempore comperiſſet, eiſque medelam attuliſſet, potuiſſet parcere Pannoniis, ſeu ab eis evaſtationem per dictos populos illatam avertere. Hanc materiam *cap. XI. §. 26. & ſeqq.* jam exegi, inter quæ notari meretur, quod Ammianus dicit: ex obſurdeſcentia Valentiniani erga querelas ſubditorum *vaſtitatem* emerſiſſe Illyrici. 695. Hæc ergo cauſa fuit, quòd Czechus & Lechus, fratres Optimates in gente Arcaragantium, ob nimias oppreſſiones Præfecti Prætorio Probi ultimorum metu exagitati mutare compulſi ſint ſedes. Hoc ſi ſit, factum eſt A.
374. 374. quo Probus Præfecturam obtinuit, & Sirmii in Pannonia, 686. ut provinciis eradendis proximior eſſet, reſidere cœpit. Hujuſmodi ſanè naturæ & ordinis eſſe cauſa debuit, ut hæc nec totum populum, nec Czechum ſolum, ſed fratrem ſimul & partem populi ad emigrandum perurgeret. Si etenim pro tempore migrationis v. g. annus 378. quo Gothi in Arcaragantes, ùt in alias gentes, irruperunt, & Stridonem, patriam S. Hieronymi, everterunt, vel quiſcunque alius annus, calamitate hoſtili ad totum populum redundante inſignis, ſtatui vellet, migratio generalis ſupponi deberet: quæ tamen ab omnibus rerum Slavicarum Hiſtoriographis, & à gentis traditione perpetua negatur, nec credi, ſi aſſereretur, poſſet, niſi annalium fides accederet: quoniam ex tot populis vicinis, & ſaltem ex populo migrationem alterius cauſante, ſcriptor aliquis emerſiſſet, qui huic gloriæ vel alterius vel ſuæ nationis annotandæ haud defuiſſet.

Cau-

Digitized by Google

A.Chr. Cauſam ab intra, ſeu ex ipſo populo Arcaragantium promanantem, ſi hi inimicorum partes ſuſcepiſſent, fidelitati renuntiâſſent, & rebus haud proſperè cedentibus ſolum vertiſſent, nec Ammianus, nec quiscunque alius ſcriptor Romanus anterior vel poſterior tacuiſſet. Cauſa ſolum Czechum tangens, eúmque homicidii reum, ac propter eà à laribus ſuis profugum faciens, meritò à Cromero exploditur. Cauſa autem immanitatis Rectorum Romanorum, quæ circa hæc tempora ex Ammiano liquet, talis erat, quæ totum populum, utpote commutationis temporum expectabundum, & de fortuna alibi meliore dubium, haud facilè, Czechum & Lechum verò, alióſque vel peculiariter præ aliis preſſos, vel jugi impatientiores, vel ex parte quoque ſanguine, nec non poteſtate herili Czecho & Lecho junctos, facillimè ad præeligendam quamcunque aliam ſolitudinem commovere poterat. Sanè præter eos, qui Procopii ſuper tranſitu Slavorum differentis mentem (de qua *cap. ſequente*) nimiùm extendunt, & tranſitum eum, itaque & migrationem Czechi, ad ſeculum ſextum medium differunt, reliqui antiquitati intentiores auctores agnoſcunt, Czechi adventum in Bohemiam, ſi non anteriori, ſaltem Hunnorum invaleſcentium tempori deberi: proùt & hoc motivum, turbinum Hunnicorum evitandorum, acceſſorium Czecho & Lecho ad mutandas ſedes, jam circa ipſum ſuprà dictum annum 374. eſſe poterat, quoniam hiſtoriæ docent, Vid. App. Num. 734. c.

373. Hunnos jam præcedente A. 373. per omne, quidquid ad Pontum à Marcomannis prætenditur & Quadis, circa flumen Hiſtrum vagatos eſſe, atque regiones omnes & cuncta oppleviſſe montium juga. Quin & tertium moti- 657. c.

374. vum Czecho & Lecho pacis & quietis amantibus ipſo A. 374. accedebat, dum Quadi, ob proditoriè necatum à Marcelliano 685. Valeriæ Duce Regem ſuum Gabinium, vaſtatórias manus trans 686. Danubium in Pannoniam miſerunt, plebem agreſtem meſſe occupatam aut occiderunt, aut abduxerunt, latiùs quoque cum Sarmatis Jazygibus ſe pandentes, prædas ex ulteriore Pannonia egerunt, & Sirmium usque, quod oppugnare conſtituerant, proceſſerunt, demum in Valeriam regredientes obmotas à Probo duas Legiones Romanas Mœſiacam & Pannonicam fermè 687. deleverunt, immo & populares Arcaragantiüm, Sarmatæ liberi 688. Transdanubiani in Wallachia ſedentes, ex alio latere, nempe versùs Mœſiam inferiorem, cujus tunc Dux erat Theodoſius poſtmodùm Imperator, per globos prædatorios eruperunt, & Romanum Imperium infeſtârunt. Quibus ergo omnibus oppreſſionibus & motibus ut ſe ſubtraherent Czechus & Lechus, terræ hucusque poſſeſſæ valedixerunt.

§. 41. CZECHO IN BOHEMIAM ADVENTANTI, ſecundùm unanimem Hiſtoricorum relationem, traditioni perpetuæ & fide omni dignæ innixam, prima cura fuit, ad cacumen quoddam præcelſum properare, unde, tanquam ex ſpecula, ſubjacentem regionem, manſioni cum populo à fatis deſtinatam, quaquà versùm oculis perluſtrare poſſet. Cacumen id hodie vetu-

A.Chr. ſto adhuc vocabulo Rzip, noviore verò à capella inædificata, S. Georgii dicitur. *Rzip* ferunt Hiſtorici in Slaviniſmo veteri montem ſignificâſſe, ita ut cum *Rzebro*, coſta, quod vocabulum ſæpe montibus, præſertim disjunctis, applicatur, ejusdem ſit radicis Slavicæ, & per Antonomaſiam nomen hoc monti, quem Czechus inſcendit, obtigerit. Quidam *Zrit* quoque, id eſt ſpeculam, à zrziti, ſeu vetuſtè zriti, cernere (unde zrzetel attentio vigilantior, & uzrziti conſpicere derivatur) pro ſynonimo hujus montis vetuſto tradunt. Ex ſummitate hujus montis ſubjecta regio oculis objicitur usque ad eminentiores ſitus hos: proſpectum ad Occidentem terminant montes haud procul à civitate Laun exſtantes, inter quos eſt Hoblik mons: dein declinando versùs ſeptentrionem, montes Mittel-Gebürg dicti, inter quos Miliſchovienſis & Kletſchen ſeu Baſchkapole proſtant, in diſtantia ubique ultra tria milliaria Germanica: ad ſeptentrionem Keltſch, & reliqua montana ſupra Litomericium in diſtantia 2½. milliarium: Inter ſeptentrionem & Orientem mons, germanicè Beſik, Bohemicè Bezdiek nuncupatus, duorum cacuminum, in quorum orientaliore monaſterium Ordinis S. Benedicti cubat, in diſtantia ultra 4. milliaria: in Orientem rectum latè viſus panditur: in meridiem verò ob interjecta ſilvoſa coarctatur, ſereniore tamen cœlo pinnaculum turris Metropolitanæ Pragenſis obſervari poteſt. Situs eſt mons Rzip in meditullio terræ, circa quam fluvii Ocra ſeu Egra ex Occidente, & Moldava ex meridie, Albi commiſcentur. Ex hac hiſtoria perluſtratæ novæ patriæ ex monte Rzip inferendum eſt: Czechum non adveniſſe per terras Egrâ fluvio borealiores, quoniam aliàs Czechus in dictis, Occidentem borealiorem & ſeptentrionem præcingentibus montibus, aut ſi propiùs accedere placuiſſet, ſaltem ex monte, Haſenberg dicto, prope Libochowitz & Egram fluvium ſito, eandem perluſtrationem æquè commodè exequi potuiſſet. Porro ex hiſtoria ſecedentis Lechi cum parte populi Orientem versùs trans Moldavam, & ex extenſione ſedium primarum in meridiem, primò ſubſequis temporibus tentata, ut *cap. ſeq.* pluribus dicetur, concludendum itidem eſt: Czechum in ſedes ſuas, in Bohemia ad Albim jam finibus Bohemiæ imminentem captas, nec per partes orientales, nec meridionales, itaque nec ex Polonia, nec ex Moravia, nec ex Auſtria, quà Moldavæ ſuperiori propinqua eſt, ſed per fines occidentales Egrâ fluvio meridionaliores Bohemiæ adveniſſe. Unde conſiderato loco migrationis à quo ad quem, cùm in antiquiſſimis definiri nihil queat, veroſimiliter conjecturandum venit: Czechum à ſede ſua Krapina ex finibus Norici & Pannoniæ rectà in ſeptentrionem per montana Norici mediterranei, cultu hominum ſub Romanis in ſeculo quarto finiente magìs, quàm unquam anteà, deſtituta, ad Danubium usque & oram Danubio & Bohemicis montibus Moldavam emittentibus intermediam penetrâſſe, abinde verò, circumactis ab Occidente montibus, intra quos Marcomannorum parti ſedes adhuc eſſe dubitari vix poterat, in

Vid. App. Num.

vici-

A.Chr. viciniam demum hodierni Egrenſis diſtrictûs, & tum, itinere in Orientem flexo, in ipſam Bohemiam proceſſiſſe. Vid. App. Num.

§. 42. Vacuam receptioni Czechi & populi ejus partem hanc ſaltem Bohemiæ fuiſſe, jam ſuprà per *quatuor capita V. VI. VII. & VIII.* ſufficienter, ùt opinor, deductum eſt. De hac evacuatione, immo de vaſta jam ab antiquo parte borealiore Bohemiæ Czechus, in Charvatia ſua adhuc conſiſtens, apprimè inſtructus eſſe poterat, cùm migrationes Marcomannorum, ſemper Danubium & Rhenum versùs tendentium, in notorio eſſent, & gentem, inter colonias Romanas Pannonicas, Noricas, & Rhæticas ſedentem, latere non potuerint. Quin & Slavis Limigantibus, adhuc Daciæ antiquæ Trajanicæ incolis, adeóque & Czechi parentibus, ex traditione vicinorum ſuorum Victofalorum (qui 571. ipſi ex Marcomannis cum Maroboduo & Catualda profugis deſcenderant) notum eſſe debebat, nec Marobodui tempore partem 468. borealiorem Bohemiæ, Sudetis montibus vicinam, cultam, ſed ſilvis alendis relictam fuiſſe. Ubi notandum: à Ptolemæo, qui proximo poſt Marobodunm ſeculo, itaque ex novioribus circa Bohemiam notitiis, ſcripſit, extremo occidentali Sudetorum montium longitudinem graduum 34: loco illi montium, in quo fontes Albis ſunt, gr. 39. & extremo orientali gr. 40. latitudinem autem ubique graduum 50. aſſignari; ergo ille omnes mon- 465. tes, qui à finibus Culmbacenſibus, & Voitlandicis ſupra Egrenſem diſtrictum, lineâ inde per Joachimi Vallem, Commotovium, Litomericium, & ſic conſequenter uſque ad fines ſeptentrionales Comitatûs Glacenſis ductâ procurrunt, Sudetis montibus in latitudine æquali 50. gr. accenſuit; in his montibus quoque, & citra eos, in intervallo medium Bohemiæ tangente, Marobudum ſeu Pragam versùs, nullum locum ab hominibus habitatum prodidit; quod ſignum eſt, æquè hoc ſpatium, ſilveſtre (ùt ex parte adhuc hodie eſt) & culturâ deſtitutum, itaque partem ſolitudinis, florentibus adhuc Marcomannorum vaſtos fines amantium rebus, fuiſſe. Non terruit hæc facies futu- 539. ræ patriæ Czechum & populum ejus, ſed allexit potiùs, nam ſilvas, ùt teſtatur Jornandes, Slavini ob rem pecuariam amabant: 473. c. ſilvis tum in antiquiſſima patria inter Tanaim & Volgam, tum in ſecunda ad Danubium Daciæ, tum in poſtrema ad fines Pannoniæ & Italiæ, immorabantur, eáſque induſtriâ ſuâ in uſum pro exigentia frugalis victûs convertere nôrant.

CAPUT XV.

Solutio Contrariorum

Et

De primordiis Reip. Bohemo-Slavicæ.

§. 1. TRia præcipuè ſunt tempora, nempe annorum 278. 550. & 644. quæ à veris natalibus Reipublicæ Bohemo-Slavicæ

vicæ

Digitized by Google

A.Chr. vicæ removeri debent; cæterarum enim contrariantium ſenten- Vid. App. Num.
tiarum tempora intra has tres epochas fluctuant, nec documentum quoddam hiſtoricum ſpeciale in medium adducunt, ſed conjecturis & diverſimodè compactis argumentationibus innituntur. Tempus primum anni 278. in lucem protrahere, & natalibus Bohemo-Slavicis affundere conatus eſt Petrus CODICILLUS, cujus lucubrationem, ante me jam à *Balbino* (ùt *in Epit. Hiſtor. rer. Bob. lib. 1. cap. 10. in notis* teſtatur) fruſtra inveſtigatam, per pauca decerpta ad noſtram memoriam perduxit *Daniel Adamus de Weleslavina*, in ſuam autem ſententiam trans- 732. a.
formavit modò dictus *Balbinus*, dum adventum Czechi in Bo- 744.
hemiam longiùs aliquantùm differt, & intra A. 300. & 330. collocandum putat. Suo modo itaque defenſor eſt Balbinus Codicilli ſententiæ, hiſtoricam narrationem ejusdem de Zalmanino & Turskone, Bohemiæ ante Czechum Regibus, retinens, quanquam aliam à Codicillo adjunctam hiſtoriam Aureoli Tyranni, in ſolutione contrariorum ad objectionem primam rejiciens; ſic enim ſecum ipſe loquitur: Objectio prima: cur igitur non aſſentiris Weleslavino, cùm 30. aut 40. annis tantùm poſteriùs Czechi adventum ponis? Reſponſio facilis: quia Czechi adventus, ſi A. 278. ponatur, chronologiæ prorſus adverſatur: nam Aureolus (quod ipſe telum validiſſimum putat) A. 262. occiſus eſt, quo tempore Czechus ex Illyrico fugere non potuit, nam ætas repugnat; deinde non eſt occiſus in Illyrico, ſed ad Mediolanum in Italia ad pontem, qui hodiéque pons Aureoli dicitur, ùt alibi probatum eſt. Weleslavini igitur ſententiam de A. 278. chronologiâ contradicente, ſequi non poſſumus. Pace Balbini dixerim, me tradita Co- 732. a.
dicilli non ad mentem Balbini, ſed hunc in ſenſum capere: A. 278. regebat in Bohemia Zalmaninus, Czechus & Lechus fratres autem ſedebant circa idem tempus in ſolo Romanorum, in hodierna Croatia, in arcibus Krapina & Pſari. Zalmaninus Rex Bohemiæ, bello cum Romanis Imperatoribus implicitus, fratres illos duos in auxilium evocavit, & ſedem eis in Bohemiæ parte, per bellicas aliásque calamitates, nec non migrationes vacua (ne quid mali, utpote exin vinculo ſubjectionis ſoluti, à Romanis timendum haberent) obtulit. Acceptârunt illi oblatas alibi fortunas eò promptiùs, quòd jam *antehàc*, cæde Aureoli ob impatientiam tyrannidis patratâ, Romanorum gratiâ exciderint; itaque cum omnibus ſuis Bohemiam & ſedes aſſignatas petierunt, atque dein in caſtris Zalmanini contra Romanos militârunt. Zalmanino fatis functo ſucceſſit in regno Bohemiæ Tursko filius: hic autem, in prælio Imperatoris Conſtantini contra Licinium (ergo vel A. 314. vel 324.) interfectus, reg- 640. 641.
num Bohemiæ Principi Czecho reliquit. *Weleslavinus in Genealogia Princ. Bob. cap. 2.* æquè ex Codicillo refert: Czechum poſt

Tur-

Digitized by Google

A.Chr. Turskonem XVII. annis regnâſſe, interjecto autem interregno Vid. App. Num.
IX. annorum, ei demum Crocum I. A. 345. ſucceſſiſſe. Apparet igitur, à Codicillo intelligi prælium primum Conſtantini contra Licinium ad Cibalas in Pannonia inferiore de A. 314.

§. 2. Si Codicilli ſententiæ nihil aliud, niſi quod Balbinus de chronologia movet, obſtaret, facilè illa in totum ſuſcipi poſſet. Non dicit ille, ſaltem quoad ea, quæ Weleslavinus excerpſit, Aureolum occiſum eſſe in Illyrico, ſed Ducem Romanorum ibidem fuiſſe: nec dicit, Czechum & Lechum ſtatim poſt cædem Aureoli ex Croatia migrâſſe, ſed cædem hanc *jam antè* contigiſſe, eámque cauſam fuiſſe, quòd apud Romanos gratiâ exciderint; quod iterum neceſſariò Codicillus de Romanis intelligere debuit, qui ex Aureoli factione ſupererant, & ſtatum Reipublicæ turbidum ſub Gallieno (cui, teſte Trebellio Pollio- 623.
ne Aureolus multùm placebat) ſeveritati Claudii, Aureliani, Taciti, & Probi anteferebant. Quanquam ergo Aureolus jam A. 269. (non 262. ùt impreſſum eſt in Balbino) apud Mediolanum, *judicio militum* ùt inquit Trebellius Pollio (inter quos Codicillus Czechum & Lechum fòrs computavit) occiſus eſſet, nihilominus migratio Czechi & Lechi usque ad A. 278. & acriùs erumpentem contra ſe invidiam, differri poterat: quoniam cædes per ſe, eos publicè reos haud faciebat, dum Claudius, *miſſis ad populum edictis*, Aureolum *Tyrannum*, itaque impunè occidendum, judicaverat. Aſt nec ſic interpretata Codicilli mens ſatisfacit, nullo hiſtorico documento adjuta. Aureoli cædes de A. 269. ſi etiam à Czecho facta fuiſſet, non poterat A. 278. poſt tot jam charos & glorioſos Romanorum Principes (& cùm Aureolus, teſte Syncello, natione Celta, igitur non Romanus, 782. a.
ſed Barbarus, fuerit, obindéque ejus memoria tanti eſſe non potuerit) ad ſolum vertendum impellere. Hiſtoria Zalmanini, & Turskonis, ſi unquam rectores Bohemiæ Marcomannici ſub hoc nomine exſtiterint, ſaltem tempori ſuo erepta eſt, & ſub hoc ænigmate fors Primates Marcomannorum latent, qui Czecho & Lecho, A. 374. in Bohemiam adventantibus, ſedes in neglectis Bohemiæ partibus faverunt, eósque inde armis non repellendos cenſuerunt. Tempus anni 278. ad id rectè convenit, quòd tunc Sarmatæ alterius generis, quàm hucusque Romanis notum erat, ad Transſylvaniam hodiernam à ſeptentrione, & mox pòſt à meridie, ſeu ad Danubium, ſederint. Sed quòd Codicillus eosdem hoc ipſo tempore jam in Croatia ſedere, & inde in Bohemiam migrare faciat, fidem omnem hiſtoricorum exſuperat, qui in Croatia ſeu confiniis Italiæ Sarmatas Limigantes ſeu Slavos ante A. 334. non noverunt; quos autem cùm Codicillus non conſuluiſſet, præproperè nimis Sarmatis Slavis ſedes, in Dacia magna tantùm competentes, ſimul in Croatia & Bohemia dedit.

§. 3. Tempus alterum anni 550. à pluribus rerum Bohemicarum & Polonicarum compilatoribus, ſolâ fermè auctoritate PROCOPII Cæſarienſis nixis, præeligitur. Agens ille *Lib. 3. de bell. Goth. cap. 38.* de anno belli Gothici decimo quinto, id eſt

A.Chr. de A. 549. & de irruptione magna hoc tempore à Slavis facta, Vid. App. Num.
549. ait: His peractis Thraciam omnem, atque Illyricum, 805.
impunè vaſtârunt, ac multa utrique caſtella obſidione ceperunt: qui anteà nec muros oppugnare, neque in campum deſcendere audebant; enimverò ne tentaverant quidem unquam hi Barbari incurſionem facere in Romanum Imperium: immo verò ante illud tempus, quod ſuprà dixi, nunquam cum exercitu fluvium Iſtrum videntur trajeciſſe. Locus Procopii anterior, ad quem ſe revocat, eſt in *eod. Lib. 3. cap. 14.* ubi ſic habet: Hunc (Chilbudium) Imperator (Juſtinianus) anno Imperii ſui quarto (ergo A. 531.) militari Thraciæ magiſterio ornatum, Iſtri fluminis cuſtodiæ præfecit, atque operam dare juſſit, ut amnis tranſitu Barbari impoſterùm prohiberentur. Jam enim ſæpe Hunni, Antæ, & Sclaveni, trajecto fluvio, Romanos peſſimè fœdiſſiméque vexârant. 801.
Recenſet dein Procopius ab hoc tempore incurſationes Slavorum ceſsâſſe per triennium, & potiùs Chilbudium cum copiis Romanis incursâſſe oras Slavorum, pòſt autem cum gravi clade exercitûs ipſum Chilbudium quoque interiiſſe, & ſubjungit: ex quo Barbaris libera ſemper fuit amnis transmiſſio, & Romana res incurſibus eorum patuit. Aſſertum ergo Procopii *capite 38.* limitatum eſt ad tempora ante Juſtiniani Imperium. Patet id quoque ex ejusdem *capite 40.* ubi dicit: quo 806.
tempore Juſtinianus Germani patruus imperium obtinuit, Antæ Sclavenorum accolæ, tranſito Iſtro, in Romanorum fines cum magno exercitu irruperunt. Ex aſſerto autem *d. cap. 38.* plurium Neotericorum ſententia nata eſt: Slavos non antè, quàm ſeculo ſexto medio, ſedes in Illyrico, & ſpeciatim quoque in Croatia, cepiſſe, obindéque nec Czechum & Lechum citiùs Bohemiæ immigrare potuiſſe. Sic dicit *Reiffenſtuell in Topograph. Auſtr. pag. 70.* Interim eorum (Slavorum) in Carnioliam adventum poſt A. 548. differre neceſſe eſt, cùm, teſte ſynchrono Authore Procopio, Slavini, ſeu Slavi, primùm eo anno in Illyricum ſe effuderint, unde ad Noricum & Carnos deinde penetrârunt. Citat ibidem & exſcribit Procopium, ſed in alio huc non faciente loco *capitis 29.* de A. 547.

§. 4. Cùm Reiffenſtuell, & omnes alii idem ſtatuentes, in verba Procopii jurare videantur, mirandum adhuc eſt; illos eò condeſcendere, quòd Slavi ſaltem poſt annum 548. ſedes ſtabiles in Illyrico poſuerint; ſi enim verba ſequi voluiſſent, cur non aſſerunt, nec tunc Slavos in Illyrico perſtitiſſe? Procopius enim in eodem ſuprà adducto *cap. 38.* in fine expreſsè addit: quo fa- 805.

ctum

A.Chr. ctum eſt, ut domum omnes (Slavi nempe) reverſi ſint, Vid. App. Num. 807.
cum captivorum innumeris myriadibus. In geſtis quoque ad annum 551. caput ultimum ſeu 40. libri tertii his verbis claudit: reliqui (à clade nempe) Barbari cum reliqua præda domum reverſi ſunt. Ut quid ergo contra eum concedunt, Slavorum partem in Illyrico permanſiſſe, & hodiéque ibi ſedes obtinere? Procopius ſanè nihil tale innuit, quod poſſeſſionem captam denotaret: quin potiùs, dum Slavos ab iterato trajectu Danubii de A. 550. in annum usque 551. in Dalmatia mediterranea manſiſſe ſciret, pro licentioſa id *hibernatione* tantùm, 806.
non pro domicilio capto habuit. Hoc ergo in paſſu ob veritatem compertam, ab A. 550. Slavos nunquam Dalmatiam dereliquiſſe, ùt hiſtorica ſubſequorum temporum docent, à Procopio receditur: quoniam ei ſuccenſendum non erat, id pro hibernatione tantùm accepiſſe, quod in perpetuum domicilium tranſire, utpote gloriæ Romanæ adverſum, non optabat, nec contra votum ſuum tranſiiſſe, dum ſcriptionem non niſi usque ad annum inchoantem 553. continuaret, monere commodè poterat. Unde etiam tanti faciendum non eſſet, ab eodem Procopio in ſuperiùs allato aſſerto recedere, ſi aliæ ſufficientes adſint auctoritates. Sed ſalva maneat Procopii auctoritas, dummodo in ſenſu, quem ipſe inculcat, accipiatur. Dicit ille: Slavi ante illud tempus, quod ſuprà dictum, nempe ante Juſtiniani Imperium, *nunquam cum exercitu* fluvium Iſtrum videntur, vel propriè ex græco φαίνονται, *apparent* trajeciſſe; ergo mens & ſententia ipſius eſt, non liquere ex hiſtoriis ante Juſtiniani Imperium, Slavos unquam cum exercitu hoſtili, totius gentis voluntate emiſſo, tranſiiſſe Danubium. Sub hac modificata negativa itaque non complectitur tranſitum Danubii per globos particulares prædatorios, gentis totius aſſenſu deſtitutos, adeóque pro exercitu gentis non habendos, minùs verò tranſitum amicum, ipſo Imperatorum Romanorum conſenſu, & animo ſeſe in terris Imperii Romani & ſedibus ibidem datis ſubjiciendi, factum. De hoc tranſitu amico & ſubjectivo in annis 334. ſub Conſtantino Magno, & 454. ſub Marciano Imperatore, mihi eſt quæſtio. Unde ſi interrogatus fuiſſet Procopius ſuper fide Conſcriptoris vitæ Conſtantini, nec non S. Hieronymi, & Idatii, vetuſtiorum Procopio ſcriptorum, de tranſitu anni 334. & ſuper fide Jornandis, coætanei ſcriptoris, de tranſitu anni 454: reſponſurus certè fuiſſet, ſe fidei eorum non derogare, nec tranſitum alium quàm hoſtilem, & quidem *cum exercitu* gentis nomine, negâſſe.

§. 5. Procopii auctoritas igitur nec in minimo contrariatur Slavorum quondam ante Juſtinianum tranſitui ex terris trans-Danubianis Barbaricis in terras cis-Danubianas Romanas, cùm tranſitus is pacificus, Romanorum expreſſo conſenſu nixus, & ad ſubjiciendum ſe Romano Imperio, itaque ad finem Romanis glorioſum directus fuerit. Sed hac occaſione aliorſum quoque Procopii auctoritas pro Slavicis originibus advocari & valere debet; nempe ut eâdem evincatur: motus, qui ante Juſtinianum ſub

A.Chr. ne ſeniore, Valentiniano ſeniore, & Conſtantio II. in Slavis Vid. App.
contra Romanos exſtiterant, non fuiſſe tales, qui nomen *exer-* Num.
citûs à gente Slavica emiſſi mererentur. De Leonis Imperio refert
473. *Jornandes:* Sarmatarum, id eſt Slavorum, Regem Babaim, trans 768.
Danubium è regione *Singiduni*, ergo in Bannatu hodierno Te-
mesvarienſi, ſediſſe, & tumore ſuperbiæ regnâſſe: Singidunum
quoque civitatem alioquin Romanam poſſediſſe, & nuper tunc
de Camundo Duce Romanorum victoriam reportâſſe: à Theo-
derico autem, adoleſcente filio Regis Gothorum Theodemiri,
invaſum & occiſum eſſe, ademptâ Slavis, nec tamen redditâ
Romanis, ſed appropriatâ ſibi & Gothis civitate Singiduni. Jor-
nandes, ut fortia utcunque facta Gothorum apparerent eò cele-
briora, non uno ea in loco exaggerare ſolitus eſt; igitur etiam
hìc deprædicata victoria Regis, ſeu veriore vocabulo *Primatis*
Slavorum, *Babai*, de Camundo Duce Romano, diminutivi fòrs
ſignificationem patietur, & ſaltem *cum exercitu*, hoſtiliter cis Da-
nubium nomine gentis aut Primatis ducto, patrata non eſt, ſed
potiùs inter globos Romanorum & Slavorum, ſive hi prædato-
res peculiares cis Danubium, ſive illi, more Chilbudii ſub Ju- 801.
ſtinianeo tempore, invaſores trans Danubium fuerint, contigiſ-
ſe videtur: quoniam Procopius hanc velitationem pro tranſitu
Danubii cum exercitu Slavico non habet, & alioquin talem tran-
ſitum, qui 50. tantùm annis ante Juſtinianum, & proximè ad
Procopii ævum, evenerat, non negâſſet. Nihil etiam facit Sin-
giduni civitatis, ad angulum confluentiæ Savi & Danubii ſitæ,
occupatio, quam Slavis exprobrat Jornandes; ſive enim vindi-
cta, ſive deſerti quaſi conditio Slavos ad id permoverit, ſaltem
iterum Romani poſſeſſionem iſtam, Gothis cis Danubium in Pan-
nonia inferiore, & Slavis trans Danubium in Dacia antiqua Tra-
janica, viciniſſimam, non magni fecêre, quoniam eam per Go-
thos Slavis iterum ereptam ad ſuas manus retrahere non cenſue-
runt.

358. §. 6. Ad Conſtantii II. imperium videatur relatio Ammi- 671.672.
ani Marcellini de Sarmatarum liberorum & ſervorum irruptio- 678.
one in Romanum Imperium cis Danubium, cum Quadis aucto-
ribus tumultuum principalibus A. 358. Sanè quòd tam facilè,
ùt *cap. XI.* §. *25.* jam dictum, Conſtantius Slavis Dominis aſſo-
ciationem cum Quadis ignoverit, & nec deditionem eorum ſpon-
taneam acceptaverit, ſed eos ſedes ſuas nexu tantùm clientelari
obtinere juſſerit *impavidos*, argumentum præbet, non ma-
gnam fuiſſe culpam, quæ in ævis ſubſequis, & apud Proco-
pium, irruptionis *cum exercitu* nomen mereretur. Quòd au-
tem Conſtantius Slavos ſervos acriùs tractaverit, non tam ho-
ſtilitatis apertæ erga Romanos, quàm infidelitatis erga Dominos
374. ſuos Slavos vindicta fuit. De imperio Valentiniani ſenioris vi-
deatur relatio ejuſdem Ammiani Marcellini *in Apparatu meo ad* 686.
A. 374. de repetita aſſociatione Slavorum Dominorum cum Qua- 688.
dis, & invaſione nunc ſeparata Romani ſoli in parte Mœ-
ſiæ, cujus Dux tunc erat Theodoſius, qui pòſt Imperator. Æ-
què hoc tempore, ùt *cap. XI.* §. *37.* & *42.* dictum, hoſtilitates

non

Digitized by Google

A.Chr. non per exercitum cum conſenſu totius gentis Slavicæ, ſed per globos peculiares voluntarios actæ ſunt. Vid. App. Num.

§. 7. Hic loci quoque commemorandum eſt, quæ cauſa videri poſſit, cur Slavi in Dacia transdanubiana, per duo fermè ſecula uſque ad Juſtinianum, cum Romano Imperio, exceptis ſuprà dictis tribus motibus, iiſque levioribus, pacifici, & clientelæ potiùs debitum (ùt de adhæſione Romanorum caſtris contra Attilam in Gallia *cap. XXI.* §. *2. 3. 4. 5.* dicetur) obſervantes, reverentiam illam ſub Juſtiniani initiis irritam fecerint, & ter-
531. ras Romanas pulſaverint? ita ut Juſtinianus A. 531. Chilbudium, Thraciæ magiſtrum eapropter creatum, expreſsè Iſtri fluminis cuſtodiæ præficere neceſſum judicaverit. Alia certè cauſa vix ex hiſtoriis illius temporis eruetur, quàm quòd gens Slavica omnes alios populos, ùt tunc à Romanis vocabantur, Barbaros, ùt puta Langobardos Pannoniâ, Herulos Daciâ cis-Danubianâ, alios aliâ Romani Imperii parte donatos honorari, ſe ſolam autem negligi videret: cui tamen ſedes intra Danubium & ſolum Romanum eò acceptiores, immo ad ſecuriùs vivendum neceſſariæ fuiſſent, quòd ab illius ſeculi initio jam Hunni Cuturguri cis Pontum Euxinum, junctis ſecum Bulgaris, novis à Tanai & Volga advenis, Slavis licèt, attamen Hunnorum dominandi cupidinem nimiùm ſectantibus, reinvaleſcerent, & Slavis quoque, antiquis Danubii accolis, ſubjugandis inſtarent. Slavi itaque nihil obtinentes, ad invidiam id & deſpectum pertinere rati, ipſi ſibi ſedes in Romano ſolo aſſerere, & armis, quà poſſent, tueri non dubitârunt. Animadvertit ſanè Juſtinianus,
545. quorſum excurſiones Slavorum tenderent, & proptereà ipſis antiquam urbem, Turrim appellatam, trans Iſtrum ſitam, à Trajano quondam conditam, tunc verò à longo tempore poſſeſſoribus vacuam, unà cum agris circumjacentibus, pro jure veteri, quo ad Romanos pertinerent, addendo ſimul pollicitationes pecuniarias, obtulit: cum conditione, ut, icto ſecum fœdere, Hunnis Romanum Imperium incurſare volentibus ſeſe uſque opponerent. Aſt cùm hæc liberalitas ex alieno quaſi videretur, & Slavis, ſedes *intra Danubium* tutiores acquirere, animo ſederet, non profuit multùm hæc oblatio, ſed, Gothis & Totilâ bello ſuperioribus, rebus Romanis verò in pejus vergentibus, alte-
547. ro abhinc anno, & ſubſequis quoque, Slavi (Anthæ nimirum,
549. *vid. cap. XXI.* §. *21. 22. 23. 24.*) evaſtationes Romani Imperii continuârunt, & demum in vaſtitates quas ipſi fecerant, in Dalmatias nempe mediterraneas, domicilium ſuum perpetuum collocârunt. Hac de vaſtitate *Procopius in hiſtoria arcana cap. 18.* ſic loquitur: Illyricum, Thraciámque totam, Græciam, Cherſoneſum, & omnes, quæ à faucibus Jonii maris ad Byzantiorum uſque ſuburbana interjectæ regiones, populíque ſunt, ex quo tempore rerum potitus eſt Juſtinianus, Hunni, Sclaveni, Antæ, penè quotannis incurſionibus crudeliſſimè depopulati ſunt. Crederem

A.Chr. Romanorum ſupra ducentena millia ſingulis irruptio- Vid. App. Num.
nibus, quà fuſa quà in ſervitutem abacta; ut in his
provinciis penè Scythicas ſolitudines videre ſit.

§. 8. Nunc progrediendum ad tertium tempus, quod HA- 730.
644. GECIUS pro originibus Slavo-Bohemicis, ſeu adventu Czechi
& Lechi in Bohemiam, ſeligere cenſuit, anni nempe 644. Ha-
gecius is in Czechi initiis Bohemicis, & populi primi moribus,
ſimpliciter *Coſmam exſcribit*; quoniam verò hic nullum tempus
adventûs Czechi nominaverat, iterum ſimpliciter, & ſinè ullius
fontis aut auctoritatis citatione, annum adventûs ponit 644. ad-
jiciendo Imperatoris tunc regnantis Conſtantini III. & Papæ Jo-
annis IV. nomen, quanquam erroneo utrinque calculo chrono-
logico. In præmiſſo auctorum, quos ſecutus eſt, catalogo ali-
us, in anno Czechi proximè Hagecio accedens, vix reperietur,
quàm *Martinus Kuthenus*, qui annum 639. ſub regimine ejuſdem
Conſtantini III. Heraclii filii, ſtatuit. Unde in eam opinionem
devenio, Hagecium ex ipſo hoc Kutheno annum adventûs Cze- 729.
chi emutuâſſe, & tantùm in Chronologia reformâſſe, eò quòd
A. 639. Conſtantinus Heraclii filius in veriore calculo nondum
regnâſſet, ſed A. 641. Martii 11. primùm cœperit: quanquàm
Hagecius in alium iterum errorem chronologicum inciderit, cùm
Conſtantinus III. nec integris quatuor menſibus regnaverit. Edi-
dit Hagecius opus ſuum A. 1541. Kuthenus A. 1539. uterque in
lingua Bohemica. Mirandum ſanè eſt, quo fundamento Hiſto-
riographi hi patrii (quorum ille, Hagecius nempe, exceptâ ſo-
lâ chronologiâ antiquâ à Czecho uſque ad Boleslaum I. in ma-
teriis cæteroquin ipſis his antiquis, ùt in ſubſequis junioribus,
& tunc ſimul in chronologica materiarum diſtributione meritò
primas præ aliis ſcriptoribus Bohemicis obtinet) induci potue-
rint, ut tam diu Bohemiæ partem, quæ Czecho obtigit, à poſ-
ſeſſoribus vacâſſe, & tam ſerò Czechum cultorem denique inve-
niſſe crederent: cùm vaſtitas Bohemiæ, ſi non citiùs, ùt docu-
mentis hiſtoricis omnino conſentaneum eſt, ſaltem à migratione
magna Vandalorum & Suevorum in Gallias de A. 406. exſtite-
rit, & circa Conſtantini III. initium de A. 641. certum & indu-
bitatum ſit, omnes fermè terras, quas Slavica natio olim tenuit,
aut nunc adhuc tenet, populis ejuſdem nationis refertas
fuiſſe. Deductio ſpecialis ſuper his ſedibus Slavicis, videlicet
Antharum & Bulgarorum trans Danubium ad inferiores ejus ri-
pas & Pontum Euxinum: Slavinorum in Wallachia cis-Aluten-
ſi, & dein ad Carpaticos & Sarmaticos montes in tota veteri
Quadia & hodierna Moravia: Dalmaticorum ex Anthis & par-
tim Slavinis deſcendentium in Dalmatia, Hiſtria, & Slavonia:
Charvatarum ſeu Charentanorum in Croatia, Carniolia, Ca-
rinthia, & parte Styriæ: aliis in capitibus hujus meæ elucubra-
tionis invenietur.

§. 9. Hìc loci autem mentio adhuc facienda eſt de Slavis,
Poloniæ, orarum Balthici maris, & Thuringiæ incolis. Polo-
niam à temporibus Attilæ à Slavis jam inhabitari cœptam evin-
cunt

Digitized by Google

A.Chr. cunt ſcriptores Poloni, quorſum me revoco: unicum tantùm Vid. App. Num.
ex *Procopio de bell. Goth. lib. 2. cap. 15.* teſtimonium, ab eo ex viris 734. c.
Thulitis, ſeu inſularum arcticarum incolis, qui ad Romanos in- 735. a.
de, ùt dicit, venerunt, hauſtum, adéoque fide dignum in me- 785.
dium afferens; verba ejus ſunt: Hos (Herulos nempe, qui in ſeptentrionali parte Gepidiæ, nunc Tranſſylvaniæ, à Gepidis recepti, ſedibus illis derelictis, in patriam, Thulen inſulam, remigrabant, *vid. cap. XVI.*) ducentibus multis, qui Regio ſanguine creti erant, cuncti Sclavenorum populi per fines ſuos transmiſêre. Inde vaſtam ſolitudinem permenſi ad Varnos veniunt: poſteà tranſcurrunt Danos: nuſquam in ipſos vim ſuſcipientibus illis Barbaris. Exin ad Oceanum progreſſi navigant, in Thulen inſulam appel-
493. lunt, ibíque manent. Slavi tunc, nempe brevì poſt A. 493. nulli inter Tranſſylvaniam, Danubium, Carpaticos & Sarmaticos montes, ſed Jazyges, & de reliquo in Quadicis quondam terris ſoli Langobardi, hoſtes Herulorum, inde ipſo anno 493. expulſorum ſedebant. Igitur Heruli per hos hoſtes ſuos non, ſed ex latere ſeptentrionali Carpaticorum montium (in quorum extremis ad Tranſſylvaniam à clade hæſerant) per Poloniam, ad Viſtulam, & poſteà ad Varnos in Ducatu hodierno Mecklenburgico, Danos, & demum ad patriam tetenderunt. Hæc via etiam inverſè ex arcticis terris per Mecklenburgiam, Pomerani-
àm, Poloniam, olim à Gothis, Gepidis, Langobardis, & aliis 563.
migrantibus in Sarmatiam ſeu Scythiam nationibus frequentaba- 477. a. 774. 775.
tur, ut eam quoque redeundo tenuerint Heruli. Cùm ergo via iſta reditûs Herulorum uſque ad ſolitudinem Varnis propinquam à Procopio *per Sclavinorum* fines deſignetur, neceſſe eſt, in Polonia trans Carpaticos & Sarmaticos montes, nec non trans Viſtulam, tunc ſediſſe Slavos, qui eouſque jam in ſedes vacuas Vandalorum ex ſedibus primævis à Tanai & Volga fluviis immi-
591. graverant. De oris maris Balthici, quòd jam A. 591. à populis Slavicæ nationis poſſeſſæ fuerint, clarum teſtimonium præbent
Theophanes, Simocatta, & Miſcella Hiſtoria, cùm illarum ora- 824.
rum incolas Slavos Chaganus Avarum ſollicitaverit pro ſuppetiis ferendis adversùs Romanos: quapropter Slavi illi tres Legatos, à Romanis interceptos, ad Chaganum deſtinaverant, ut excuſarent, ob longinquitatem itineris auxilio Slavos venire non poſſe. De Slavis Sorabis circa Thuringiam, inter Albim & Salam
630. fluvios, certum eſt ex Fredegario & Aimoino, quòd A. 630. jam 894. ſeqq.
gens valida fuerint, quæ in vicinos Thuringos Francicæ ditionis non reformidavit irruptiones facere, & quos Thuringi ſoli repellere non ſufficiebant. Unde conſequens eſt, eos Slavos in has terras Thuringicas non noviter tunc, ſed ſeculo priore jam immigrâſſe. *vid. cap. XXIII. §. 9. & ſeqq.*

§. 10. Cùm ergo Slavi A. 644. jam ubique fermè (exceptâ ſolâ Bulgariâ cis-Danubianâ primitùs A. 679. inſeſſâ) fuerint, ubi impoſterùm inveniebantur, abſonum & incredibile omnino eſt,

A.Chr. eſt, Bohemiam, fertilitate nulli facilè cedentem, & ùt ùt ſilvis Vid. App. Num.
obducta fuiſſet, ingenitæ bonitatis documentis nunquam deſtitutam, ſolam intactam manſiſſe, & cæteris omnibus circumvicinis terris jam dudum occupatis, tunc demum cultores Czechum & Lechum ſortitam eſſe. Hoc in ſuppoſito corrueret tota hiſtoria Polonica. Si Lechus primùm nunc migrationem ex Bohemia in Poloniam intendiſſet, quî fieri potuiſſet, ut in tam latis provinciis, per populos Slavos jam poſſeſſis, *nomen conditoris*, cum tam parva manu ſodalium & ſequacium ſuorum, acquireret? Porro Hagecius per hanc ſententiam ſuam de adventu Czechi in A. 644. totam neceſſe habuit confundere, & confudit hiſtoriam antiquam Bohemicam; Czechum ſeneſcentem, & non niſi ſeptendecim annis ſuperviventem, in Bohemiam deducit: regimen poſt mortem ejus reaſſumptum Optimatum ad novem annos coarctat: Crocum dein ſucceſſorem unicum tantùm agnoſcit: alterum Juniorem negat: Principum ſubſequorum annos, uſque ad Borzivogium incluſivè, diminuit: quin & contra omnem fidem antiquiorum ſcriptorum Bohemicorum, & in ſpecie Coſmæ Pragenſis Decani, & Pulkavæ, Vnislaum, Wogeni filium, ex albo Principum expungit, eúmque eundem cum Krzezomislo ad A. 831. facit. 1053.726. d.

§. 11. Nolo prolixior eſſe in re clara; in eo tamen non ſatisfeciſſe Hagecium curioſitati poſterorum doleo, quòd præter allegationem Martini Kutheni, idem ſentientis, nec verbulo, quem fontem vel ille, vel Kuthenus, aut ſaltem quam rationem ſecutus ſit, indicatum reliquerit: ſed in re tanti pro originibus Slavicis momenti dictatoriè planè egerit. Aliquid tamen grave eum, vel auctorem ejus Kuthenum, ad vim hanc originibus patriis inferendam perpellere debuit. Domeſticis teſtimoniis id non deberi videtur, quoniam anteriores ſcriptores, ùt ex Coſma, Pulkava, Ænea Silvio, videre eſt, adeò exilem curam temporis habuerunt, ut hic perpetuò, illi uſque ad baptiſmum Borzivogii, ſinè chronologia ſcriberent. Ex Polonicis ſcriptoribus Hagecius Miechovium laudat, is autem æquè chronologiam adventûs Czechi & Lechi moratus non eſt. Vapovium, qui tamen anterior, & A. 1535. mortuus erat, atque primus Polonorum annum 550. prodiderat, non vidit, & ſaltem in catalogo auctorum non recenſet. Extera igitur quædam auctoritas in Hagecii, vel potiùs Kutheni, manus incidere debuit, quæ tempori Conſtantini, Heraclii filii, patrocinari videbatur. Quæcunque ea fuerit, mihi operæ pretium viſum eſt, TRADITIONEM GRÆCORUM ANTIQUAM, à Miſcella hiſtoria, 481. a.
quæ ſeculo octavo compilata, nec non à Theophane, & Nicephoro Patriarcha, qui ſeculi noni initio floruerunt, literis conſcriptam, primo intuitu, ob commixtas tum Hunnorum, tum Slavorum Bulgarorum origines, fabellæ perſimilem, remotis autem per applicationem veræ hiſtoriæ involucris, ad enodandas origines Slavicas multum præjudicii afferentem, paulò penitiùs perveſtigare.

§. 12.

Digitized by Google

A. Chr. §. 12. Prænotanda autem ſunt ſequentia: 1mò nomen *Bulgarorum*, laxè pro accolis Volgæ fluminis ſumptum, æquè tribui olim poterat Hunnis ac Slavis, quoniam utraque hæc gens in Aſia Volgæ antiquitùs adſedit. *vid. cap. XIV.* §. *16. 17. 18. 19.* 2dò. Ab eo tempore, quo Bulgari, ſpecificè ſic dicti, Romano Im- Vid. App. Num.
501. perio in Europa innotuerunt, id eſt ab A. 501. ſedes iisdem ite- 799.
rum cum Hunnis Cuturguris commixtæ & vicinæ erant ad Pon- 474.
tum Euxinum. 3tiò. Hunni illi, & Bulgari Europei, ad invicem, ſtatim ab initio ſedium Europearum, fœderati fuêre: eam
514. enim utramque gentem Vitalianus Tyrannus A. 514. in exercitu 799.
ſuo contra Romanum Imperium duxit. 4tò poſtquàm Hunni Cuturguri ſub poteſtatem Chagani Avarum ſeculo ſexto medio redacti eſſent, Bulgari eidem Chagano ſuberant, ùt patet ex
597. actis ad A. 597. quoniam Bulgari pacem, quæ cum Chagano fa- 828.
cta erat, etiam ſibi proficere contendebant. 5tò. Bulgari delectati ſunt Abarum habitu, mutatáque veſte etiamnum eo utuntur, ait Suidas in Lexico ad verbum Bulgari pag. 181. ergo Bulgari ita amici erant Avaribus, ut eorum mores & habitum imitarentur. 6tò non ſtetit hæc amicitia nisì usque ad A.
634. 634. námque Nicephorus Patriarcha hæc refert: Sub idem fe- 836.
rè tempus Cubratus, Organæ conſobrinus, Hunnogundurorum dominus, contra Avarum Chaganum rebellat, populúmque omnem, quem ab ipſo acceperat, contumeliosè habitum, patriis ſedibus expellit. Inde legatione ad Heraclium miſſa, pacem cum eo componit, quam ad finem vitæ usque ſuæ conſervârunt. Nam & munera ad ipſum Heraclius miſit, & patritiatum detulit. 7mò Suidas dicta pag. 181. ſic continuat: ſub Juſtiniano Rinotmeto, ab amputato naſo ita dicto, Terbelis Bulgarorum Dux floruit, cui & ipſe Juſtinianus, & Conſtantinus Heraclii filius tributarii fuerunt. Nam ſcutum, quo utebatur in bello, ſupinum collocabat, & equi ſui flagellum, & pecuniam, dum utrumque tegeretur, ingerebat: & haſta in terra extenſa usque ad ambas oras ſericam veſtem altè admodùm accumulabat, ac ciſtulas auro & argento refertas militibus dabat: dextram auro, ſiniſtram argento replens. Iidem Bulgari Abares vi ſubactos funditùs ſuſtulerunt. Captivos autem Abares Crem ita rogavit: unde cenſetis ducem veſtrum & totam gentem periiſſe? qui ſic reſponderunt: cauſa prima fuit, quòd plerique inter ſeſe accusârunt, & fortiſſimos ac prudentiſſimos quosque occiderunt. Deinde homines injurii, & fures, ſocii judicum evaſerunt. Deinde ebrietas; magno enim vini proventu omnes fa-

A. Chr. cti ſunt ebrioſi. Deinde corruptela munerum. Deinde negotiatio; facti enim omnes ſunt mercatores, & alios alii deceperunt. Ac excidium noſtrum has habuit cauſas. 8vò. Suidas relationi ſuæ de habitu Bulgarorum, & alteri de ſubactione Avarum per Bulgaros, & Ducem eorum *Crem* vocatum, interjicit quidem mentionem de Terbeli Bulgarorum Duce, cujus ope Juſtinianus II. A. 706. in Imperium reſtitutus eſt; exinde tamen non inferendum: Crem Ducem poſt Terbelim præfuiſſe genti ſuæ, ſed potiùs ante eum, circa eadem, vel paulò poſteriora tempora, de quibus Nicephorus loquitur; Suidas enim materias ſibi viſas memorabiles in Lexico ſuo connectit, non tempora: & dum de habitu Bulgarorum dixiſſet, de moribus Terbelis ſubjungit. Quod Suidas de ſubactis & ſublatis Avaribus dicit, de Avaribus, qui vicini ſedibus Bulgarorum ad Pontum Euxinum incolebant, non de Avarum reliquiis in Dacia & Pannonia intelligendum eſt. Cæterùm quoque Conſtantinus, de quo Suidas, quartus erat ſeu Pogonatus, Conſtantis II. filius, non tertius, Heraclii filius, qui Bulgaris in quadrimeſtri ſuo Imperio tributarius non fuit. 9nò. Conſtantinus is Pogonatus Bulgaris, magnam partem Thraciæ & Illyrici cis Danubium usque ad Pannoniam occupantibus, tributum ſpondere coactus fuit A. Vid. App. Num.

679. 679. ùt Theophanes ad annum XI. Conſtantini Pogonati, & Nicephorus referunt. 10mò. Occaſione hujus relationis uterque auctor digreditur in præteritum tempus ad deſcriptionem antiquæ Bulgariæ, & quomodo populi ejusdem Bulgariæ, quondam ſub uno regimine juncti, in quinque familias & totidem ſedes diviſi & ſeparati à ſe, idcirco autem etiam ab aliis populis procedente tempore ſubjugati ſint. 837.

§. 13. His præmiſſis, ad dictæ traditionis Græcorum antiquæ interpretationem transgrediendo, duplex ea objectum habet: 1mò deſcriptionem BULGARIÆ ANTIQUÆ, ex qua quondam progreſſi ſint & Hunni, & Slavi; 2dò hiſtoriam hujus egreſsûs, & ſeparationis in quinque familias ſeu populos diſtinctos, atque ſubſecutæ ex hac diviſione ſubjugationis omnium eorùm per alias gentes. Ad primum, nemini curatiùs penſanti, & alias veteres geographicas deſcriptiones in auxilium vocanti, dùbium hærere poteſt, deſcribi terras Aſiaticas, inter Tanaim, Volgam, partem Caſpii maris, Caucaſios, aliósque montes, partem Ponti Euxini Mœotidi paludi proximam, & ipſam Mœotidem. Hanc patriam Hunnorum, & Slavorum antiquiſſimam jam *cap. præc. XIV.* §. *16. 17. 18. 19.* auctoritatibus firmavi. Qui eam latiùs perluſtrare volet, adeat *Ptolemæum Geogr. Lib. 5. cap. 9. 10. 11. 12.* quem ſub *num. 487. à Lit. e usque i* notis quibusdam additis, excerpſi: adeat *Procopium de bell. Gotb. Lib. 3. à cap. 1. usque ad ſextum incluſivè*, ubi totius Ponti vicinias ex profeſſo deſcribit, & notitias fide digniſſimas, utpote omni ſtudio à ſe ex ævo ſuo collectas, tradit. In Ptolemæo advertendum eſt: 1mò quòd in Sarmatia Europea (quam meo captu, ſaltem quoad 481. a. 487. a. ſeqq.

deſcri-

A.Chr. deſcriptionem populorum, non per alveum ubique Tanais majoris, ſed per lineam ex fontibus Tanais majoris, usque in confluentiam Tanais majoris & minoris, & dein primùm alveo utriusque Tanais, ac pòſt Mœotidis latere claudit) nullos populos intra ſinum Tanais majoris usque ad dictam lineam collocet, ſed illuc Jazyges Baſilici ſeu Regii, Modacæ, Hippophagi, Zacatæ, Suardeni, Aſei, & Chenides, ex Sarmatiæ Aſiaticæ deſcriptione pertineant. 2dò quòd Ptolemæus quoque in Colchide ſolos Lazos & Manralos: in Iberia & Albania autem nullos populos deſcribat: ergo itidem hi ex deſcriptione populorum Sarmatiæ Aſiaticæ, à Saracenis incipiendo, advocandi ſint. Apparet id quoque ex Procopij combinatione, qui dicto *cap.* 2. Scymniam, Suaniam, & *cap.* 3. Amazonum quondam regionem Colchidi ſeu Lazicæ interiores dicit, cùm Ptolemæus Scymnitas, Suanos, Amazones, Sarmatiæ inſerat. Dictam patriam Hunnorum & Slavorum traditio illa Græcorum antiqua, quaſi in ænigmate, circumſcribit tribus fluviis, *Atali*, *Tanai*, & *Cuphi*, ſeu, ùt Miſcella habet, Eucti. Per hos fluvios intelligendi ſunt Volga, Tanais, & fluvius ex Caucaſiis montibus oriens, & in extremum Pontum Euxinum decurrens, quem Procopius cap. 2. in fine, *Phaſin* vocat, & cap. 6. à quibuſdam pro termino Aſiæ & Europæ haberi dicit. Confundit autem hos fluvios traditio illa; perhibet enim Tanaim ab Iberiis portis ad Caucaſios montes fixis profluere, quod Cuphi potiùs vel Phaſi competit: item Atalim ſupra Mœotidem à Tanai diffindi, id eſt versùs fontes, itaque confluere, quod Volgæ & Tanai non, ſed Tanai majori & minori convenit. Charta Imperij Ruſſici noviſſima, per Philippum Joannem de Strahlenberg, qui ex Suecorum poſt cladem Pultawienſem captivorum numero multos annos in Ruſſia egit, A. 1730. edita, ſitui ei, ubi Volga & Tanais ſibi maximè appropinquant, interjicit montes, ſub montibus verò ad meridiem inter Pantſchin oppidum ad Tanaim, & Zariza ad Volgam, flumen minus, quod Volgam & Tanaim jungit: dein ſupra montes ad ſeptentrionem duo alia flumina, Ilawliam ad Ilowo oppidum, Tanai, & Kamiſchenkam ad oppidum ejuſdem nominis, Volgæ influentia, & capitibus ſuis ſeſe fermè contingentia, atque juſſu Petri Ruſſorum Imperatoris, canali manu hominum facto, juncta deſignat. Unde fieri potuit, ut vel hanc conjunctionem per tertium fluvium infra, vel approximationem per duos alios fluvios ſupra montes, Græci, traditionem non ſat penetratam edentes, pro confluentia ipſius Atalis & Tanais habuerint. De confuſione hac mirandum non eſt, cùm æquè Jornandes Volgam, & Tanaim nobis notum, nomine eodem Tanais inſigniat, & nomina fluviorum variè valde apud veteres accepta ſint. Quidquid autem de hac obſcuritate ſit, certum videtur, traditionem de terris Ptolemaicæ Sarmatiæ Aſiaticæ, & de Procopii regione *Eulyſia* inter Tanaim, Volgam, Caucaſios montes, Ponti Euxini partem, & Mœotidem loqui, in quibus terris Hunni infra approximationem Tanais & Volgæ, Slavi ſupra eam versùs ſeptentrionem ſederunt. Clarum id eſt ex ipſa tra-

Vid. App. Num. 486. c. 487. i. 487. g. 487. f. 475. 481. a.

A.Chr. traditione, dicit enim: in orientali circa Mœotidem plaga, ad Vid. App. Num.
Phanaguriam Ponti, & Iberiam regionem, hominum nationes plurimas (Zecchos, Bruchos, Abasgos, Lazos, & reliquos populos, Colchidis & Iberiæ incolas, ex Procopio & Ptolemæo) numerari, dein addit: ab ipſa verò palude usque ad dictum flumen Cuphim, ipſa antiqua magnáque Bulgaria ſita eſt, & quæ Cotragorum, Bulgaris contribulium, vocatur regio. Probè igitur notandum: traditio Cuturguros Hunnos, Slavis Bulgaris *contribules* (non natione, niſi errore fors à Græcis aſſumpto, ſed imperio) habet.

§. 14. Exhinc orditur traditio alterius objecti nempe BULGARORUM MIGRATIONIS explanationem exequi, quæ (in ſuppoſito, ùt dictum, neceſſario, Hunnos ſimul Bulgaros, & Slavos Bulgaros ſub eodem quondam, ùt & poſthàc imperio, junctos intelligi) aliquantò jam clarior eſt. 1mò. Narratio ipſa ad tempora Conſtantini, qui in Occidente, retrocurrit, ly, *qui in Occidente*, græcè ſinè addito verbo ſtare poteſt, & ſubintellectum habet, *imperium tenuit*; quod itaque Conſtantinum Magnum apertè denotat, à quo primùm ſedes imperii Conſtantinopolim translata eſt. In Theophane nihil additur his verbis; librarius autem mancum locum & aliquid deeſſe credidit. Nicephoro adjicitur *obiit*, an ex ipſius, an librarii ſtudio, ambiguum eſt. Conſtantinus I. obiit Ancironæ in villa publica apud Nicomediam in Oriente: Conſtantinus II. apud Aquileiam in Italia: Conſtantinus III. Conſtantinopoli; de Conſtantino IV. non poteſt eſſe quæſtio, quoniam ex ejus regimine auctores, traditionem referentes, digreſſionem faciunt in præteritum. Miſcellæ hiſtoriæ adjicitur, *regnavit*, quod bene convenit Conſtantino I. non autem tertio, qui Occidentem non poſſedit: nec ſecundo, qui Italiæ tanquam ſedi Occidentis non, ſed Galliæ præfuit. Porro Conſtantinus II. tantùm duos annos & decem menſes, Conſtantinus III. nec integros quatuor menſes regnavit: ut & hanc ob cauſam traditio illorum imperio non quadret. 2dò Regimen Bulgariæ & Cotragorum, id eſt Bulgarorum tam Slavorum quàm Hunnorum, eo tempore habuiſſe dicitur *Cubratus*, ſeu *Crobatus* ſeu *Orbatus* quidam, & præcepiſſe quinque filiis ſuis, ne ſe unquam ſepararent. An Cubratus nomen proprium, an dignitatis fuerit, dubitandum, & magis pro dignitatis compellatione habendum eſt, quoniam Hunnogundurorum Dominus ſub Heraclii imperio ad A. 634. etiam à Nicephoro Cubratus appellatur. 3tiò. Non obſtante patris prohibitione filii ſeſe ab invicem ſeparârunt, & frater primogenitus Batbajas, ſeu Bathajas, ſeu Baſianus, ſolus in avito ſolo conſtitit, & demum poſteris temporibus populus ejus à Chazarorum, ſeu Saracenorum, vel ùt alibi vocantur, Turcorum gente ſubactus eſt. Hic primus frater Batbajas idem omnino cenſendus cum Procopii Uturguro, qui in avitis terris trans Pontum Euxinum manſit: & Batbajas, vel Baſianus, nomen videtur dignitatis, ſicut Chajanus. 4tò. Secundus frater Cotragus, Tanai flumine trajecto, ex adverſo fratris primogeniti ſedes

Marginalia: 481. b. (beside "BULGARORUM"); 836. (beside "Heraclii"); 481. c. (beside "Baſianus"); 566. (left, beside "pulus ejus"); 815. 818. 820. 829. 482. b.

A. Chr. ſedes poſuit; is ergo erat Cuturgur Procopii in verbis, **ibi** (ſcilicet cis & trans Tanaim, ſtatim poſt diviſionem, antequam Mœotidem tranſirent) **omnes degebant &c. nihil habentes commune cum populis trans paludem &c.** Notandum: hìc non dici: *trans Tanaim.* 5tò. Quartus & quintus frater ſimultaneè migrârunt ad Danubium, ubi poſteris temporibus quartus frater ſubactus eſt à Chajano Avarum; quintus autem *verſùs Pentapolim Ravennæ* perveniens Chriſtianorum imperio ſubjectus fuit. **Tertius frater Aſparuch, Danapri, & Danaſtri** (Dnieper & Dnieſter) **fluminibus tranſitis ad Onclum alium amnem, Danubio magìs Borealem** (ergo Pruth) **profectus, inter hunc & illos ſedem & habitationem mediam habere conſtituit.** Ubi notandum: iter hujus fratris, proùt & de reliquis duobus idem intelligendum, deſcribi per tranſitum Danapri ſeu Boryſthenis, ergo, circumactis montanis Tauricis, à Tanai fluvio & ripis ejus Aſiaticis venerunt. Vid. App. Num. 481. b.

§. 15. Sanè fabuloſa illa ad ſpeciem narratio, fabulæ eximi poteſt, ſi ſequentem in modum deductis in capite præcedente, præcipuè §. 23. 24. 25. 26. applicetur. Circa A. 276. itaque triginta annis adhuc ante Conſtantini Magni Imperium, dum Hunni & Slavi Scythiam Europeam populis aliò migrantibus valde evacuari viderent, immigrationis conſilium ſimul inter ſe, ſive imperio, ſive vicinitate tantùm nexi, ſuſceperunt. Hunnorum pars, quæ migrare cenſuerat, nomen ferens Cuturgurorum, ſedes Jazygum derelictas trans Tanaim occupavit, iiſq; uſque ad magnam illam Hunnorum migrationem in terras Europeas, Ponto & Danubio interjectas, per centum fermè annos inſtitit. Altera pars, cui nomen Uturgurorum, in patria antiqua ſub Bajano ſeu Principe ſuo manſit, & quanquam poſtmodùm in dicta migratione magna Cuturguris in Europam ſe adjunxerit, tamen, Procopio teſte, maxima ex parte in Aſiaticos lares priſtinos rediit. Slavi, quotquot ex eis migrârunt, ſub reliquis tribus fratribus intelligendi ſunt: illi Alanos & Gothos, ad flumina Dnieper & Dnieſter principalibus ſedibus ſuis adhuc immorantes, pertranſiverunt, dein bifariàm ſe diviſerunt: partim, qui Anthæ poſteà dicti, inter ripas poſteriores fluviorum Geraſi ſeu Pruth & Danaſtri, circa Danubii infimam partem, ſe collocârunt: partim, qui Limigantes poſteà & Slavini dicti, ad fontes Geraſi & Alpes Baſtarnicas ſe converterunt, à Tacito Imperatore ſedes petierunt, repulsâ autem acceptâ, ibi, quorſum huc-uſque proceſſerant, longè adhuc à Romano Imperio, ſubſtiterunt: uſque dum demum Vandalis ex Dacia in Romanum ſolum à Probo A. 280. receptis, ipſi quoque ad limites Romani Imperii admitterentur. In traditione illa Græca igitur Anthæ ſub tertio, Limigantes verò ſub quarto & quinto fratre veniunt. Horum pars ſedibus illis novis Dacicis, uſque ad Avarum ſeculo ſexto ingruens imperium, adhæſit: quin & in Picenſi regione ſeu Walachia Avarum imperio unà cum Anthis affixa manſit:

276.

280.

334.

A.Chr. ſit: pars altera autem, præcipuè ex Amicenſi ſeu Temeſienſi regione, jam inde ſub Conſtantino I. ob rebellionem ſervorum receſſerat, & in fines Italiæ, ad Aquileiam uſque, itaque haud procul à Ravennatenſi territorio, dicti chriſtiani Imperatoris Conſtantini imperio ſubdenda, ſuſcepta erat. Hæc videtur mihi hiſtoria ſub parabola quinque fratrum latens: quod vocabulum totidem populos, partim genere & ſanguine, partim vicinitate & amicitiâ junctos, me arbitro, denotat. Vid. App. Num.

§. 16. Epocha illa migrationis à Conſtantini tempore ſuſcepit denominationem, eò quòd Conſtantini clara facta primùm
371. erga Slavos eminuerint. Circa annum dein 371. incipit epocha, de qua Procopius, & plures alii meminerunt: Hunnos nempe, tum Uturguros ad Tanaim in Aſia, tum Cuturguros ad Tanaim in Europa ſedentes (congregatione factâ, ut Gothis & Alanis propellendis ſufficerent: & transmiſſa Mœotide circa fauces ejus) rectà in Gothos & Alanos irruiſſe: Uturguros poſteà domum rediiſſe: Cuturguros verò ibi ſedes expulſorum à ſe Gothorum occupâſſe, iis partim inſtitiſſe, partim mox ad Danubium medium in Daciam ſeu Tranſylvaniam progreſſos eſſe, & brevì pòſt ſeſe in Pannoniam uſque dilatâſſe, atq; famoſo Attilæ imperio condendo auctores fuiſſe. Hæc hiſtoria convenit traditioni, proùt edita eſt. Editores loquuntur de *antiquitate*, & quidem, reſpectu imperii Conſtantini IV. & anni 679. ergo non de tempore Conſtantini III. triginta octo annis tantùm anteriore, ſed de tempore Conſtantini I. Loquuntur de antiquitate *Bulgarorum*, qui Conſtantinum IV. tributarium fecerant: hi Slavi, & iidem erant, qui ante 35. annos Avarum Chagani jugum excuſſerant, & Unnugunnos ad Pontum vicinos Avaribus æquè uſquè eò parentes, ùt ſuprà §. 12. Nicephorus & Suidas teſtantur, ſibi ſubjecerant: Hi tempore Conſtantini IV. ſedebant in novis ſedibus ſuis in Illyrico & Thraciis: & ſubjugaverant omnes alios Slavos ad Danubium inferiorem; ergo antiquitas ea Slavos concernere debebat. Loquuntur ſimul de *Unnugunnis*; qui teſte Simocatta, ſi- 820.
cut alii populi, Sarſelt, Var, Chunni, Tarniach, Cotzageri, Zabender ſeu Sabiri, ſpecies vera Hunnorum erant. Ideò autem loquuntur ſimul de Hunnis, quoniam pars Slavorum ſemper olim connexionem cum Hunnis habuerat, & tempore, de quo eſt locutio, nempe A. 679. Unnugunni, cis Pontum in ſedibus olim Gothicis reſidui, poteſtatem Bulgarorum Domini recognoſcebant. Per hanc Græcorum ſcriptorum traditionem igitur origines Slavorum, proùt in priore capite deductæ ſunt, confirmantur. Hæc hoc loco deducere cenſui, quoniam fortaſſis in manus vel Hagecii, vel Kutheni, traditio iſta græca, de Originibus Slavicis ſub Conſtantino loquens, incidere, & ad ſeligendum Conſt. III. permovere poterat; quemadmodum ipſe ego teſtis ſum, quorundam in Croatia opinionem eſſe, Croatarum nomen à dicto Crobato, A. 634. Bulgarorum Principe, derivationem accepiſſe: unde & Hagecius vel Kuthenus credere poterat, intra 10. annos abhinc Bohemis Czechum Principem & ſatorem gentis Slavo-Bohemæ obtigiſſe. Pro concluſione parabolæ hujus Græcanicæ indulgebit mihi benevolus Lector, ut, pro aſſolidatione

dedu-

A.Chr. deductarum inde Slavicarum originum, in quarundam compel- Vid. App. Num.
lationum, quibus hiſtoriæ veteres in explanandis Hunnicis ori-
ginibus quàm maximè utuntur, ETYMOLOGIAM paulò ex-
curram. Procopius nomen genericum Hunnorum uſurpat, il- 482.
lúdque in Uturguros & Cuturguros diſpeſcit. Agathias nomen 811.
Hunnorum commune omnibus Scythis intra Imaum montem,
& ſpecies principales Hunnorum Utigoros & Cotrigoros, ſeu 812. 813.
ùt alibi, Utiguros & Cotriguros perhibet. Menander Utigu- 819.
ros & Cutriguros appellat. Simocatta Ogor gentem Hunno- 820.
rum pro generica habet, eámque in Var & Chunni (un-
de Pſeudabares, Tarniach, Cotzageri, Zabender deſcenderint)
diſtinguit. Theophanes Unnorum nomine generico utitur, in 799. ſeqq.
deſcriptione autem Bulgariæ antiquæ Unnobundobulgaros & 481. 2.
Cotragos nominat. Nicephorus Patriarcha Onogunduros, ſeu 481. 2. 836.
ùt alibi, Hunnogunduros, & præætereà æquè Cotragos: Miſcel-
la Hiſtoria Onogundurenſes & Contragenſes vocat. Jornandes 481. 2.
præter Hunnorum compellationem genericam genti Ogor à Si- 474.
mocatta memoratæ Hunugaros, Menander autem Uguros & Ui- 818. 816.
guros ſubſtituere videtur. Nomen igitur Uturgurorum & Cu-
turgurorum, ſeu Utigurorum & Cutrigurorum ſpeciale diſtincti-
vum: Ogor ſeu Ugurorum aut Uigurorum genericum: Hunno-
rum collectivum, diverſis quoque nationibus commune: &
Ono-ſeu Hunnogundurorum, nec non Hunugarorum ex Hun-
nis & Ogor compoſitum eſt. Nomina ambo diſtinctiva, nec
non nomen genericum, meo videri, derivationis domeſticæ
ſunt Hungaricæ: nomen latiùs patens Hunnorum verò Germa-
nicæ. *Dictionarium Hungaricum Franciſci Paris Papai* vocum huc
incurrentium ſignificationem hanc reddit: *út*, via, iter: *úti*,
viarius, itinerarius: *Kút*, fons, puteus: *Kútya*, tugurium, gur-
guſtium, tabernaculum, attegiæ, caſa: *Ugrom*, *Ugordom*, ſalto:
Ugró, ſaltans, proſiliens. Quemadmodùm itaque (ùt alibi à me
dictum) Germani olim ſeſe partim *Saſſen* à fixis ſedibus, *Wande-
len* à mutatione frequenti ſedium, *Swewen* à vagatione armata in
vicinos, *Haalemannen* à conquirendis novis ſedibus, & *Francken*
à libertate ſedium proferendarum dixerunt: ita & Hunnicas na-
tiones à proferendis ſedibus ſuis æquè ſeſe Ugoros ſeu *proſilientes*
generatim: dein ſpeciatim, qui fontibus ſalubribus repertis ta-
bernacula ſua animo permanendi figebant, nec inde ſinè cauſa
majore recedebant, *Cutiguros*: qui verò libertate ſedium mutan-
darum gaudebant, *Utiguros* nominâſſe, conjecturare abſque pia-
culo licebit. Sanè compellationis genericæ radicem *Ugró* Slavi,
proximi Hunnorum ab omni nota antiquitate & nunc uſque ac-
colæ, memoriæ ſervant, dum patrio ſuo ſermone Hungaros
Ugri & in Bohemica dialecto *Ubri* nominant. Porro Hunnorum
nomen Agathias etiam Burgundis natione indubia Germanis ap-
plicat, & Scythis intra Imaum montem commune fuiſſe dicit; 812.
ut id alienæ omnino originis eſſe debuerit. Simocatta *Chunno-* 820.
rum nomen reddit; cui conſentiunt Francici Scriptores, ùt *Ge-
ſta Francorum Epitomata cap. 61. Gregorius Turonenſis Hiſt. lib. 4. cap.
23. & Fredegarius cap. 48. & 72.* Ptolemæus (& ſimiliter Plinius)
qui

A.Chr. qui ſuo ævo nullos recenſet Hunnos in Sarmatia Aſiatica, ſed eos, Vid. App. Num. 486. b.
qui pòſt Hunni dicti, aliis planè nominibus refert: in Sarmatia Europea verò Baſternis origine Germanis, & Roxolanis, Chunos quosdam, utique æquè Germanos, jungit. Chunorum nomen igitur (ùt *cap. XIV.* §. *13.*) à Germanis circa Mœotidem habitantibus inditum potiùs eſt, & ex *Kone*, *Kune*, vel *Chune*, audacem & bellicoſum eum populum intitulavit. Hungari ipſi hodierni ſeſe ſcribunt *Magyar*, pronuntiant *Madyar*: Plinius, ùt ſuprà *cap. XIV.* §. *16.* Sarmatas ſitûs illius, quorſum ſecundùm omnes ſcriptores Hunni neceſſariò collocandi ſunt, vocat *Medorum ſobolem*: Scriekius Medos & Mados pro ſynonimis habet; for- 704
taſſis ergo inde etymologia nominis Magyar accerſenda veniet. Ex ſuprà dictis colligendum nunc: nomina *Uturgur*, & *Cuturgur*, & his ſimilia, non tam fratribus imperantibus, quàm populo ipſi ob genus vitæ diverſum competiiſſe, itaque & traditioni Græcæ, de qua actum, ſatisfieri, ſi pro quinque fratribus quinque populi amici, ùt ùt non unius generis, ſed partim Slavi, partim Hunni accipiantur.

§. 17. Dictum ſuprà eſt, LECHI ADVENTUM IN POLONIAM, ſi ſecundùm Hagecii ſententiam poſt A. 644. contigiſſet, nimis ſerum fuiſſe, ut conditoris honorem apud Polonos ſibi aſſereret, quoniam tum jam dudum Polonia à Slavis inſeſſa fuerat. Nunc ergo commonſtrandum: Polonicas terras poſt eum annum, quem præcedens caput pro adventu Czechi & Lechi in Bohemiam competere contendit, occupationi Lechi patuiſſe. Hac in re quædam iterum præmittenda ſunt. Omnis hiſtoria & traditio Slavica aſſeverat: aliquo tempore ab adventu in Bohemiam, Czechum & Lechum fratres in communione noviter intra Moldavam, Egram, & Albim fluvios occupatæ terræ perſtitiſſe, dein verò Lechum à Czecho, non quidem in aliam provinciam, ſed in alium tantùm, eúmque haud procul diſtantem, immo quaſi contiguum locum, Kurzimenſem nempe diſtrictum, ultra Moldavam, ab Oriente ſedium primarum ſitum, ſeceſſiſſe, ibíque ſeparatum principatum (ſeu provinciam à Czecho diviſam) & urbem Kurzimam, ſeu, ùt expòſt dialectus Bohemica vocitavit, Kaurzimam, condidiſſe; porro poſt mortem Czechi, Lecho cum populo ſuo viſum fuiſſe opportunum & glorioſum, provinciam eam populo Czechico extendendo cedere, alias autem ſedes pro ſe inquirere, & hunc in finem Vandalorum terras, in Orientem longiùs dimotas, petere. Utrumque hoc factum. Kurzimenſem provinciam Borzislao, ex Optimatibus Czechicis, obtigiſſe, Lechum verò ad Viſtulam usque proceſſiſſe, ibidémque Gneſnam, & Cracoviam, civitates & ſimul arces noviter à ſe erectas, pro principalibus ſedibus ſuis delegiſſe. Hagecius, hæc ex fide dignis hiſtoriis anterioribus & traditionibus antiquiſſimis colligens, tempus de cætero ſic diſtribuere cenſuit, ut ſeceſſionem Lechi in Kurzimenſem diſtrictum novem annis, migrationem verò ulteriorem in terras Vandalicas viginti novem annis ab ingreſſu utriusque fratris Czechi & Lechi in Bohemiam contigiſſe putet. Lechum deni-

A.Chr. denique fatis functum in Polonia ſtatuit A. 711. itaque in computu Hagecii ab A. 644. tanquam primo ingreſsûs in Bohemiam, annis jam ſexaginta ſeptem, à morte verò Czechi quinquaginta evolutis. Ita *imparis ætatis* illè Lechum facit, quem Poloni ſcriptores, traditionibus æquè ſuis nixi, ſeniorem Czecho fratrem fuiſſe ferunt. Unde non injuriâ hìc ſtatim Hagecius ſtudii abbreviandarum nationis Czechicæ primarum epocharum inconſultus ſectator poſtulari poteſt & debet, quoniam traditio Polonica, ùt ùt in præripienda primogenitura nimiùm ſibi perſuaſiſſe videri poſſit, tam gravem tamen errorem comminiſci nunquam potuiſſet, ut fratrem Czechum ſeculi dimidii ſpatio præmortuum, eúmque tunc ſenem, nativitate minorem aſſereret. Ponamus etenim, Lechum, dum vitam deponeret, 100. annos habuiſſe; detractis 67. remanebunt pro ingreſſu in Bohemiam 33. anni. Si jam Czechus unico anno Junior Lecho ſupponeretur, addito ad triginta duos annos tempore exacti pòſt regiminis ſeptendecim, ùt vult Hagecius, annorum, è vivis abiit Czechus non ſenex, ùt vult iterum Hagecius, 86. ſed vir mediam ætatem complens 49. annorum. Econtrà ſi Hagecii opinioni, mortuum eſſe Czechum quinquaginta annis ante Lechum, ætatis 86. annorum inſiſtatur, addito hoc utroque numero Lechus, ſi gemellus Czechi fuiſſet, ætatem 136. annorum attigiſſet, quod omnem fidem, præterquam in primis mundi aut diluvii temporibus, ſuperat. Sin autem Lechus ætate cum Moyſi quondam 120. annorum par evaſiſſet, ex hoc, & 50. annorum intervalli inter Czechum & Lechum ſuppoſito, mortuus ab Hagecio dici debuiſſet Czechus ſeptuagenarius, non octuagenario major; unde cùm hæc ſit traditio, quam & alii ſcriptores pro antiqua agnoſcunt, neceſſe eſt, Czechum non 17. ſed circa 30. annos populo ſuo præfuiſſe. Hoc ſuppoſitum annos Czechi & Lechi ita diſtribueret: A. 374. adveniendo in Bohemiam, Czechus 56. Lechus 33. annorum ætatem egiſſet; moriendo autem Czechus poſt 30. Lechus poſt 67. annos ſuperadditos, ille ætatem 86. hìc 100. annorum complêſſet. Si igitur conjecturandum ſit, conjectura veroſimilior præeligenda eſt. Vid. App. Num.

379. §. 18. Viſtulanæ terræ, habitatoribus & cultoribus ſuis *Vandalis* adhuc gaudebant circa A. 379. Ita nos docet Hiſtoria Langobardica ex coævo ſcriptore illorum temporum Proſpero Aquitanico, qui dicit: Auſonio & Olybrio Conſulibus, Langobardi ab extremis Germaniæ finibus, Oceaníque protinus litore, Scandiáque inſula magna, multitudine ingreſſi, & novarum ſedium avidi, Ioreâ & Aione Ducibus, Vandalos primùm vicerunt. Ubi locorum Vandali illi degerint, declarat Paulus Diaconus, dum refert: illo tempore Ambrum, & Aſſum, fuiſſe Vandalorum Duces, qui vicinas quoque provincias (id eſt, cis Viſtulam extra proprium Vandalorum regnum ſitas) bello preſſerint, itaque ſub ſua poteſtate habuerint: Langobardos, patriâ egreſſos, primùm in Scoringia, (ubi Vandalos vicerunt) aliquot annis ſubſtitiſſe, 780. 774.

 dein

A. Chr. dein Mauringiam in ulteriores terras tanſire ſtatuiſſe: cùm autem à Vandalis prohiberentur, certamine ſingulari tranſitum ſibi paraſſe, Golandam intraſſe, eámque aliquo tempore incoluiſſe: inde in Anthabet, mox Bathaib, & pòſt Vurgundaib 775. migraſſe. Scoringia, ſive Scyrorum primitiva patria, erat in 777. regione litorali Cherſoneſi Cimbricæ, Mauringia in Ducatu hodierno Mecklenburgico; *Golanda* autem ſeu Gothlandia cis mare Balthicum, propriè eam terram denotabat, quam Gothi anti- 563. quiſſimo tempore, ex Scanzia Inſula navibus advecti, primitùs inſcenderunt, & Gepidæ, adventum tardantes, longis tempo- 477. a. ribus, usque ad ſeculum tertium medium, dein, iis ad Danaſtrum migrantibus, Vinidarii ſeu Venedæ tenuerunt, & Jornandes uno in loco Gothi-Scanziam, in altero inſulam Viſtulæ amnis vadis circumactam vocat. Hæc eadem eſt, cujus incolas Ptolemæus Gythones ſub Venedis habitantes, Tacitus Gotho- 486. b. nes, ad quos Catualda ex Marcomannorum Regno fugerit, no- 570. minat, & de quibus alibi refert: trans Lygios Gothones re- 464. gnantur. Golandia ergo Pauli Diaconi erat ad Viſtulam inferiorem. Ex hac Golandia ille Langobardos immediatè ad An- 778. thabet, id eſt ad Antharum ſedes, itaque à Viſtula extrema ad Danaſtrum extremum, ſeu ab oris maris Balthici ad oras Ponti Euxini, ſinè tentata in intermedio quodam loco ſedium captione, deducit: quod ſignum eſt, Vandalos & Alanos adhuc hæc intermedia loca tenuiſſe. Aperiebantur autem demum Vanda-
406. licæ terræ gentium aliarum occupationi A. 406. dum Vandali & 749. a. Alani in maxima multitudine illinc emigrarent, & Gallias, dein Hiſpanias, peterent, ibíque plures provincias populo ſuo replerent.

Vid. App. Num.

§. 19. His præmiſſis de tempore novennali, quod Hagecius adhæſioni Czechi & Lechi tribuit, non eſt, quòd quæſtio inſtituatur; circa tempus enim veri adventûs Czechi & Lechi in Bohemiam, ſeculo ad finem vergente quarto, valde incelebre fuit Marcomannorum nomen, &, ùt *cap. VI.* oſtenſum, Marcomanni jam potiſſimùm fortunas popularium ſuorum Suevorum & Alamannorum, propriis neglectis, ſectabantur: ut & aliquanta commoratio Czechi & Lechi, quam traditio fert, ſi definitè cum Hagecio loqui placeat, ſive per novennium, ſive per paulò pauciores, aut plures annos, absque taxatione explicari poſſit.

§. 20. Aliud ab Hagecio, *migrationi* ulteriori *Lechi ex Marcomannia in Vandaliam* præfixum tempus viginti novem annorum ab adventu in Bohemiam, ſi verior opinio de A. 374. ſuſcipiatur, rectè & aptiſſimè ad 32. annos, nempe ad annum usque 406. quo Vandali Viſtulanas terras maxima ex parte evacuârunt, extendendum eſt. Tunc jam Lecho non tantùm glorioſum, ſed & tutum videri poterat, in terris his derelictis ſeparatam à populo Czechico Rempublicam ſuis ſub auſpiciis condere. Populi, qui A. 406. in Gallias, & inde A. 409. in Hiſpanias migrârunt, à Proſpero Aquitanico, qui eo tempore in Galliis, & ab Idatio Epiſcopo, qui in Hiſpaniis vivebat, nominantur Vanda-

li,

Digitized by Google

A.Chr. li, Alani, Suevi; Idatius de Hiſpaniarum occupatione addit: Vid. App.
Barbari, ad pacem ineundam Domino miſerante con- Num.
verſi, ſorte ad inhabitandum ſibi provinciarum dividunt 749. a.
regiones. Gallæciam Vandali occupant & Suevi, ſitam in extremitate Oceani maris occidua: Alani Luſitaniam & Carthaginienſem provincias: & Vandali, cognomine Silengi, Bœticam ſortiuntur. Hiſpani, per civitates & caſtella reſidui à plaga (à cæde nempe, & peſte, ùt in præmiſſis dixerat) Barbarorum per provincias dominantium ſe ſubjiciunt ſervituti. Notandum hìc eſt: 1mò. Pto- 486. b.
lemæus in interioribus Sarmatiæ Europeæ ponit Alanos & Amaxobios: in exterioribus verò, juxta Mœotidem & Pontum, Jazyges & Roxolanos: juxta Daciam magnam, Baſtarnas, Carpianos, Peucinos, ita ut Baſtarnæ initium Carpati orientale, Peucini occidentale, & Carpiani medium Carpati attingerent. Juxta Sarmaticos montes, à Carpati initio occidentali incipiendo, ponit Bieſſos, Piengitas, Sabocos, Arſietas, Burgiones, Anartofractos, Ombrones: & in altero ordine interiori, à Peucinis montibus incipiendo, Tranomontanos, Ciſtobocos, Igilliones: juxta Viſtulam à capite ejus incipiendo, Avarinos, Frugundiones, Bulanes, Finnos, Gythones: & in altero ordine interiori, ab Alanis incipiendo, Stavanos, Sudinos, Galindas: ad latus occidentale Sarmatiæ, in oris ſinûs Venedici, ſeu maris Balthici, in ſeptentrionem progrediendo, Venedas, Veltas, id eſt Beltas, Oſios, Carbones. Porro ad latus orientale Carbonum, Oſiorum, Veltarum, à ſeptentrione in meridiem ordines ſibi ſubjungendo, ponit ſeptem ordines, eóſque in interiora Sarmatiæ deducit usque ad Riphæos montes, id eſt fontes Tanais majoris, & reſpectivè usque ad Alanos. Ex hac deſcriptione Ptolemæi haud obſcurè prodit *ſitus Alanorum*: cingebantur nempe præcipuè populis ſequentibus: ad Orientem ſeu fontes Tanais, Amaxobiis: ad meridiem, ſeu verſùs Pontum, ad Boryſthenem inferiorem, Roxolanis: ad Occidentem, Carpianis, & Stavanis: ad ſeptentrionem, Sturnis. Principales ergo ſedes Alanorum erant circa Boryſthenem medium, & illis accenſendi ſunt ex Ptolemæo Racalani, Exobygitæ, Gevini, Bodeni, Amadoci, Navari. 2dò Pro *Vandalis* habendi omnes populi, quos Ptolemæus à Carpaticis & Peucinis montibus ſupra Sarmaticos montes & Viſtulam duplici ordine collocat, nec non plures alii populi ſeptentrionaliores. 3tiò Tempore irruptionis Hunnicæ A. 373. Vandali omnes, nec non Alani Borealiores ad ſuperiorem Boryſthenem, manſerunt in ſuis ſedibus. Alani meridionaliores autem, & Roxolani, qui æquè ſpecies Alanorum, junxerunt ſe Hunnis, & migrârunt unà cum illis ad Danubium, eorum & Gothorum expulſorum ſedibus per partem Hunnorum retentis. 4tò A. 406. Alanos ſuperiores, & Vandalos, maxima ex parte emigrâſſe, & ſedes ſuas evacuâſſe neceſſe eſt, quoniam quatuor magnas provincias, & potiorem par-

Digitized by Google

A.Chr. tem Hiſpaniarum oppleverunt. 5tò Iter Alanorum & Vandalorum ex Lithuania hodierna, & Polonia, ad Danubium ſuperiorem, Rhenum, & Gallias, rectà per Moraviam, & Bohemiam, partim ſaltem, inſtitutum fuiſſe videtur: quo in tranſitu Suevi-Quadi, & Marcomanni, vicinorum jam ſibi Hunnorum jugum pertimeſcentes, nec non alii ulteriores Suevi ad Mœnum & Danubium, qui Gallias antehàc quoque infeſtare ſoliti erant, Alanis & Vandalis migrantibus ſeſe adjunxerunt: proùt & Suevi, junctim cum parte Vandalorum, in Hiſpaniis Gallæciam inſederunt, expòſt verò Reges ſuos peculiares ibidem habuerunt, & ſupra alios populos creverunt. Vid. App. Num. 754. c.

440. §. 21. Bene igitur convenit hiſtoria Lechi ex Bohemia in Poloniam tranſeuntis, ſi adventus ejus cum Czecho fratre in Bohemiam circa A. 374. ſupponatur, non item, ſi multùm vel anticipetur, vel tardetur; in priore enim caſu Vandali locum occupationi nondum feciſſent, in poſteriore Slavi in antiqua patria inter Volgam & Tanaim in maxima multitudine adhuc ſuperſtites, evacuatas per Alanos vicinos ſuos terras non tantùm ex ſe replêſſent, ſed & ulteriores Vandalorum ſedes præoccupâſſent, ita ut Lechus ad obeundum conditoris munus jam ſerò veniſſet. Suppoſito autem adventûs Czechi & Lechi in Bohemiam anno 374. jam rectiſſimè Lecho conditus Reipublicæ nóvæ Slavicæ in Polonia vindicatur; & ritè quoque correſpondet traditio altera Slavicæ nationis: Ruſſum, tertium fratrem Czechi & Lechi, eodem tempore cum his Croatiâ exiiſſe, ad populum ſuum originarium rediiſſe, & magnæ hodiernæ RUSSORUM MONARCHIÆ fundamenta jeciſſe.

§. 22. Ruſſicæ hujus propaginis exegeſin, ob temporis anguſtias, præterire mihi neceſſe eſt, & id indicâſſe ſufficiet: optimè & convenientiſſimè Ruſſicas origines in eadem tempora cum Slavo-Bohemicis & Polonicis collocari. Quam contingentiam ex omnibus iis, quæ in elucubratione hac de hiſtoria Scythiæ antiqua attuli, mihi ſic perſuaſam habeo. 1mò. Nunquam Slavicæ rei proficuum, minùs tutum videri poterat, migrationem ex partibus ſuis, Tanai & Volgæ intermediis, in *Aſiam* meridionaliorem ad mare Caſpium vel Pontum Euxinum inſtituere, quoniam utrobique Hunni, qui nunquam id tentaverant, præjacebant, & gentes bellicoſiſſimæ Caucaſiis aliiſque montibus aſſidentes ſuperandæ, iis autem etiam ſuperatis aliud vix exſpectandum fuiſſet, quàm vel in ſervitutem apud Saracenos, Parthos, Perſas, vel in excidium apud Romanos ruere. Exemplo eſſe poterant Gothi, aliique Slavis vicini Scytharum populi, qui à ſeculo tertio medio continuè quidem incursârunt Aſiam, ſed 613 615. 630.
251. demum per Romanorum arma reinvaleſcentia internecione fer-
276. mè deleti ſunt. 2dò. Migrare ultra *Volgam* in Scythiam Aſiæ intra & extra Imaum montem, idem ac pares ſedes cum paribus commutare fuiſſet, & Alanici aliique populi ibi ſedentes gentem exteram intentatis armis haud admiſiſſent. 3tiò. Igitur Slavis *pacificè* migrare volentibus, ſola ſupererat Scythia ſeu *Sarmatia Europea*, in quam quoque ad partes Mœotidi & Ponto pro-

ximio-

A.Chr. ximiores prima ampla ingreſsûs occaſio dicto ſeculo tertio ad fi- Vid. App. Num.
nem vergente, partim emigratione, partim excidio priſtinorum Scythiæ hujus incolarum, dabatur: ùt hæc & conſequentia de ſedibus Slavorum tunc emigrantium novis ad Daciam ſeptentrionalem, & Pontum, dein Daciam meridionalem, & inde ad Savum & Dravum in hodierna Croatia, alibi jam dicta ſunt. 4tò. Inter hos emigrantes nobili loco erant progenitores Czechi, Lechi, & Ruſſi fratrum, & hi ipſi, ùt fert traditio, in Croatia poſtremùm, ad Krapinam fluvium, tribus ibi conditis arcibus, quarum veſtigia adhuc ſuperſunt, ſederunt. 5tò. Czecho & Lecho 414. a. b.
374. abhinc A. 374. in Bohemiam recedentibus, *Ruſs* frater tertius itidem receſſiſſe, & novam ſuæ gentis in Ruſſia Rempublicam condidiſſe legitur. Neceſſe igitur eſt, eum ad populares ſuos trans
406. Tanaim repatriâſſe, & ſubſecuta dein A. 406. migratione magna Alanorum vicinorum ſuorum, genti ſuæ, ut ſedibus horum evacuatis immigret, auctorem fuiſſe, eámque dein inſtitutis formâſſe. Cui muneri ille apprimè conveniebat, quoniam inter Romanas colonias educatus, ea, quæ felicitati regiminis conducerent, & apud alias gentes uſu ſervarentur, ſibi comparaverat. 6tò. Alio quàm hoc tempore, Ruſſo nomen conditoris in gente ſua obvenire non poterat; antehàc enim Ruſſia, quæ circa Tanais fontes eſt, Alanis & Amaxobiis adhuc repleta erat; poſt annum autem 406. præſumi nequit, Ruſſiam Slavorum antiquis ſedibus propinquiſſimam in vaſtitate perſeverâſſe; ſi ergo gens Slavica jam ejusdem poſſeſſione abſque Ruſſo potita fuiſſet, rectoris is quidem, non verò conditoris nomen reliquum habuiſſet. 7mò. Demum Slavi omnes priſtinarum ſedium, partim Ruſſo acquieverunt, partim Lecho acceſſerunt, & ſic optione populi diviſio terrarum Scythicarum inter duos fratres celebrata eſt: partim verò utrique ſeſe exemerunt, & ad oras Balthicas progrediendo, novas eáſque ſeparatas Reſpublicas excitârunt.

§. 23. CROMERO nunc reſpondendum, & perquàm facilè id fiet. Duo ille ſtatuit ſibi admodùm contraria: compendiavi ejus ſententiam ſuprà *cap. XIII.* §. *12.* Ibi poſitione prima agnoſcit, traditioni, diuturno non tantùm Polonorum & Bohemorum populorum, ſed cunctæ Slavicæ nationis conſenſu celebratæ, Lechum & Czechum principes Polonis & Bohemis præfuiſſe, & nomina indidiſſe, fidem deberi. Poſitione 6tâ verò aſſerit, Slavos ex Ruſſia magna, ceu ſeminario totius nationis, duplici tempore migrâſſe: ante Attilam, attamen poſt migrationem Vandalicam, itaque poſt A. 406. in Poloniam, nec non vel tunc, vel paulò poſteriùs, circa Attilæ tempora, in ulteriores terras Viſtulanas, & in Bohemiam: porro diu poſt Attilam, ſub Juſtiniano nempe Imperatore, itaque poſt A. 527. in Thraciam, Macedoniam, Dalmatiam, & Illyricum, itaque & in Croatiam. His aſſertis ſalvare voluit traditionem in origine nominis *Polachorum* ſeu Lechitarum, *à Lacho* ſeu Lecho, *Czechiorum a Czecho*, utpote quod Polachos & Czechios ſibi vi nulla eripi paſſuros arbitrabatur: probè ſciens, nomen Lechitarum 733. c.
apud exteros quoque populos, Ruſſos, Tartaros, Beſſarabes,

A.Chr. Hungaros, ab antiquitùs, teſtimonio originis nullâ maculâ domeſticæ fictionis aſperſo, vigere. Aſt, dum cætera omnia, & præprimìs Czechi & Lechi, vel parentum, migrationem in Illyricum ſeu Croatiam: ſedem eorundem ibi loci in arcibus Krapina & Pſari: receſſum inde in Bohemiam: & Lechi demum tranſitum ex Bohemia in Poloniam negat: umbram traditionis retinet, rem repudiat, & totam traditionem, quanquam in recordatu facillimis, iisque ſimpliciſſimis, gentis principiis conſiſteret, falſitatis accuſat. Devenit in hanc opinionem Cromerus, & devenire debuit, eò quòd Limigantes Sarmatas, jam ſeculo quarto ſub Conſtantini Magni tempore Danubii accolas, & auctores coævos de iis ſcribentes, non moratus ſit. Dediſſet igitur certè manus, ſi hæc tradita, nec non Croatarum, Bojoariorum, Hunnorum, aliarúmque nationum Danubii quondam accolarum hiſtorias rimari, propoſiti ejus & inſtituti hiſtorici ratio poſtulâſſet. Unde nec ſingula allata ejus, ad ſpeciem tantùm contraria, & unà cum ſuppoſito tam tardæ migrationis Slavicæ in Illyricum, abſque alio impulſu corruentia, reſponſione indigebunt: ſed ipſis, reor, per ea, quæ in hoc & præcedenti capite in medium attuli, ſat jam factum erit. Vid. App. Num.

§. 24. Per eadem hæc deducta cæteris quoque aliorum diſſentientium objectionibus occurſum eſt. Ut autem variis variè motis vel movendis ſcrupulis & quæſtionibus uberiùs adhuc obveniatur, de anno eo, quem originibus Slavo-Bohemicis præſtruxi, aliam contingentiam ex S. Hieronymi chronico adjicere juvabit. Dicit is ad annum decimum Valentiniani Imperatoris:

374. Burgundionum LXXX. fermè millia, quot nunquam anteà, ad Rhenum deſcenderunt. 684. Prænotandum hìc eſt: 1mò. annus, quem immediatè ſubjungit, undecimus, quo conſules eosdem, qui priore anno fuerant, permanſiſſe refert, certè eſt 375. igitur decimus certè fuit 374. quo conſules Gratianus & Equitius creati, & in ſubſecutum annum continuati ſunt: unde etiam is annus MIGRATIONIS BURGUNDIONUM ipſiſſimus eſt, quem ego migrationi Czechi & Lechi ex Croatia in Bohemiam competere credo. 2dò. Locus à quo Burgundiones migraverint, abſque dubio erat Viſtulana terra. Ptolemæus Burgundiones recenſet inter gentes majores Germaniæ, eóſque inter Suevum fluvium (id eſt Spree) & Viſtulam collocat. Sprea ergo & Viſtula claudebant Burgundiones ab Occidente & Oriente. A ſeptentrione autem eorum Ptolemæus locat Ruticlios ab Odera inferiore uſque ad Viſtulam inferiorem, *juxta Oceanum*, ſeu mare Balthicum; ad meridiem verò Lutos (id eſt Luios ſeu Lygios) Omanos, & ad Viſtulam ſuperiorem Luios Buros. Ex toto contextu Ptolemæi apparet, Lygios Omanos ſediſſe in inferiore hodierna Sileſia: Lygios Buros verò in parte huic finitima Poloniæ cis-Viſtulanæ. 3tiò. Ptolemæus quoque Burgundionum ſedem extendit ultra Viſtulam in Sarmatiam, ponit enim Avarinos ibidem ad caput Viſtulæ, & immediatè ſub his ad Viſtulam paulò inferiorem Burgundiones; ergo Burgundiones ſedibus ſuis dilatabantur per ſeptentrionem & Orientem totius ferme

452.448. 450. 450.448. 453.450. 486.b.

A. Chr. mè Sileſiæ, atque inter eos & Bohemos intermediabant Lygii Vid. App. Num.
Omani, Lygii Buri, dein ad ſuperiorem Sileſiam Sidones, Cogni, & Visburgii. 4tò. Locus migrationis Burgundionum ad 448.454.
quem, ex Socrate, ſi hic cum coævo auctore Ammiano Marcellino combinetur, clareſcit; debuit enim eſſe ad Rhenum in
vicinia ſilvæ, Schwartzwald dictæ. 5tò. In eodem loco jam 751. a. b.
A. 359. teſte eodem Ammiano Burgundiones pro parte ſedes ha- 751. b.
bebant, ergo illuc jam ſæpiùs anteà immigraverant. Et hoc eſt, 652.
quod in verbis, *quot nunquam anteà*, ipſe S. Hieronymus teſtatur. 6tò. Traditiones Bohemicæ ferunt, Czechum ex Croatia
in Bohemiam non prima anni parte, ſed media æſtate (quapro- 731.
pter 15. Julii dictitant) advenisse. His præmiſſis mirum nemi- 732. c.
ni videri poteſt, quomodo Czechus, migrationem in Bohemiam ſibi proponens, ſedes ſe ibidem vacuas reperturum confidere potuerit? ſi enim eorum quoque nihil eſſet, quæ hanc in rem *cap. XIV.* §. 42. attuli, certè fama migrantis ipſo anno, de quo agitur, 374. versùs Gallias itaque ſolum Romanum, Burgundicæ multitudinis, ad colonias haud procul in Illyrico diſſitas Romanas, & ſic quoque ad ipſum Czechum, ſat tempeſtivè, verno tempore illius anni, percrebreſcere, atque eum, jam à quo ſub Probi Prætorio Præfecti tyrannidem inciderat, ſedes ſuas nauſeantem, & quaſcunque præferendas ſolitudines ſpectantem, permovere poterat, ſinè mora migrationem cœptare, viam, quam Burgundiones ex patria tenuerint, quærere, eíque, uſque dum commoda manſio occurreret, ſi & in Vandalia foret, inſiſtere. Quodſi autem nihil etiam de migratione Burgundica hujus anni, nec domi, nec in itinere, reſciviſſet, ſcire ſanè debebat, ſimiles migrationes, quanquam non tantas, antehàc, tum à Burgundionibus, tum ab aliis Vandalis inſtitutas fuiſſe, quæ argumentum probabile darent, ſe cum populo non amplo, ùt omnes traditiones aſſeverant, facilè locum inventurum. Hanc intentionem habenti, & pacificè ad ſolitudines ubicunque inveſtigandas migranti, nemo populorum intermediorum, quos tranſire neceſſe habebat, iter invidere aut præpedire voluiſſe cenſeri potuit. Fata autem à Dei nutu dependentia Czecho illi, gentis ejus ductori, ex qua tanta celebritas quondam in Eccleſia & regimine ſeculari promanatura ſit, ipſam, dum attigerat, Bohemiam in ſedem deſtinaverunt.

§. 25. Porro ne diverſitas DIALECTI SLAVICÆ, quæ inter Slavo-Bohemos & Croatas obtinet, obeſſe credatur, ut propago utriuſque nationis ex uno eodémque quondam populo ſpecifico Slavinorum ſeu Limigantium aſſeratur, non me piguit, ſpecimen quoddam grammaticale ex trium populorum Slavicorum, à Slavinis illis, ſpecificè ſic dictis, deſcendentium dialecto, *hiſtorico Apparatui num. 721. c. & ſeqq. literis*, cum interpretatione latina, pro affectu, quo erga Slavicum idioma ſtudio & uſu, non nativitate mihi comparatum feror, cum notis eò facientibus, interjicere. Ex ſpecimine hoc ſequentia præcipuè
ad origines Slavicas colligenda ſunt. 1mò. Schemata gramma- 721. c.
ticalia docent, non magnam differentiam inter Bohemicam (ſi
præ-

A.Chr. præſertim in plurimis conformis uſus antiquus ſpectetur) & Cro- Vid. App. Num.
aticam dialectum, minimam verò, & quæ nec differentiæ no-
men, ſpectato iterum antiquo uſu, mereatur, inter Bohemicam 721. t.
& Slavo-Hungaricam dialectum, quin potiùs id ſpeciale pro Bo- 721. y.
hemica dialecto reperiri, quòd illa idiotiſmos & nativam linguæ
Slavicæ vim & efficaciam præ reliquis duabus dialectis conſer-
vaverit. 2dò. Dialectus antiqua Bohemica, dialecto Codicis Mo- 721. m.
ſcuenſis, Glagoliticæ dictæ, quâ vel S. Hieronymus, vel S. Cy-
rillus, in ſacris paginis populo Slavico edendis uſus eſſe dicitur,
magìs multò, quàm Croatica, aſſimilari poteſt; cujus ratio eſt,
quòd Croatica, ob varias vicinias Slavicas variarum dialectorum,
quandam ſui à primævo uſu immutationem evitare nequiverit.
3tiò. Identitas fermè dialecti Bohemo- & Hungaro-Slavicæ eun- 721. u.
dem quondam prodit fuiſſe populum: unde & non ambigen-
dum, Slavo-Bohemos olim ex eadem extra patriam primitivam
ſede cum Hungaro-Slavis, nempe ex Temesvarienſi Bannatu,
progreſſos eſſe: & hos poſt A. 526. in terras Hungaricas ſupe-
riores, olim Quadicas, in egreſſorum inde Langobardorum lo-
cum ſucceſſiſſe, & cum Quadorum reliquiis Moravicis novam
Rempublicam Slavo-Moravicam condidiſſe: illos verò jam mul-
tò antè, A. 334. cis Danubium in Croatiam, & inde A. 374.
in Bohemiam ſeceſſiſſe.

§. 26. In ſolutione contrariorum ad REIPUBLICÆ SLAVO-BOHEMICÆ PRIMORDIA demum, iniquæ, & in præconceptam de adventu Czechi falſam opinionem, ùt neceſſitanter, ita ſtudio compoſitæ mutilationi *Hagecii* eripienda me accingi par eſt. Hagecio, ne quid novi ex me dicere videar, opponam *Paulum Stranskium*, ſcriptorem, ùt commendat Bal- 741.
binus, egregium, & chronologiæ tenaciſſimum, quo non meliùs quiſquam Synopſin Bohemiæ antiquæ ſyſthematicam concinnavit. *Hagecii poſitiones* ſunt: Czechum in Bohemiam A. 644. adveniſſe, A. 661. ætatis 86. regiminis 17. annorum obiiſſe; populum dein per novennium uſque ad A. 670. abſque rectore fuiſſe; Crocum hoc anno in Principem electum, poſt 39. annos regiminis & 86. ætatis fatis A. 709. ceſſiſſe; ei in principatu Libuſſam filiam natu minimam A. 710. ſuffragiis populi ſucceſſiſſe; viraginem hanc 13. annis principatam eſſe, A. 722. autem, ut populo Principem virum poſtulanti ſatisfaceret, in maritum ſibi, & Principem populo Primislaum elegiſſe; Primislaum verò A. 745. itaque poſt 23. annos Principatum cum vita commutâſſe. Primordia igitur Reipublicæ Slavo-Bohemicæ ab adventu Czechi uſque ad mortem Primislai Hagecius ſolis centum annis includit.

§. 27. *Stranskius* in opere ſuo *de Republica Bojema* nec origines Bohemicas ab antiquitate repetere, nec de anno adventûs Czechi opinionem ſuam depromere cenſuit, ſed ea de re *cap. 4. de incolis Bojemiæ & eorum moribus*, lectorem ad Martini Cromeri hiſtorici Polonici diſputationem, & *Mathiæ de Sudetis* Juris conſulti Pragenſis meditationes remiſit, *cap. 8.* autem *de Principibus Regibúsque Bohemiæ*, res Bohemicas in tres præcipuè epochas, Judicum, Ducum, & Regum, diſtinxit. Poſitiones ejus propriis

verbis

A.Chr. verbis huc exſcribam: *§. 2. tales erant Judices (I.) Czechus &c. is dolore populi omnis permagno, poſteaquàm explêſſet annos vitæ ſex & octuaginta, fatis conceſſit, & Ctinoveſi eſt ſepultus. Ei mortuo, longo quidem tempore, nemo ſurrogabatur: ſed cùm ſocietas novella gentis, ab hominibus inquietis, variis contentionibus perturbaretur; ſuffectus tandem illi eſt divinationibus clarus juvenis (II.) Crocus Hledi filius, Toparcha Wladorzinus. Is &c. dignitatem, quam tot annis geſſit, in filium cognominem tranſtulit, qui fuit (III.) Crocus Junior &c. Hic totidem, quot Czechus, vitæ expletis annis, nullâ ſexûs melioris relicta prole, in vivis eſſe deſiit. Ex ſuperſtitibus nihilominus ejus filiabus &c. maximè eſt viſa idonea, ac propterea patri in dignitate ſubſtituta, filia natu minima (IV.) Libuſſa virgo, Bojemorum Sibylla. Nata quinque & viginti annos fuiſſe fertur, cùm gerendæ Reip. præficiebatur. Et quamvis non ùt poſterioris, literis utcunque exculti, avi, ita primorum gentis hujus temporum hiſtoria accuratè diſtinctèque ad poſteritatem eſt conſervata, ut propterea ad gentis ætatem propemodùm decimam* (id eſt ad mille annos retrò) *de annis, in quos res quæque incidit*, ἀκριβῶς (id eſt, præciſè) *ſcribere, religio ferè poſſit videri; ediſſerere tamen, quod ex comparata cum rebus noſtris accuratiore per ea tempora gentium cæterarum chronologia, ùt veriſimile probabilèque exiſtimamus, piaculum vix fore ullum arbitramur. Perhibent igitur jus populo dixiſſe à dignitate ſuſcepta, Libuſſam viraginem, antequam nupſiſſet, annos ferè XIII. Crocum patrem XXXIX. Crocum avum L. Czechum ſenem XXVII. §. 3. Placuit populo omni, ut Remp. poſthàc adminiſtrarent viri, cum majeſtatis ſplendore, Duces. Numinis igitur, ùt credebatur, ſuggeſtione electus eſt Libuſſæ quidem maritus, genti verò Princeps ab aratro (I.) Przemyslus, Stadicii pagi dominus &c. Sextum & trigeſimum, cùm ad ſceptra vocabatur, agebat ætatis annum, imperavit ferè quatuor & quinquaginta, mortuus nonagenario major, anno Chriſtiano 632.*

Vid. App. Num.

§. 28. Rectè habet Stranskius; piaculum nullum eſt, in rebus antiquiſſimis veritati nuſpiam traditæ probabiles conjecturas ſubſtituere, cùm in hujusmodi rebus probabili conjectura par ſit eſſe contentum, ùt in verbis inquit *Strabo Geogr. Lib. 4.* dum diſceptationem, an Veneti Italici à Venetis Belgis, an verò ab Henetis Paphlagonibus provenerint? tractat, & priori opinioni accedit. Quemadmodùm verò Stranskius in chronologia ſua, ad tempora Judicum & Ducum Bohemiæ, par- 705.

Digitized by Google

A.Chr. tim ab Hagecio, partim à Weleslavino receſſit, ita & mihi lici- Vid. App. Num.
tum erit, tum ipſiusmet Stranskii, tum utriuſque alterius aucto-
ris opinionem, ubi mihi ex aliarum hiſtoricarum rerum combi-
natione viſum fuerit, ſeligere. Secundùm ſuprà dicta triplex
potiſſimùm claſſis hucuſque fuit opinionum de adventu Czechi
in Bohemiam: præproperè nimis ſentiunt Codicillus & Wele-
slavinus de A. 278. mediâ viâ incedunt Cromerus, Sudetinus,
et, qui ad hos provocat, Stranskius, de temporibus Attilæ; nec
non alii de ſeculo ſexto medio; adventum autem nimìs tardant
Kuthenus, Hagecius, & qui hunc exſcribunt. Chronologiæ
hujus triplicis ſpecificam deductionem in Judices & Duces Bo-
hemiæ, uſque ad S. Wenceslaum, in tabellam *ſub num. Appara-* 266.
tûs 266. redegi, eidémque quartam columnam meæ combina-
tionis, nec non notas quaſdam ad exegeſin facientes, addidi.
Regimen Czechi accommodavi dictis *hoc cap.* §. *17.* Parum au-
tem in mea opinione refert, an regimen id 30. an 27. an 17. an-
norum fuiſſe credatur, quoniam quod 30. annis demeretur, re-
gimini ſubſequo Optimatum adjici deberet. Anni regiminis
Croci Junioris, & Libuſſæ nondum nuptæ, unanimi traditione
nituntur. Regimen Przemisli, Nezamisli, Mnatæ, extenditur ni-
miùm à Weleslavino & Stranskio, ut intercapedinem annorum,
quos ab ipſis neglectum regimen Optimatum poſt Czechi mor-
tem inſumpſit, replerent. Non patiuntur hanc extenſionem ge-
nerationes ex Kaſcha Libuſſæ ſorore, quarum 5. tantùm uſque 266.
ad Borzivogli Principis regimen, videlicet in filia Biela, nepote
Sudipraw, pronepote Hruta, & abnepote Sukoslao (qui, unà
cum filio & reſpectivè atnepote Mileſchio, contra Borzivogium
arma movit) unanimiter, & in narratis conformiter, afferuntur.
Unde hac in parte potiùs Hagecii opinioni adhærendum duxi.
Wogeni regimini iterum conformiter anni tribuuntur. Wnis-
laum Hagecius injuriâ ex numero principum expungit, quapro-
pter à Wnislao uſque ad Borzivogium Stranskii ſententiam ſe-
quor. In Borzivogii baptiſmo, & Wratislai morte, à commu- 1041.1043.
ni ſententia abeo ob deducta *in Apparatu.* 1047.1048.

§. 29. Ex dictis hucuſque duo nunc extrema Reipublicæ
Slavo-Bohemicæ ſub ethniciſmo figenda, atque ex iis interme-
dia, & præcipuè primordia, paulò certiùs, quàm antehàc ab
auctoribus factum, diſterminanda ſunt. Extremum anterius eſt
adventus Czechi in Bohemiam, quod jam ſat, ùt puto, pro A.
374. adſtruxi. Extremum poſterius eſt BAPTISMUS BORZI- 1041.1043.
VOGII: hic à me anno 877. à communi ſententia autem anno
894. alligatur. Huic poſteriori tempori demendi ſunt 13. anni,
quoniam tanto intervallo ante baptismum Borzivogii rebellan-
tes Borzivogio Sukoslaus abnepos, & Mileſch atnepos Kaſchæ,
perierunt. Manet igitur pro tempore poſteriore annus in mea
opinione 864. in aliorum 881. Porro in tempore intermedio
una epocha certo proxima eſt, nempe nativitas Bielæ, quæ fuit
ultimò aut ſaltem tertiò genita proles Kaſchæ, poſt jam natos
filios Rodiſlaum, & Proſtoslaum; illa enim nativitas incidit cir- 266.
ca primum annum regiminis Primislai. Suppono ego ætatem
Bie-

A. Chr. Bielæ, dum poſt Chtibogium, & Lidomirum filios, tertiogenitum Sudipravum pareret, 40: Sudipravi, dum Hruta ei naſceretur, 50: Hrutæ, dum Sukoslaus lucem aſpiceret, æquè 50: Et Sukoslai, dum unà cum filio, jam patrefamilias, & ſeparatarum turmarum ductore Mileſchio occumberet, 72. annorum. Ætates hæ ſimul ſumptæ conficiunt tempus 212. annorum. His demptis ex prædicto numero poſterioris temporis 881. remanent 669. ex 864. verò reſidui ſunt 652, & hic annus 652. in mea, annus verò 669. in aliorum ſententia pro primo anno regiminis Primislai figendus eſt. Si autem etiam Bielæ uſque ad dictam generationem 50. Sudipravo 60. Hrutæ 60. anni dentur, & Sukoslai ætas 72. annorum, ut armis tractandis par adhuc fuerit, maneat, itaque ex 881. numerus ætatum collectivus 242. annorum ſubducatur: ſaltem tamen annus inchoativus Primislai 639. agnoſci debet. Ab hoc anno, computando retrò in Czechum, ſecundùm Weleslavinum uſque ad A. 318. adepti regni, emergunt anni intermedii 321: ſecundùm Stranskium uſque ad Attilæ tempora, itaque v. g. uſque ad mortem ejus anno 453. fiunt anni intermedii 186. Weleslavinus computat pro regimine Czechi 17. pro interregno. 9. pro regimine Croci primi 50. Croci ſecundi 39. Libuſſæ viraginis 13. ergo univerſim uſque ad Primislaum 128. annos; his detractis ex 321. cogetur fateri Weleslavinus, & auctor ejus Codicillus; interregnum poſt Czechum ante Crocum, ultra novennium, ſuperadditis 193. annis duraſſe. In ſententia Stranskii verò, qui Czecho 27. Croco primo 50. ſecundo 39. Libuſſæ 13. annos regiminis attribuit, dicendum omnino eſt, *longum tempus*, quod ille interregno poſt Czechum indefinitè applicat, 57. ad minimum annorum ab eo, ſi calculum generationum Kaſchæ in medium vocare voluiſſet, dici debuiſſe; hi enim 57. anni anarchiæ, annis primorum gentis judicum 129. additi, numerum ab A. 453. uſque 639. intermedium annorum 186. explent. Vid. App. Num.

§. 30. Præter Hagecii igitur, & ſequacium, ſerotinam nimìs & nullo pacto ſuſtinendam opinionem, in omnium aliorum ſententia, tempus *valde longum*, quo poſt Czechum uſque ad Crocum nemo juri generaliter ad populum dicundo præſidebat, aſſeri neceſſe eſt. Id tempus, cùm *Cosmas* regimen paternum Czechi (ùt *ſuprà cap. XIII.* §. 2.) ætatem primam vocet, rectè ætas, ſeu epocha potiùs, ſecunda vocari poterit. Forma regiminis in prima epocha Czechi, apud Coſmam in verbis; Senior, quem alii quaſi dominum comitabantur &c. & infrà: quia tu, o pater &c. non veri domini ſeu Principis, ſed patris loco venit. Chriſtianus, antiquiſſimus Bohemiæ ſcriptor, expreſsè teſtatum reliquit, primos Slavo-Bohemos uſque ad Przemislum ſinè principe vixiſſe; ergo nec Czechus, nec Crocus, aut Libuſſa principes fuerunt. Pulkava, tertius tempore ſcriptor, de iisdem primordiis ſub Czecho dicit: Leges aut jura ſpecialia non habebant, ſed unicè ſecundum ingenitam rationem vivebant. Ergo conſentit

Marginal notes: 724. (at "Senior"), 723. (at "ſcriptor"), 796. b. (at "Pulkava, tertius")

Digitized by Google

A.Chr. Coſmæ, & Czecho non legislativam ſeu principalem, ſed paternam poteſtatem attribuit. Vid. App. Num.

§. 31. FORMA REGIMINIS in epocha ſecunda luculenter à Coſma pro Ariſtocratica, ſeu regimine Optimatum, deſcribitur, dum ſimplicitatem & concordiam primæ ætatis in diſcordias, ergo poſt Czechum, degeneraſſe conqueritur & ſubjungit: poſthæc quicunque in ſua tribu vel generatione, perſona moribus potior, & opibus honoratior, habebatur, ſinè exactore, ſinè ſigillo, ſpontanea voluntate, ad illum confluebant, & de dubiis cauſis ac ſibi illatis injuriis ſalva libertate diſputabant. Verba hic: *in ſua tribu vel generatione*, diſertè Optimates, ſeu capita familiarum, denotant, adeóque quælibet familia & tribus à præcipuo quoque ejusdem, itaque ab Optimate, regebatur, & ſi quid ad populum in commune ſpectabat, id ab omnibus Optimatibus conſultabatur. Hic modus regiminis convenit Procopii Cæſarienſis teſtimonio, dum ait: & verò hi populi, Sclaveni inquam & Antæ, non uni parent viro, ſed ab antiquo in populari imperio vitam agunt. Huic formæ Ariſtocraticæ ſeu Optimatum inſtiterunt Slavi Charvatæ uſque ad annum 624. & tunc creatum primum Regem Samonem, & quoque Slavi Moravi uſque ad annum circiter 690. & tunc creatum primum Regem Maroth ſeu Maravod, de quo *vid. cap. XXVIII. §. 21. & 24.* Similiter quoque Slavi Poloni, ut hiſtoriæ illorum ferunt, primitùs circa annum 700. Principem ſibi elegerunt, Cracum nomine, & anteà duodecim Palatinis, ceu Optimatibus, regebantur; quin immo ante Palatinos, numero duodenario diſtrictuum affixos, immediatè poſt Lechum, Optimatibus ſeu capitibus familiarum, quotquot fuerant, rectorum munus, conformiter inſtituto totius Slavicæ gentis, adhæſiſſe videtur. Idem mos erat Slavorum Borealium, maris Balthici accolarum, ùt teſtati ſunt ipſorum horum Slavorum legati ad Chaganum Avarum A. 591. miſſi, apud Theophanem, in verbis: ſe verò à familiarum capitibus miſſos, qui eos apud Chaganum excuſarent &c. Ab hoc more ſubſequis temporibus teſte Helmoldo ſoli receſſerunt Slavi Rani, ſive Rugiani, qui Regem ſibi adſciverunt.

725. 721. a. 891. 824. 502.

600. §. 32. Tertia epocha Reipublicæ Slavo-Bohemicæ inſecuta fuit ſub CROCI PRIMATU. Cosmas, Pulkava, Æneas Sylvius, Dubravius, Kuthenus, Hagecius, non agnoſcunt nisi unicum Crocum; Weleslavinus, ex ſententia Codicilli, eum reduplicat in ſeniore & Juniore, ſeu patre & filio. Non eſt hìc quæſtio, an Crocus ſenior exſtiterit, & Crocum Juniorem progeneraverit? hoc enim facilè cum tota genealogia, quam Weleslavinus affert, antiquiſſimæ traditioni tribuendum eſt. Sed dubium tantùm in eo verſatur, an Crocus pater ultra alios Optimates majorem, id eſt Primatis in gente, poteſtatem, pariter ac Crocus filius, habuerit? & id negandum potiùs eſt, ſilentibus, 732. b.

&

A.Chr. & unicum Crocum hujus gradûs participem facientibus, hiſto- Vid. App. Num.
riographis omnibus, Weleslavino antiquioribus; unde hic, vel Codicillus, evehendo Crocum patrem ex communi Optimatum ordine ad Primatum, immo in illorum opinione ad Principatum, ſuccurrere voluit chronologiæ hiatui, quem non, niſi per quinquaginta annos regiminis ſub Croco ſeniore injecti, obduci poſſe rebantur, dum Optimatum regimen ſolo novennio coarctare animo hærebat. Veriùs igitur Crocus ſenior par aliis Optimatibus, ſed Crocus Junior Primas inter Optimates fuit, & hunc Primatum quoque in filiam Libuſſam, aſſenſu populi, transmiſit, ùt *cap. XIII.* §. 2. dictum. Sanè Crocum Juniorem non egiſſe Principem populi ſui, inculcant, excepto Ænea Sylvio, & Hagecio, alii fermè omnes ſcriptores. Chriſtianus Prin- 723.
cipem negat ante Przemislum. Cosmas dum dicit: ad quem 725.
(Crocum) tam de propriis tribubus, quàm ex totius provinciæ plebibus, velut apes ad alvearia, ita omnes ad dirimenda convolabant judicia, ſat innuit, non poteſtatem legislativam & coactivam Croco competiiſſe, ſed communi cum populi concurſu & compromiſſione, in arbitrum totius gentis, ex æquali anteà optimate, evaſiſſe. Pulkava tra- 726. c.
ditionem antiquam diſertè ſic complectitur: Crocus is provinciam probè moderatus eſt, non ùt princeps, ſed ùt judex in commune electus. Dubravius æquè traditioni an- 728. d.
tiquæ inhæret, regimen ad Crocum, *non ùt ad Principem*, qui ex arbitrio ſuo imperaret, *ſed ùt ad Prætorem*, qui ex æquo & bono jus diceret, delatum eſſe. Kutheno Crocus pariter, *non ùt Do-* 729.
minus, *ſed ùt judex in commune electus*, habetur. Omnibus illis conſentit *Stanskius de Republ. Boj. cap. 8.* §. 1. dicens: quòd Judices primi (inter quos Crocum numerat) populum *patria quadam* κηδεμονικῇ (id eſt curatoria) vel, ſi multum velimus dicere, prætoria authoritate in diſciplina tenuerint. Quòd autem *Æneas Sylvius in hiſt. Bob. cap. 3.* Crocum Ducem & Principem nominaverit, impropria locutio eſt, quam dein Hagecius, & Weleslavinus majoris tituli gratiâ adoptârunt.

652. §. 33. PRIMUS PRINCEPS ergo gentis Slavo-Bohemæ fuit PRZEMISLUS, & cum eo quarta epocha rerum Bohemicarum, atque in meo quidem calculo A. 652. cœpit. Tradunt ſcriptores Bohemici: populum, dum à Libuſſa maritum & Principem peteret, ad aliarum gentium vicinarum mores & exemplum provocâſſe. Apprimè id correſpondet dicto tempori. Vicini Slavo-Bohemis tunc erant Slavi Sorabi, Saxones, Thuringi, Slavi Croatæ, Slavi Moravi, & Slavi Poloni. De Sorabis teſtatur 894.
Fredegarius, quòd A. 630. unà cum Slavis Croatis, ſeu Charentanis, Thuringiam Francicam invaſerint, Ducem, Dervanum nuncupatum, habuerint, & regnum ſuum Samoni Regi Charentanorum in clientelam dediderint. Slavi hi Charentani 891.
teſte eodem Fredegario Regem eum Samonem A. 624. primitùs adſciverant, & regnavit ille 35. annis, itaque usque ad A. 659.

Digitized by Google

A.Chr. De Saxonibus Fabritius fidem facit, Regem eis A. 633. fuiſſe Sighardum; ante hunc autem nullius Regis Saxonum meminit, niſi Bertholdi ad A. 628. qui Regem ſe quidem dixit, ſed illo ipſo anno in pugna contra Francos occubuit. De Thuringis Eckhardi relata ex annalibus Francicis evincunt, Francico jugo ſeſe primitùs A. 640. eripuiſſe, à Radulpho, qui ipſis præerat, ſuſcepto titulo regio. De Slavo-Moravis ſuprà dictum eſt, conſtare, iis ſaltem circa annum 690. ſub Regis titulo imperitâſſe Marothum. De Polonis quoque ſuprà mentio facta, principalem dignitatem apud eos circa annum 700. viguiſſe; quod ergo Moravi & Poloni circa ſeculum ſeptimum medium intendebant, & Sorabi, Charentani, Saxones, & Thuringi jam paulò antè aſſumpſerant, id, nempe principale decus, Slavo-Bohemi A. 652. exoptabant, & à Libuſſa Primate ſua obtinebant. Vid. App. Num. 886. 887.

§. 34. Ad Slavicas origines, & primordia Reipublicæ Bohemo-Slavicæ quoque pertinet, quod Coſmas de MORIBUS 724. ſimplicis & felicis, ſub Czecho conditore & paulo ultrà, ætatis primæ refert. Aſſerere ille non dubitat: Slavo-Bohemos primos Cereris & Bachi munera, quæ nec fuerint, haud noviſſe, ſera prandia glande vel ferina carne ſolviſſe, ſitim aquâ levâſſe: arva, & nemora, & cætera omnia, quin & connubia communia habuiſſe: lanæ vel lini eis uſum, ac veſtis, ignotum exſtitiſſe, hyeme ferinis aut ovinis pellibus uſos eſſe pro veſtibus: nullius generis arma fuiſſe, tantummodò ſagittas, & has propter feriendas feras habuiſſe: addit prætereà, habitaculorum vicem tegmina arborum, & ſtrati gramina, & frondes obiiſſe. Pulkava aliquid ex his mutat, dum dicit: glande, fructibus ſilveſtribus, ferinâ, & piſcibus victitâſſe, ſimplici quodam linteo & laneo tegumento, & hyeme ferinis & ovinis pellibus, pelliciorum locò, indutos eſſe. Æneas Sylvius narrata ea de communione omnimoda, nuditate virorum & fœminarum, victu ex glandibus & pomis ſilveſtribus, inter fabulas numerat, & à Czecho potiùs indigenas, ejus loci ſuperſtites, in cultura terræ & præparatione panis, inſtructos eſſe credit. *Dubravius hiſt. Boh. lib. 1.* conformia Sylvio, & contraria planè Coſmæ & Pulkavæ dictitat, inter alia verò hæc habet: ibi (in Bohemia) quacunque ibat (Czechus), aſpectus fidem faciebat eorum, quæ auribus paulò antè acceperat, incultam videlicet, deſertámque eſſe Bohemiam, à pecudibúſque & armentorum gregibus potiùs, quàm ab hominibus obſeſſam, adeò bene multi in illa greges pecudum, rariſſimi autem incolarum apparebant. &c. Mox univerſos adhortatur ad ædificia & tecta conſtituenda, & imprimìs, ut ſe ad agros excolendos converterent, ne, ritu ferarum, venatu tantummodò & carne vitam tolerare inhumanam cogantur. Croatæ erant, tam ædificare, quàm agros colere docti: itaque pro ſe quiſque animo alacri 726. b. 727. b.

ope-

A. Chr. operam pollicetur. Demum Hagecius ad regimen primum Vid. App. Num.
Czechi, in præmiſſis de ejus adventu, Coſmam, ùt combinanti patet, ex latino in Bohemicum vertit, paucis exceptis, quæ partim ex Pulkava, videlicet de victu fructuum ſilveſtrium, & piſcium, partim aliunde, ſibi ipſi in contrarium, & Dubravio conformiter, de opera diligenti in colenda terra, & eradicandis ſilvis interjicit: & licèt Pulkava quoddam linteum & laneum tegumentum conceſſiſſet, tamen ille utrumque negat, & Coſmam itidem hac in parte exſcribit. Habitacula autem & cubilia, ex Coſma narrata, citò, & contra mentem Coſmæ, anno quinto adventûs Czechi, tollit, & domorum ædificationem non tantùm ad Czechi, & filii ejus Klen, ſed & procerum aliorum uſum, quin & vici integri, Klenecz dicti, exſtructionem ſubſtituit. Tanti ergo fecit auctoritatem Coſmæ. Eâ autem ſepoſitâ, ad minus certè tempus, & alterum, ùt credere par eſt, adventûs annum, non ultrà, culturam & ædificia diſtuliſſet. Ita de primo anno, usque in Julium menſem, ùt traditur, jam exacto, adeóque ſegetum novarum procreandarum inidoneo, & ad domos figendas ſerotino, ſentienti Hagecio, nec non Coſmæ, ſi idem ſenſiſſet, facilè adſtipulandum foret, Slavo-Bohemis in ſilveſtrem prorſus & incultam regionem advenis non aliud ſuperfuiſſe, quàm ex penu ſua, ſi quam attulerant, & ex pecude ſecum acta, atque ejus lacticinio, veſci, aut donis naturæ gratuitis, quæ novum domicilium in fructibus, feris, & piſcibus offerebat, vitam in proximam meſſem ſuſtentare, &, usque ad domuum excitationem, quibuslibet ramorum & frondium contextibus, ab aëris injuriis defenſari.

§. 35. Sic quoque & non aliter ſentiendum eſt, ac propterea cautiùs Weleslavinus adventui Czechi ad diem XV. Julii, conditum vici Klenecz (non ſpecificando, quali poſteriore tempore contigerit) immediatè ſubjungit. Cur autem Coſmas traditionem antiquam de vita & habitatione Slavo-Bohemorum primi anni, in ætatem, ùt vocat, primam produxerit, levi opera ex ipſomet deprehendetur, ſi eum aliis in locis loquentem audire lubuerit. Manifeſtè ille ſe non uno in loco prodit, in contexendis geſtis ſeculi noni finientis & decimi inchoantis, ſibi ad manum, & pro fonte, fuiſſe Chronicon Reginonis Abbatis & Continuatoris ejus. Videatur huc *Apparatus num. 1054.* 1054.
in tempore Baptiſmi Borzivogii de A. 894. & *num. 1057. 1058.* 1057. 1058.
Combinentur relata Coſmæ ad modò dictum numerum 1057. cum Continuatore Reginonis ad eadem tempora, & pleraque ex hoc emutuata, quin & partim verbotenus tranſcripta reperientur. Videantur dein excerpta ex Reginone ipſo, ſub *num.*
Apparatûs 747. a: & conferantur cum Coſmæ traditione de primis 747. a.
Slavo-Bohemorum moribus ſub *num. 724.* & apparebit fons, un- 724.
de Coſmas deſcriptionem ſuam irrigavit; diſertè enim Regino, de Scythiæ populis agens, eos perrarò agrum exercere, nec domum illis ullam, aut tectum vel ſedes, *nullum ſcelus apud eos furto gravius*, quippe ſinè tecti munimento pecora, & alimenta, armentáque habere, *lanæ his uſum ac veſtium ignotum* eſſe &c. aſſerit;

A.Chr. ſerit; quæ aſſerta dein Coſmas ad mores Slavo-Bohemorum, ut- Vid. App. Num.
pote Scythiæ antehàc incolarum, partim ad literam tranſcripſit,
partim in majorem facundiam dilatavit. Similia quoque Jor- 474.
nandes, ſi eum fòrs viderit, ſuppeditabat, dum in Scythiæ interioribus deſcribendis hæc retulit: **in Auſtro adſedit gens Agazirrorum fortiſſima, frugum ignara, quæ pecoribus & venationibus victitat.** Si Coſmas Strabonem *Geogr.* 713.
lib. 7. & ex eo loquentem Homerum inſpexiſſet, de ſuppoſita pro Slavo-Bohemis nomadica vita panegyrin inſtruere potuiſſet. Neceſſe tamen eſt, vel Strabonis, vel alterius auctoris, præter Reginonem, tradita, Straboni conformia, noviſſe, dum, æquè ùt Strabo; omnia communia, uxores quoque, facit. Mirum etiam non eſt, à Coſma mores Slavo-Bohemorum primorum nomadicos ex Scythia, immediatè in Bohemiam transplantatos eſſe, obſtante traditione: eos primùm in Croatiam, Romanorum provinciam, moribus planè aliis cultam, & ex hac demum in Bohemiam migrâſſe; námque ùt de Scytharum nomadica vita perceperat, ita & ſimile inſtitutum antiquorum Germaniæ populorum notum ei eſſe poterat; ſcribit enim Strabo, de Germa- 714.
nis Suevis loquens: **commune omnium eſt, qui iſtis in locis degunt, facilis & expedita ſoli mutatio, ob tenuitatem victûs, & quòd neque colunt agros, neque fructus recondunt, ſed in caſis habitant ſtructurâ in unum diem conſtantibus; cibus eis à pecore plurimus, ùt & Nomadibus.** Scribit itidem Julius Cæſar de Germanorum mo- 714.
ribus: **agriculturæ non ſtudent, majórque pars victûs eorum, lacte, & caſeo, & carne conſiſtit;** & alibi de Sue- 538.
vis in ſpecie: **neque multùm frumento, ſed maximam partem lacte, atque pecore vivunt, multúmque ſunt in venationibus.** Cùm itaque prædeceſſores in ſedibus Slavo-Bohemorum Marcomanni Suevi ſeu Germani fuerint, & pro parte vicini manſerint, alios Slavo-Bohemis, quàm illis, mores attribuere Coſmas non cenſuit.

§. 36. Aliud planè dicendum fuiſſet Coſmæ, ſi traditionem domeſticam adventûs Czechi ex Croatia, ùt tempore tanto nobis ſuperior, & modò non nimiùm ad propinquiora ſuæ ætati feſtinans, ad ingentem poſteritatis gratiam evaluiſſet, penitiùs, collatis antiquorum ſcriptis, perveſtigandi, animo & labori deſpondere noluiſſet. Deprehendiſſet etenim apud Pomponium 487. c.
Melam, Sarmatas omnes, *gentem habitu armisque Parthicæ proximam*, nominari, igitur carentiam habitûs & armorum Slavo-Bohemis neutiquam applicandam eſſe; apud Strabonem: tabernacula Nomadum, *ex lana coacta*, vehiculis, in quibus ii dege- 487. b.
bant, infigi, ergo Slavo-Bohemis lanæ uſum negari non poſſe; apud Ammianum Marcellinum: *lib. 17. cap. 12.* Sarmatis Limi- 671.
gantibus ſeculo jam Chriſtiano quarto, ad uſum bellicum *haſtas* longiores, & *Loricas* ex cornibus raſis & lævigatis, plumarum

ſpe-

Digitized by Google

A. Chr. ſpecie *linteis indumentis* innexas, ergo præter armaturam diverſi Vid. App.
generis, lintea indumenta, & *cap. 13. caſas trabibus compactas fir-* Num.
miſſimis fuiſſe; *lib. 19. cap. 11.* quendam ex Limigantibus furore per- 679.
citum, *calceo ſuo in tribunal* (Imperatoris Valentiniani) *contorto*, 683.
Marha Marha pro ſigno bellico exclamâſſe, itaque Slavos, unde Bohemi proveniunt, veſtibus ad calceos usque non caruiſſe. Porro de Slavis Antnis Slavinorum popularibus apud Theophanem ad A. 594. & 602. Imperatorem Mauricium Ducibus 827. 833.
Romani exercitûs Priſco & Petro juſſiſſe, ut cum exercitu in terris transdanubianis Slavorum hibernarent. Non cauſabantur tunc Romani milites ad evitandam hanc, attamen ſecutam, hibernationem, victûs, potûs, & habitationis defectum, ſed hoſtilem ſibi oppoſitum exercitum, & regionis tum hoſtilis periculum, tum aëre infeſtæ intoleranda frigora; ita ut Anthæ, non tunc Romanis ſed propriis antiquis inſtitutis viventes, omnibus ad humanam vitam neceſſariis inſtructi fuerint. His viſis nulla Coſmæ dubitandi ratio occurrere potuiſſet, num Slavi Croatæ, Czechi & omnium Slavo-Bohemorum progenitores, in ſolo Romanorum cis-Danubiano quondam ſedentes, & celebribus coloniis Romanis undique cincti, vitam nomadicam, ſi unquam anteà, ulteriùs ſectati eſſent, ſed concludendum ipſi fuiſſet, Romano potiùs more vixiſſe. Pro ſuperabundanti documento, Slavos Bohemos minimè in nova ſua ſede Bohemiæ didiciſſe, ſed ſecum intuliſſe peritiam terræ & ſegetum colendarum, veſtitûs aptandi, & habitationis efformandæ, inſervire poteſt elenchus vocabulorum, ex quadruplici dialecto Croatarum, Bohemorum, Slavo-Hungarorum, & Polonorum, omni ex parte à Slavinis quondam Limigantibus transdanubianis deſcendentium,
numero Apparatûs 721. z. adjectus, quo multoties amplior ex vo- 721. z.
cabulis inſtrumentorum ruſticorum & domeſticorum adferri poſſet. Si ergo in his vocabulis, inter gentes, partim ab ipſo tranſitu Danubii, partim brevì pòſt, à ſe invicem ſejunctas, tanta identitas vel ſaltem affinitas reperiatur, quis non videt, ea non in poſteris ſedibus, ſed dudum antè domi nata fuiſſe, & gentibus illis, unà cum peritia objectum circa quod tractandi, adhæſiſſe.

§. 37. Hagecius exſtructionem Civitatum, Caſtrorum, Villarum, & vicorum hanc ſpecificat: Sub Czechi regimine, A. 649. (in computu haud genuino chronologico Hagecii) ab ipſo Czecho conditus eſt vicus Klenecz: A. 653. à ſecedente Czechi fratre Lecho civitas Kaurzim: A. 657. vici duo, Charwatecz à Manuch cognato Czechi, Rabus à filio Manuchii Rabus nomine, & villa Czernauſs à conditore ejusdem nominis. Sub interregno poſt Czechum, Ctiniowes vicus ſub monte Rzip à populo in honorem Czechi ibi ſepulti. Sub Croci regimine, A. 671. villæ duæ, Tursko, & Cheinow, à fratribus Turesk, & Supan, cui filius erat Cheino nomine: A. 675. caſtrum Krokowecz in honorem Croci: A. 676. vicus Chirzin à Chirz: A. 677. villa Zdechowicze à Botak conſanguineo Croci: A. 678. caſtrum & oppidum Budecz à populo pro ſede Croci: A. 679. villa Przerow à Tunak. A. 682. villa Radicz à

 Rad:

A.Chr. Rad: A. 683. caſtrum Pſari, expòſt Wiſchehrad dictum, à populo pro ſede nova Croci: A. 684. ſub hoc caſtro vicus Pſari à Croco. Vid. App. Num.

§. 38. Circa has traditiones ex Hagecio quædam notabilia occurrunt. Refert is ad A. 686. à Croco mandatum exiiſſe ad populum, ut tuguria ſilveſtria derelinquerent, domos ligneas commodis ad ripas fluviorum locis ædificarent, illas vicatim conjungerent, atque circa circùm ſilvas eradicando, agros pro ſegetibus pararent, cui & obeditum ſit. Hinc colligendus eſt mos inhabitationis primævus Slavo-Bohemorum incolarum, quem & Procopius jam pridem deſcripſerat, dicens: Nomen etiam 721. a. quondam Sclavenis, Antiſque unum erat, utroſque enim appellavit Sporos antiquitas, ob id, opinor, quia σποράδην, hoc eſt ſparſim & rarè poſitis tabernaculis, regionem obtinent, quo fit, ut magnum occupent ſpatium. Idem mos teſte Tacito Germanis antiquis erat, dum ait: 715. nullas Germanorum populis urbes habitari ſatis notum eſt, ne pati quidem inter ſe junctas ſedes. Colunt diſcreti ac diverſi, ùt fons, ùt campus, ùt nemus placuit. Hunc ergo morem anteceſſorum ſuorum in Scythia, Slavo-Bohemi extemplò poſt adventum in Bohemiæ deſerta ſibi deſtinata, in commune repetierunt, usque dum Crocus habitationem vicatim jungendam aſſenſu populi præciperet; ipſe Czechus autem & primi procerum jam vicos ſibi & villas more noviore ex Croatia allato locaverant.

§. 39. In ſeceſſione Lechi ad A. 653. Hagecius Czechi, populíque ejus, in captis intra Moldavam, Albim, & Egram primis ſedibus remanentis, ſollicitudinem & enixam rogationem ex traditionibus perhibet, ne ab iis Lechus longè recederet, & generi ſuo contra ingruentes fòrs hoſtes auxilium ſubtraheret. Tranſiit ille Moldavam, & in diſtantia ſeptem milliarium à monte Rzip Orientem versùs progreſſus, in montanis ad latus meridionale Albis ſubſtitit, ibíque civitatem Kurzimam condidit. Ad A. 657. itaque quartum à ſeceſſione Lechi, ſecundùm ulteriora relata Hagecii, ſeceſſionem quoque fratres Hoſt, & Czernauſs, meridiem, id eſt, Pragam hodiernam versùs, meditati ſunt, ſed dehortatione Czechi deſtiterunt à propoſito, & haud procul à Czecho ſeptentrionem versùs habitacula ſua fixerunt; dixiſſe hac occaſione Czechus traditur: ex quibusdam ſpeculatorum ſuorum ſe didiciſſe, populum in ea plaga ſibi ignotum, ſermone diſparem, & fortaſſis ejus terræ, quam ipſe Czechus & populus intrâſſet, quondam poſſeſſorem, adhuc ſedere, atque eapropter haud periculo vacare, propiùs eum inceſſere, ne viribus & numero præpollens veterem poſſeſſionem repetitum veniat, novósque incolas depellat. Porro occaſionem exſtructæ à Tunak, quodam ex Proceribus, villæ Przerow Hagecius ad A. 679. hanc memorat: Tunacum illum, homicidii reum, ac propterea à Croco jam jam pœnæ mancipandum, conſilio

patris

a.Chr. patris ſui Kamani clam ſeſe è medio proripuiſſe, & verſùs Orientem convertiſſe, ibique ſub monte Bielicze villam, nomine indito Przerow, condidiſſe. Przerovium adhuc hodie ſupereſt ad Albim fluvium, quinque milliaribus à monte Rzip, & duobus à civitate Kurzimenſi. Transgrediendo igitur Moldavam, & progrediendo in viciniam Kaurzimæ Tunak jam ſe ſecurum credidit à poteſtate Croci. Vid. App. Num.

§. 40. Ex his traditionibus, primordia Slavo-Bohemica reſpicientibus, & ex ſitu locorum §. 37. ex Hagecio adductorum, colligendum eſt: 1mò. tempus regiminis Czechi debebat eſſe ante A. 406. ſeu ante migrationem magnam Vandalorum & Suevorum, intérque hos Marcomannorum, meridionaliorem, aliſque popularibus Suevis verſùs Danubium viciniorem Bohemiæ partem incolentium, in Gallias. 2dò. A meridie non intravit Czechus Bohemiam, quoniam cæteroquin à ſpeculatoribus primùm, de populi ignoti ibidem adhuc hærentis ſedibus, notitiam acquirere haud neceſſe, ſed populum eum in tranſitu jam perſpectum habuiſſet. 3tiò. Nec Czechus intravit ab Oriente ſeu per Poloniam, quoniam Lechus, in Orientem tendens, ante diſceſſum à Czecho, locum, qui pro futura manſione ſua vacaret, indicare non ſciebat, ſed indicium hoc igne & fumo incenſarum ſilvarum editurum ſe ſpopondit. 4tò. Igitur Czechus veroſimiliter Bohemiam intravit ab Occidente, legendo viam, quam particulares Vandalorum & Burgundionum migrationes, ex terris Viſtulanis, per Bohemiæ partem borealiorem incultam ab antiquitùs & deſertam, verſùs Rheni ripas & Gallias, tenuerant. 5tò. Haud amplam partem Bohemiæ Czechus ab adventu ſuo occupavit: quod ſignum eſt, ei quoque haud amplum populum viæ comitem fuiſſe, ut itaque ad ejus ſuccreſcentiam in populi potentis numerum, unum, quin etiam alterum ſeculum elabi neceſſe fuerit. 6tò. Lechus Kurzimenſem à ſe inſeſſum diſtrictum probabiliter, ùt alibi ſuprà dictum eſt, poſt A. 406. & poſt magnam migrationem Suevorum & Vandalorum dereliquit, cúmque (ùt Hagecius ad A. 674. refert) cuidam Optimatum Czechici populi Borzislao ceſſit. Hic ergo Borzislaus exinde ditionem ſuam in orientaliora Bohemiæ, Moraviam verſùs, extendiſſe cenſendus eſt. Econtra 7mò Proceres alii, qui Czecho in terris primis ſucceſſerant, aliam in partem verſùs Occidentem populum ſuum dilatârunt, donec demum collocata ſede Primatis ſui Croci in meditullio Bohemiæ, ubi nunc Wiſchehrad & Praga eſt, fundamentum futuri Principalis, & generalis in totam gentem regiminis jacerent.

CAPUT XVI.
De Herulis.

493. §. 1. HErulos ex Thule Inſula ORIGINEM trahere, ex Procopio colligitur: refert enim, Herulorum à Lango- 785.

 bar-

A.Chr. bardis cæſorum partem (quæ Iſtrum tranſire, & receptionem in Vid. App.
Romano Imperio quærere nolebat) permenſis cunctis Sclaveno- Num.
rum populis, dein Varnis, & Danis, in Thulen inſulam navigâſſe, ibique manſiſſe. Jornandes autem certam patriam eorum 472. b.
reddit, dum dicit: Dani Erulos propriis ſedibus expulerunt, qui inter omnes Scanziæ nationes nomen ſibi ob nimiam proceritatem affectant præcipuum.

256. §. 2. Herulorum SEDES extra patriam ſuam ad Ponti Eu- 782.
xini & Mœotidis litora, unde in orientales plagas latè vagati ſunt, jam memorant Græci ſcriptores ſub Imperio Gallieni.
269. Mentio quoque apud latinos ſcriptores ſub Imperio Claudii II. 624.
in Trebellio Pollione occurrit, dum dicit: Scytharum diverſi populi, Peucini, Trutungi, Auſtrogothi, Virtingui, Sigipedes, *Celtæ etiam, & Heruli*, prædæ cupiditate in Romanum ſolum & Remp. venerunt, atque illic pleraque vaſtârunt, dum aliis occupatus eſt Claudius. &c. In ſubſequentibus relatis Pollio jam de omnibus his gentibus *ſub nomine Gothorum*, & de victoriis Claudii circa Thracias loquitur, ita ut Celtæ quidam Scythiæ incolæ, & Gothorum ſocii eſſe debuerint. Quod indubium quoque eſt de Herulis, utpote quibus alii etiam ſcriptores ſedes circa Mœotidem tribuunt. Ex Herulis Naulobatus quidam Dux, cum ſuis, ſeſe Gallieno dediderat, & propterea conſulatûs Ro- 782.
mani honorem adeptus eſt. Porro de ſeculo 4to initiante teſtis 479.
eſt Ablavius Hiſtoricus apud *Jornandem de reb. Get. cap. 23.* Herulos juxta Mœotidas paludes habitâſſe, atque ab Ermanarico Gothorum Rege ſubactos eſſe. Hæ ergo primæ ſedes Herulorum in Scythia ſeu Sarmatia juxta Mœotidem fuerunt.

§. 3. Poſthac Herulorum ſub Gothis jam deliteſcentium
451. memoria reaſſumitur primùm circa tempora Attilæ, cui in expe- 755.
ditione Gallica ſe aſſociârunt; nec non occaſione ſubſecuti bel-
493. li inter Langobardos & Herulos.

§. 4. Procopius hoc bellum deſcripturus præmittit, quas 782.
ſedes Heruli tunc habuerint, & quorum morum erga alias gentes fuerint. *Trans fluvium Iſtrum olim* eos habitâſſe, & *procedente tempore* ſupra omnes finitimos barbaros creviſſe, eóſque, præſertim Langobardos, ſibi vectigales feciſſe, demum autem ex mera animi libidine Langobardos quanquam tributarios, & nul- 782. 783.
lius admiſſi reos, bello pulsâſſe dicit. Paulus Diaconus locum prælii in Campis Patentibus *Feld* (hodie Marchfeld) nuncupatis, 783.
in ipſis tunc ſedibus Langobardorum deſignat. Inde imprimis certum eſt, ſedes eas Herulorum circa Sarmatiam ſecundas, à Procopio *trans fluvium Iſtrum* aſſignatas, in Hungaria hodierna ſuperiore transdanubiana, utpote Campis Patentibus vicina, quæri debere. Porro ly *olim* ad tempora Attilæ, ly *procedente tempore* verò poſt Attilam referendum eſſe videtur; ratio ad primum eſt, quia in expeditione Gallica Attilæ Heruli aderant, ergo aliquo tempore antè jam in vicinia ſedium Attilæ eſſe debebant, cùm in ipſo itinere, vel in Gallia ex tam longinquis terris haud facilè potuiſſent accedere; ratio ad ſecundum eſt, quia [illegible]

poſt

A.Chr. poſt Attilam primùm, & non ſub Attila (qui omnes populos illorum locorum ſub ſua poteſtate habebat) creſcere poterant Heruli ſupra alios Barbaros, ita ut tributarios eos redderent. Vid. App. Num.

§. 5. Antequàm Attilæ potentia in Pannoniis circa A. 430. invaleſceret, Heruli ſedes ſuas ad Campos Patentes uſque extendere vix poterant: ad finem enim ſeculi præcedentis Quadi veteres, adhuc ad Jazyges uſque, terras transdanubianas poſſidebant, *vid. cap. XXVIII.* Unde autem Heruli in has terras Quadicas advenerint, an ex terris trans Daciam è latere Mœotidis, an immediatè ex patria ſua, Thule Inſula, haud multùm refert; prima opinio nihilominùs ex *ſuprà* §. 2. allatis comprobari videtur, quòd Heruli jam ſeculo tertio ex patria egreſſi, Gothorum ſocietatem appetierint, adeóque & in Sarmatia, ſeu Scythia ad Mœotidem, uſque ad eruptionem Hunnorum manſiſſe, dein verò ſedes ad latus Hunnorum circa Pannonias, quà ſocii futuri, transtuliſſe cenſendi ſint.

§. 6. Ex traditis Procopii, quòd Heruli finitimis ſibi gentibus tributum impoſuerint, inferendum ulteriùs: Herulos ſibi ſupremum dominium in omnes terras transdanubianas ſeptentrionales, olim Quadicas, vindicâſſe, & propterea à populis, qui ſecum ibi habitabant, tributum exegiſſe. Didicerant hoc ab Hunnis tempore Attilæ, & videbant idem quoque à Gothis circa eorundem vicinias fieri poſt Attilam.

454. §. 7. Heruli non recenſentur inter gentes, quæ poſt exactos Hunnos poſſeſſionem novam quæſierint in ſolo Romano; 759. b.
manſerunt igitur in prioribus ſedibus ſuis transdanubianis olim Quadicis: eo, ùt præſumendum, fine, ne transferendo ſe cis Danubium in Illyricum, vel Romanis vel Gothis ſubjacere, contra arrogantiam ſuam compellerentur; ſed ut ipſi potiùs in vaſtis terris poſſeſſionis ſuæ, alias gentes ſubjugandi occaſionem haberent.

476. §. 8. Paſſa tamen eſt *fortiſſima Herulorum multitudo*, ſeſe, unà cum Rugorum & Scyrorum parte, ab Odoacro natione Rugo, 795.
ad Italiam occupandam, tanquam ad expeditionem glorioſam, & ambitioni ſuæ correſpondentem, ex ſedibus ſuis educi. Quà eductione non obſtante pars Herulorum in patria ſua manens ſufficere potuit, ad dominatum in populos ibidem cœptum retinendum, & ad Langobardos primùm ex pòſt tributo ſubigendos: unde æſtimare licet, quantus populus Heruli tum fuerint.

493. §. 9. Heruli (ùt Procopius perhibet) ex animi mera libidine (quanquam Paulus Diaconus cauſam aliam afferat) Langobardis fœderatis ſuis & tributariis, in horum ſedibus, Campis 783.
Patentibus, bellum inferunt; ſed dum de victoria nimiùm perſuaſi ſegniùs rem gerunt, victi, clade maxima affecti, et, qui gladium evaſerant, in turpem fugam conjecti ſunt; nec enim ipſis ſat tutum viſum, ex hoſtium terris in patriam rediiſſe, ſed 785.
hâc quoque cum liberis & uxoribus egreſſi, oras omnes Iſtro fluvio ulteriores (id eſt terras versùs Tibiſcum fluvium & Carpaticos montes ſitas) peragrant; ingreſſi dein *regionem olim à Rugis habitatam*, ibi conſiſtunt; ſed cùm inculta à pluribus annis terra,

Digitized by Google

A.Chr. itaque ſolitudo magis ibi eſſet, paulò pòſt fame premente ad Ge- App. Vid. Num.
pidarum (id eſt hodiernæ Tranſſylvaniæ) fines accedunt. Ac primùm quidem Gepidæ illis ſupplicibus, ut *cùm vicini ſui eſſent*, tum inquilini forent, permiſerunt; poſteà verò ab urbe vexare ipſos importuniſſimè cœperunt.

§. 10. Per hæc relata Procopius prodit, ubi Rugi ſedes ſuas, circa Danubium & Tibiſcum primas, tempore Attilæ, & poſt Attilam (uſque dum nempe partim locò Scyrorum, A. 472. à Gothis deletorum, in terras inter Danubium & Bohemiam, partim A. 476. cum Odoacrò in Italiam emigrarent) habuerint? fuerunt enim eæ, ſecundùm hanc deſcriptionem Procopii, inter Carpaticos montes, ac Tibiſcum ſuperiorem, & Granuam fluvios; quippe Heruli ex Campis Patentibus ſeu Marchfeld, in patriam, Hungariam hodiernam ſuperiorem, campis illis proximam, & ex hac iterum versùs Tranſſylvaniam fugientes, ibíque terram cultoribus vacuam ad tempus occupantes, neceſſariò inter Granuam, Tibiſcum, & Carpaticos montes, in vicinia Tranſſylvaniæ ſubſiſtere debuerunt; alia etenim vicinia versùs Tibiſcum inferiorem & Danubium à Jazygibus etiam tunc inhabitabatur, & hi poſſeſſione hac ſua nunquam, nec ante nec poſt Attilam, quin nec in hæc noſtra tempora moti ſunt.

§. 11. Heruli, Tranſſylvaniæ novi inquilini, viciſſitudinem nunc aſperi dominii, quo ipſi erga alias gentes hucuſque uſi fuerant, à Gepidis recipiebant; aſt impatientiâ abrepti conſilium 787.
derelinquendi receptores ſuos rigidiores captant. Pars ad gratiam Imperatoris Anaſtaſii confugere, & precibus ſedes in Romano ſolo efflagitare, pars conditionem parendi aſpernata, Thulen patriam antiquam repetere ſtatuit. Hi à cunctis Slavinorum pòpulis per fines ſuos transmiſſi, dein vaſtam ſolitudinem emenſi, 785.
per Varnos, & Danos, ſinè ulla uſquam in ipſos ſuſcepta vi, in patriam appellunt, ibíque manent. Hinc colligendum: ex Tranſſylvania illos, metu Langobardorum hoſtium, non per Hungariam versùs Sarmaticos montes & Viſtulam rectà, ſed circumactis Carpaticis montibus per Poloniæ fines, dein Pomeraniam, Meklenburgum, Daniam, iter ſuum inſtituiſſe. Colligendum porro eſt, jam tunc, ſeculo finiente quinto, Poloniam à Slavicis populis habitatam fuiſſe.

§. 12. Reliqua pars Herulorum ab Anaſtaſio benigniſſimè 784.
quidem cis Danubium ſuſcepta, aſt mores non mutans exercitu coërcita & cæſa eſt, reliquiis tamen miſericordiam adeptis, & in Romano ſolo ſervatis, quanquam ſinè receptione in fœdus, & attributione ſtipendiorum annuorum, ùt alioquin erga barbaras gentes Romanis mos erat. Sub Juſtiniani Imperio Heruli hi lo- 844.
ca quædam Daciæ Ripenſis ad Singidonem, id eſt haud procul à Belgrado in hodierna Servia, ſibi attributa incolebant, in fœderatorum numerum quoque recepti, legatione miſſa ad Juſtinianum, ſtipendia, æquè ùt aliæ gentes fœderatæ, obtinebant, & Romanis in bello Gothico, & contra Slavos Danubium trans- 803.
greſſos, auxilia præſtabant.

§. 13.

A.Chr. 548. §. 13. In bello inter Langobardos (quibus Romani aſſiſte- Vid. App. Num.
bant) & Gepidas, Romano exercitui ex Herulis fœderatis mille 846.
quingenti juncti erant, econtra cæteri omnes Heruli ad tria mil-
lia, qui haud ita pridem à Romanis defecerant, Gepidarum par-
tes ſequebantur; ſed, dum in Romanos inopinatò inciderent,
„ unà cum Duce ſuo Aordo, Regis Gepidarum fratre, cæduntur.

§. 14. Abhinc hiſtoria ulterior quanquam tenuis Herulo-
rum nihil ampliùs ad Slavicas origines facit, ideóque omittitur.
Illud adhuc ſubjiciendum, quòd Herulorum, qui domum re-
526. dierant, pars Theoderico Gotho, Italiæ Regi, fœderata fuerit,
& in Marchia Brandenburgica ad dextram Albis ripam coluerit. 773.a.852

CAPUT XVII.

De Rugis, Scyris, & Satagis.

§. 1. Rugos Tacitus Rugios, Ptolemæus Ruticlios nominat, 464. 448.
ſitu ultimos in Germania veteri ad Oceanum & oſtia
Viſtulæ. Scyri æquè ab illis oris, & regione litorali Cherſoneſi 777.
Cimbricæ, quæ Danicas inſulas reſpicit, proveniunt, nomine
deducto à Saxonico veteri *Score*, quod ripam & litus denotat;
unde & hodie litoralia Danica & Suecica *Scheeren* nuncupantur.
Apud Ptolemæum Scyrorum mentio non fit, ſed ille inter Sa- 448.
xones & Ruticlios, itaque versùs inſulas Danicas, Farodenos &
Sidinos collocat.

451. §. 2. Inter Attilæ Hunnorum Regis Socios expeditionis in 755. c.
Galliam, à Sydonio ſcriptore coævo numerantur Rugi, & Scy-
ri: à Miſcella hiſtoria Turcilingi *ſive* Rugi. Turcilingorum no-
men ſuperadditum videtur Scyris; id colligendum ex Sydonio,
qui omnes populos Attilæ adhærentes, & inter eos quoque Scy-
ros nominat, Turcilingos autem omittit. Miſcella hiſtoria dum,
ut ſuprà, dicit, Turcilingi *ſive* Rugi, intelligenda eſt Turcilingi
& Rugi; alibi enim inter populos Odoacro ſubjectos recenſet 795.
Turcilingos ſive Scyros. Paulus Diaconus Odoacro ſubjectos
refert Herulos, Turcilingos, & Rugorum partem. Jornandes
eidem *genere Rugo* (ſub quo nationis nomine tacitè etiam popu-
lus comprehenditur) Turcilingos, Scyros, Herulos addicit: ali- 771.
bi Odoacrum Turcilingorum & Rugorum Regem nominat. Ita-
que communiùs ſynonimi locò Scyris nomen Turcilingorum
applicatur *vid. cap. XIV. §. 9.*

454. §. 3. Poſt mortem Attilæ, dum filii ejus inter ſe de diviſio- 759. a.
ne regnorum contendunt, populi, in quos dominatum Attila
ſumpſerat, excutiendi jugi occaſionem arripiunt, Hunnos præ-
lio fundunt, & ad litus Pontici maris fugant: ſedes dein ſuas
partim in terras per Hunnos poſſeſſas, partim & in alias Roma-
no juri adhuc vindicatas, cum conſenſu Marciani Imp. transfe-
runt. Rugis Bizis & Archadiopolis in Thracia ſpeciali: Scyris, 759. b.
Satagariis, & cæteris Alanorum Scythia minor, & Mœſia infe-
rior

A.Chr. rior obtigit. Intelligendum id ubique de parte tantùm horum populorum, quia pars alia in ſedibus prioribus manſit. Vid. App. Num.

§. 4. Oritur nunc quæſtio, ubi locorum ſederint hæ nationes, antequàm cum Attila in Galliam irrumperent? ſanè ad latus ſedium Hunnicarum, id eſt circa Pannonias aut Daciam ſeu Transſylvaniam eſſe debebant; vix enim credibile eſt, gentes eas primùm in ipſa expeditione Attilæ ex longinqua patria eorum Oceani ſeptentrionalis acceſſiſſe. De Rugis ex Procopio ſcitur, eorum habitationem trans Danubium inter Granuam, Tibiſcum, & Carpaticos montes fuiſſe, *vid. cap. XVI.* §. *10.* Ibi locorum ergo & Scyri, & Satagæ, & cæteri Alanorum commorati ſunt, quoniam de aliis viciniis Hunnorum compertum eſt, eas ab aliis populis inſeſſas fuiſſe. *vid. cap. XXIV.* §. *11.*

§. 5. Altera quæſtio eſt, ex quibus ſedibus prioribus gentes illæ in has ſedes Hunnis vicinas advenerint? De Scyris & Satagis Jornandes dubium tollit, quoniam eos nationi Alanorum 759. b.
ſub Duce Candace adnumerat. De Alanis in prima eruptione Hunnorum Ammianus Marcellinus ſic memorat: Igitur Hun- 657. a.
ni (circa A. 370.) pervaſis Alanorum regionibus, quos Greuthungis confines Tanaitas conſuetudo nominavit, interfectiſque multis, & ſpoliatis, reliquos ſibi, concordandi fide pacta, junxerunt, eiſque adjunctis, confidentiùs Ermenrichi latè patentes & uberes pagos repentino impetu perruperunt bellicoſiſſimi (Gothorum) Regis &c. Ergo Alani hi, ſeu Roxolani, ad inferiorem Boryſthenem in vicinia Gothorum (ùt *cap. XIV.* jam dictum) ſedebant, & Hunnis à primordio eruptionis ſuæ in Gothos ſe ſociabant: conſequenter quoque iidem Alani, & inter eos Scyri, & Satagæ, Hunnis ad Daciam & Pannonias progreſſis, ſemper ad latus lares ſuos figebant; quorum receptioni autem nulla alia regio aptior eſſe poterat, quàm quæ malè tum cohærenti Quadorum Reipublicæ eò usque paruerat. De Rugis dubium manet, an etiam illi olim jam in Sarmatia circa Mœotidem ſederint, & Hunnos ad Danubium ſecuti fuerint? an verò illuc immediatè ex patria primæva cis-Viſtulana Germanica ſe contulerint? quidquid autem ſit, hiſtoriam id non alterat, ſed ſufficit ex Procopio conſtare, Rugis ſub Attila ſedes in vicinia Hunnorum fuiſſe.

§. 6. Poſt mortem Attilæ, & expulſos Hunnos, nec Rugi, nec Scyri, nec Satagæ, ſedibus ſuis ſub Attila obtentis affixi manſerunt, ſed alias ſedes quæſiverunt; ratio mutationis videtur fuiſſe gravis vicinia & dominatus Herulorum, utpote quorum mos erat, gentes finitimas tributo ſibi ſubjugare.

469. §. 7. Satagæ etiam inveniuntur in interiore Pannonia. De 763.
alia parte Pannoniæ id accipi nequit, niſi circa fluvii Arrabonis ſuperiorem partem, è latere orientali Cetiorum montium; quoniam reliquam Pannoniam Gothi poſſidebant.

472. §. 8. Scyri priore anno à Gothis, quibus fœdere, eòque 765.
(ùt præſumendum, & Gothis mos erat) clientelari nexi erant, ex

A.Chr. ex inſtinctu Suevorum deficientes, ſed graviter cæſi, hoc anno via. App.
ad internecionem fermè delentur. Habitabant Scyri *in vicinia* Num.
Gothorum & Suevorum ſupra Danubium: itaque tam trans Danubium 767.
in veteri Nariſcorum terra versùs Thuringos tunc temporis &
Suevos, quàm cis Danubium in parte Norici Ripenſis versùs Go-
thos Pannoniam obtinentes. 763.

§. 9. Scyri has ſedes non acceperant tempore diviſionis
Regnorum Attilæ de A. 454. ergo tunc pars, quæ in Thraciam
non tranſiit, manſit in vicinia Herulorum in antiquis ſedibus:
ſed eas brevì pòſt ad dominatum Herulorum evitandum mutâſ-
ſe, & potiùs Gothis quàm Herulis ſubeſſe voluiſſe videntur.

§. 10. Rugi bello Suevorum & Scyrorum contra Gothos 766.
impliciti, ergo vicini quoque Gothis erant. Inde reſultat no-
vum argumentum confirmans eorum ſedes in Hungaria hodierna
ſuperiore inter Granuam, Tibiſcum, & Carpaticos montes;
Noricam enim viciniam Scyri adhuc tenebant; Tibiſci inferio-
ris ſedes, usque ad Granuæ influentiam in Danubium, Jazy-
ges nunquam dereliquerunt; ergo Rugi cum Herulis terras alias
non, nisì veterum Quadorum, manſioni ſuæ apertas habere po-
terant.

474. §. 11. Gothi omnes excedunt Pannoniâ; pars nempe ſub 769.
Videmiro Rege in Italiam, & mox inde in Gallias: pars altera
ſub Theodemiro Rege in Illyricum orientale versùs Conſtanti- 779.
nopolim. Jam ergo opportuniſſima ſeſe Rugis offerebat occa-
ſio, dominatum Herulorum, ſinè formidine alterius Gothici ju-
gi, effugiendi. Unde hoc tempore Rugi in exciſorum ſocio-
rum ſuorum Scyrorum ſedes, ab Herulis ſejunctas, commigra-
vêre. Sic intelligendus eſt Procopius dicens: Herulos poſt cla- 783.
dem de A. 493. *regionem olim à Rugis, qui in Italiam cum Gothorum
exercitu conceſſerant, habitatam* ingreſſos, ibi conſtitiſſe; voluit
enim Procopius dicere, Herulos regionem ingreſſos eſſe olim ha-
bitatam à Rugis, qui brevi poſt Gothorum emigrationem, cum 795.
Odoacro in Italiam conceſſerant, quia Rugi cum Gothis non,
ſed duobus annis ſeriùs cum Odoacro Italiam petierunt.

474. §. 12. Pars igitur Rugorum ſedes ſuas priores in vicinia He-
476. rulorum A. 474. pars altera A. 476. deſeruit, & illa in ſedes Scy-
rorum ad Danubium & Noricum, hæc cum Odoacro in Italiam
ſeceſſit. Hujus expeditionis in Italiam cum Rugis, & Herulis,
ſocii erant quoque Scyri; unde neceſſe eſt, præter Scyros ad
Noricum A. 472. deletos, alios adhuc Scyros ad latus Herulo-
rum & Rugorum in terris quondam Quadicis ſuperſtites fuiſſe.

487. §. 13. Odoacer jam decem annis in Italia regnans, Fele- 798.
theo Regi Rugorum Danubianorum & Noricorum, filioque ejus
Friderico, ob ſibi appropriata ſpolia monaſterii S. Severini in-
fenſus, exercitum ex Italia in hos populares ſuos Rugos ducit,
Fridericum fugat, Feletheum cum uxore capit, regionem va-
ſtat, & populum maxima ex parte perimit. Poſt diſceſſum O-
doacri Fridericus, Felethei filius, ex fuga revertitur ad propria,
ſed iterum fugatur ab Aunulpho Odoacri fratre, & populus No-
488. rici, Romanus dictus, id eſt gentis alterius quàm Rugorum,

A.Chr. qui Feletheo tributarius fuerat, totus juſſu Odoacri in Italiam Vid. App. Num.
tranſfertur. De reliquiis Rugorum in Italiam ſimul tranſlatis hiſtoria S. Severini nihil refert; ſed illarum adhuc diu expôſt chartæ Eccleſiæ Paſſavienſis recordantur.

§. 14. Felethei regnum Paulus Diaconus in ulteriore Da- 796.
nubii ripa collocat; intelligendum hoc de proprio Rugorum reg-
no, quoniam hiſtoria S. Severini docet, etiam cis Danubium 797.
in Norico civitates, quanquam paucas, Felethei ditioni tributo tenus ſubfuiſſe.

CAPUT XVIII.

De Gepidis.

§. 1. GEpidas Gentis Gothorum partem fuiſſe Jornandes aſ- 563.
ſerit, eorúmque ſpecialem in nomine diverſificationem à Gothico vocabulo Gepanta, quod pigrum quid ſignificet, deducit: eò quòd in migratione ex Inſula Scanzia navis Gothos illos, unde Gepidæ prognati, vehens, alias naves aſſequi tar-
daverit. Grotius pro Gepanta legit *Gepaita*, & hoc ſenſu Gepidæ 778.
ſunt reliqui ſeu reſidui Gothorum; poteſt quidem retineri Jornandis *Gepanta*, cùm Germani æquè hodie unnützes Gebandl pro tardatione uſurpent; aſt priori derivationi ipſe Jornandes
(ùt *num. 477. a.*) favet, nominando Gepidiam linguâ patriâ 477. a.
Gepidojos, ut itaque radix *Gepaita*, vel *Gebäite* prævaleat. Hæ ſedes Gepidarum primæ extra patriam fuerunt circa oſtia Viſtulæ. Secundæ ſedes in vicinia Gothorum in Scythia. Ex his ſecundis ſedibus eodem tempore & fato Gepidæ, quo cæteri Gothi (nempe ſeculo tertio prædæ cupiditate) Danubii partibus, & Romano ſolo ſeſe infuderunt, & Trebellio Pollioni ad annum 269. Sigi-
pedes, S. Hieronymo ad finem ſeculi quarti Gepides, Procopio 644.
(& ſecundùm derivationem quidem optimè) Gepœdes, Paulo 743. b.
Diacono Gepidi, Jornandi autem Gepidæ nominantur.

451. §. 2. Cum Oſtrogothis Gepidæ inter validiſſimos ſocios At- 755. b. c.
tilæ in expeditione Gallica reperiebantur ſub Rege Ardarico.

454. §. 3. Poſt mortem Attilæ, & exortam inter filios ejus ſuper 759. a.
diviſione regnorum contentionem, ille idem Ardaricus in Hunnos primus inſurgit, & aliis gentibus jugum Gothicum junctis viribus excutiendi auctor eſt; ob quod meritum itaque Gepidæ optionem ſibi de terris Hunnicis vindicant, &, aſſenſu Roma-
norum, totius Daciæ veteris, id eſt Tranſylvaniæ, fines potiun- 759. b.
tur, nec non, ùt fœderati & amici, annua ſolennia, id eſt ſtipendia, à Romanis paciſcuntur.

472. §. 4. Cum Alamannis, Suevis, Scyris, Rugis, Jazygibus, 766.
& Sarmatis Limigantibus ſeu Slavinis, contra Gothos ipſi quoque Gepidæ, licèt origine æquè Gothi, inſurgunt: quod ùt mirum, ita ſignum eſt, Oſtrogothos ſolita ſua oppreſſione nec à

Gepi-

Digitized by Google

A. Chr. Gepidis popularibus ſuis abſtinuiſſe, adeóque univerſale odium Vid. App. Num.
omnium vicinorum incurriſſe.

§. 5. Quòd Gothi Gepidas eodem loco, ac alias nationes 845.
nulliter ſibi attinentes, habuerint, liquet ex oratione Langobardorum ad Juſtinianum Auguſtum, pro eo commovendo ad opem
548. ferendam in bello contra Gepidas; ajunt enim: ante id tempus, cùm Gothi vectigalem habuiſſent Daciam, Gepidas (Daciæ illius incolas) *potentiam Gothorum adeò reformidâſſe*, ut trajectum Danubii nunquam tentârint. Erant ergo Gepidæ vectigales ſeu tributarii Gothorum, ſicut multæ aliæ nationes.

§. 6. Oratio eadem docet: Gepidas, tanquam fœderatos & amicos Romanorum, amicitiæ hujus nomine tum ab Imperatoribus fato functis, tum à Juſtiniano ipſo, congiaria ſeu ſtipendia annis ſingulis plurima accepiſſe; ergo à tempore diviſionis Regnorum Attilæ A. 454. ubi id à Romanis paciſcebantur.

§. 7. Oratio illa itidem patefacit: Gepidas à Romanis etiam cis Danubium poſſeſſiones quaſdam, nempe celebrem quondam Pannoniæ inferioris civitatem Sirmium, in ripa Savi ſitam, dono accepiſſe, aſt tot beneficiorum immemores universâ Daciâ 844.
Ripenſi cis-Danubianâ potiri ſtatuiſſe. Colligendum hinc: Juſtinianum eodem regiminis ſui initiantis tempore, ùt Langobardis Pannonias, ita Gepidis Sirmium in finibus Pannoniæ, unà cum tractu adjacente terræ attribuiſſe, eo conſilio & fine, tum ut Langobardis & Gepidis juxta ſe poſitis gens gentem in obſervantia Romani Imperii ſinè Romanorum armis contineret, & ab auſibus ulterioribus cohiberet, tum ut utriusque hujus gentis amicæ vires Gothorum genti inimicæ opponerentur.

548. §. 8. Non fefellit hæc conſulta diſpoſitio Juſtinianum, námque dum Gepidæ occaſione poſſeſſionum Dacicarum ripenſium in Romanum ſolum excurrerent, Romanos pro libitu in ſervitu- 844.
tem abſtraherent, & præcipuè totius Daciæ Ripenſis acquiſitionem animo conciperent, inde autem Langobardi ſervitutem ſi- 846.
bi impendentem non vanè timerent, ventum ad bellum eſt, & Romani partes Langobardorum auxiliaribus copiis tuendas ſuſcepêre.

§. 9. Geſta hujus belli tempore infrà, ubi ad Langobardos 847. ſeqq.
& Hunnos perventum fuerit, recenſebuntur.

551. §. 10. Eventus belli pro Gepidis funeſtus & exitialis fuit.
Prælium grave unum, ductante Langobardos Rege Auduino, 849.
& Gepidas Rege Turiſendo, eosdem Gepidas magnum in mo-
553. dum attrivit. Prælium alterum decretorium, inter Reges jam 850.
Langobardorum Alboinum, & Gepidarum Cunimundum, ſtantibus quoque ex parte Langobardorum Hunnis, dum hi à tergo, Langobardi à fronte inſtarent, Gepidas ad incitas redegit: ita ut, Rege ſimul perempto, & regium decus in perpetuum, & terrarum jure proprio tenendarum jus amiſerint, & qui ex iis ſuperſtites manſerant, ſub jugum partim Langobardorum, in Dacia nempe Ripenſi, partim Hunnorum in Dacia propria veteri ſeu Transſylvania conceſſerint, ab eo tempore enim Hunni, qui & Avares dicti, pro pactione cum Langobardis inita, in

Digitized by Google

A.Chr. in præmium lati auxilii, totâ Daciâ veteri, quondam ſub Attila etiam à popularibus ſuis poſſeſsâ, iterum potiti ſunt. Vid. App. Num.

601. §. 11. Poſthàc nomen Gepidarum obſcurum valde eſt, & 832.
626. non niſi inter gentes Chagano Avarum ſubditas occurrit. 835.

CAPUT XIX.

De Oſtrogothis.

§. 1. DE Gothorum (in genere) origine & fatis, nec non de Veſegothorum tranſitu primùm in Italiam, & deinde in Galliam, *ſuprà cap. IX.* actum eſt. Succedit igitur nunc Oſtrogothorum hiſtoria ad Slavicas origines enodandas faciens.

§. 2. Ante Attilæ tempora & ſub Attila Oſtrogothi vel maximè circa Danubium inferiorem, ſeu circa Mœſiam & Thracias agebant, ſedes non rarò in ipſo Romano ſolo, partim cum, partim abſque aſſenſu Romanorum, ponebant, potiſſimùm tamen ſedes fixas & locum quaſi refugii trans Danubium, modò propiùs Romano Imperio in Wallachia, modò remotiùs in Moldavia ad Danaſtrum, habebant.

§. 3. Oſtrogothi Attilæ & Hunnis, ùt in direptionibus Romani Imperii ſæpe antè in Illyrico, ita in expeditione Gallica
451. cum numeroſo exercitu, Valamiro, Theodemiro, & Videmiro 755.b.c.
fratribus ductantibus, ſocios ſe adjunxerunt.

454. §. 4. Cæſis & exactis ab Illyrico ad Pontum Euxinum Hun- 759.b.
nis, Oſtrogothi cum aſſenſu Marciani Imperatoris Pannoniam inhabitandam acceperunt. Eam tres fratres ſic inter ſe diviſerunt: ut Valamir Saviam ſeu hodiernam Slavoniam: Theodemir 761.a.
Pannoniam primam ad Lacum Peiſonis, hodie Neuſidlenſem vocatum, & ad ripas inferiores Arrabonis fluvii: Videmir partem mediam inter fratres, nempe Valeriam provinciam, Arrabone, Danubio, & Dravo incluſam, nactus ſit.

455. §. 5. Attilæ filii à Ponto Euxino redeuntes, & Oſtrogothos 761.a.b.
ſub priſtinum jugum revocare tentantes, ſuper Valemirum ſolum, in Savia imperantem, irruunt, aſt illius quoque ſolius copiis coactis ſuperantur, & ad priores ſedes Ponti Euxini & oſtiorum Danubii rejiciuntur.

§. 6. Conſanguinei Attilæ Emmedzur & Ulzindur anno 759.b.
priore ſedes in Dacia Ripenſi, Pannoniæ Saviæ contermina, Romanorum benevolentiâ etiam in his & aliis partibus Romani Imperii ad recipiendos Hunnos commotâ, obtinuerunt. De 761.a.
Hunnis impoſterùm, iſtis in ſedibus, nihil auditur, ſed ſecundùm dicta capitibus præcedentibus Dacia Ripenſis partim Herulis, partim Langobardis, partim Gepidis ad inhabitandum tradita eſt; unde inferendum: Hunnos illos exercitui filiorum Attilæ, dum per Daciam Ripenſem in Saviam tenderet, ad debellandum Valemirum ſeſe conſociâſſe, ſpe autem fruſtratos, & ſimul cum Attilæ filiis in fugam actos, ſedes novas beneficiarias, ut-

pote

A.Chr. pote Gothis offenſis proximas, in poſſeſſione retinere reformi- Vid. App.
dâſſe, obindéque ad Pontum uſque fugæ ſocios exſtitiſſe. Num.

§. 7. Oſtrogothi à Marciano Imperatore A. 454. ſimul cum poſſeſſione Pannoniæ fœdus, & promiſſionem annuorum ſtipendiorum meruerant. Cùm autem Marciano A. 457. mortuo ſuc- 762.
ceſſor ejus Leo exſolutionem tardaret, cupidè illi pro more gentis, fatente ipſo Jornande Gotho ex prædis vicinorum viventis, ad deprædationes Romani Imperii provolant: cui malo au-
462. tem Leo exſolutione ſtipendiorum de præterito, & promiſſione eorundem ritè præſtandorum in futurum occurrit, & pacem cum Oſtrogothis firmat.

469. §. 8. Quæſtu itaque per arma parando ex parte Romani 763.
Imperii ſublato, Oſtrogothi in Satagas Alanicæ originis, qui in interiore Pannonia, id eſt ad latus orientale Cetiorum montium circa Arrabonem ſuperiorem & deſerta quondam Bojorum, ſedebant, arma parant; aſt, oborta irruptione Hunnorum, in hos convertunt. Meretur hìc notari, quod Jornandes dicit, Oſtrogothos ad oſtentandam virtutem cœpiſſe vicinas gentes circum circa prædari. Id ergo rei licitæ quaſi accenſebatur.

§. 9. Cum Hunnis irruperat Rex Dintzic filius Attilæ, qui Baſſianam Pannoniæ Saviæ civitatem obſidebat, & ſimul vicinias deprædabatur, cæſus autem & repulſus ad ſua revertitur, & poſthàc ab Oſtrogothis abſtinet.

470. §. 10. Quieſcentibus abhinc etiam Hunnis, aliam occa- 764.
ſionem bellandi ſpectabant Oſtrogothi, quæ & à Suevis oblata. Abduxiſſe hi dicuntur armenta ex terris Gothicis, dum ad prædationem Dalmatiarum tranſirent: invigilâſſe autem in reditum eorum Theodemirum, & cæcidiſſe Suevos ad Lacum Peiſonem ſeu Neuſidlenſem, id eſt ſub Cetiis montibus in vicinia Viennæ, & parte tunc Scyrorum habitationis, haud procul à lacu Peiſone: receptos autem eſſe Suevos in pacem & amicitiam.

471. §. 11. A Suevis vindicare ſe volentibus ſtimulati Scyri ar- 765.
ma capeſſere in Oſtrogothos prælio gravi victi ſunt.

472. §. 12. Conatu Scyrorum irrito facto, in Oſtrogothorum 766.
dominationem nimiùm quantùm affectatam conſurgit tota vicinia trans-Danubiana, ſed Oſtrogothi ſuperiores prælio evadunt.

473. §. 13. Oſtrogothi victoriæ nuper adeptæ inſiſtentes, in re- 767.
gione ſua Pannonia prima Danubium gelu concretum hyemali tempore tranſeunt, ripas ulteriores in Thuringiam veterem ad Danubium extenſam legunt, ibíque improviſi à tergo in Suevos ruunt, eóſque vincunt & vaſtant.

§. 14. Eodem adhuc anno Theodericus, octodecim anno- 768.
rum adoleſcens, Theodemiri Regis filius, collecta ſex millium manu, ſpecimen bellici ardoris edit: tranſito Danubio Slavos, Limigantes quondam dictos, circa Temeswarienſem Bannatum ſedentes, incurſat, Regem Babai perimit, & prædis actis ad ſuos revertitur.

474. §. 15. Oſtrogothi, terrarum ſuarum, deficientibus jam vi- 769.
cinorum ſpoliis, pertæſi, alias bello petere ſtatuunt: pars eorum ſub Videmiro Rege, cui fato functo ſucceſſit Videmir filius,

 Ita-

A.Chr. Italiam intrat: ſed à Glycerio Imperatore, ut Italiam ab hoſpitibus inacceptis liberaret, in Gallias dirigitur: quorſum & perveniens cum Veſegothis popularibus ſuis regiones quaſdam ibidem ab A. 412. poſſidentibus jungitur, unúmque corpus efficitur. Vid. App. Num. 749. a. 752. a.

§. 16. Theodemir cum reliqua gente Oſtrogothorum eodem tempore Pannoniâ excedit, Savum fluvium, qui limitem Pannoniæ conſtituit, tranſit: militibus, id eſt præſidiis Romanis in Dacia Ripenſi adhuc jus Romanum recognoſcente, nec non Sarmatis, nempe Slavinis è regione Daciæ Ripenſis trans Danubium ſedentibus, ſi tranſitui Savi obſtarent, bellum interminat: hócque terrore effectum conſecuto Naiſſum, hodie Niſſam, occupat, & inde in Illyricum ulterius orientale penetrat, ſedésque ibidem pactis cum Clariano Patritio nomine Imperatoris Conſtantinopolitani ablegato initis capit. 770.

§. 17. Mortuo Theodemiro filius Theodericus ſuccedit. Is quondam puer à patre in pignus pacis Conſtantinopolitanis obſes datus, & ibidem educatus, nunc verò Rex jam Gothorum ab Imperatore Zenone Conſtantinopolim evocatur, variis honori- 771.
488. bus afficitur, tandem verò dimiſſionem cum populo ſuo, & facultatem, Italiam jure beneficiario Imperatorum Conſtantinopolitanorum occupandi, & à jugo Odoacri Rugorum Regis vin-
489. dicandi efflagitans & obtinens, cum tota gente ſua in Italiam ſe transfert. Hæc Jornandes. *Procopius* autem *de bell. Goth. lib. 1. cap. 1.* Gothos Thraciæ incolas contra Zenonem rebellâſſe, obindéque hunc Theoderico, ut populum ad Italiam potiùs ex manibus Odoacri vindicandam & poſſidendam abduceret, ſuaſiſſe refert. Theodericus igitur in Italiam adveniens, Odoacrum ſi-
490. bi cum exercitu occurrentem ad pontem Sontium ſeu Goritiam, 772.
491. & in campis Veronenſibus bis, dein ad Ducam fluvium tertiò,
493. & prope Ravennam quartò cædit, demum verò inſidias molientem Ravennæ interimit. (762.)

§. 18. Oſtrogothi, licèt in Italia jam conſiſtentes, tamen gentes multas extra Italiam ſub jugo ſuo uſque ad initium belli
535. Gothici, annum ſcilicet 535. retinebant. Procopius gentes illas nominat, Dalmatas, Liburnos, Iſtros, Siſcios, Suabos, Carnios, Noricos, Dacas, & Pannones. Per Suabos intelligit partem Alamannorum in Tyroli, quam illuc receperat Theoderi- 773. b. 773. a. 852.
496. cus Rex Gothorum; reliqui enim Alamanni cum Suevis ſub ditione Francica erant, quam apertè turbare Gothi, nè & Francos inimicos haberent, non cenſuerunt. Immo Procopius expreſsè in dicto loco eximit Suabos Francis parentes à Gothorum dominatu. Procopius quoque Slavorum Charvatarum, Hunnorum Noricorum, & Bojoariorum nominetenus non meminit; unde Slavi apud eum ſub Carniis, Hunni ſub Noricis comprehenduntur: Bojoarii autem ideò inter populos Gothis ſubjectos omittuntur, quoniam jam ſaltem A. 526. poſt mortem Regis Gothorum Theoderici Francorum Imperio acceſſerant. De tribus his populis infrà ſuo loco latiùs agetur. 773. a.

CA-

Digitized by Google

A.Chr. Vid. App. Num.

CAPUT XX.

De Langobardis.

§. 1. LAngobardi illi, qui poſteà in Italia regnârunt, originem ducunt ex Scandinavia ſeu Scanzia, quæ Regna tria, Sueciam, Gothiam, & Norwegiam complectitur. Primitùs dicebantur Winuli, dein Langobardi à longis barbis, quas alebant. Alii planè erant à Langobardis Suevis, Straboni, Vellejo Paterculo, Tacito, & Ptolemæo in ſeculo primo & ſecundo jam notis, & in originaria ſua ſede Albim accolentibus, qui à longa ripenſi terra nomen traxerant. Jornandes inter populos Scanziæ recenſet Vinoviloth, qui iidem ac Winuli. Ita *in notis ad Paul. Diac. de reb. geſt. Langob. cap. 1. num. 12.* 774. 777. 448.449. 460.461. 507.777. 472.a.

379. §. 2. Langobardi Winuli primùm ſeculo quarto egreſſi ſunt ex Scanzia. Sedes illorum primæ fuerant in Scoringia, ſeu regione litorali Cherſoneſi Cimbricæ, quæ Danicas inſulas reſpicit, ubi Vandalos, his provinciis extra Vandaliam propriam quoque imperantes, vicerunt. Tranſeuntes dein Mauringiam, ſeu Mooringiam, id eſt regionem paluſtrem terrarum hodiernarum Meklenburgicarum, ſecundas ſedes in Golanda poſuerunt. *vid. cap. XV. §. 18.* Inde iterum brevì poſt in Anthabet ſeu Anthaib, mox in Bathaib, demum in Vurgundaib migrârunt. Sedes hæ in Antharum Slavorum, Batharum ſeu Gepidarum, & Burgundorum terris circa Pontum Euxinum, & Boryſthenem fluvium fuêre. 774.780. 774.777. 775.778. 779. 477.a.b.

§. 3. Langobardos quoque tranſitum Tanais tentâſſe, ex Paulo Diacono colligitur, qui eos cum Bulgaris conflixiſſe, & in eo prælio Agelmundum primum Langobardorum Regem occubuiſſe refert, cujus mors ſecundùm Proſperum Aquitanicum
423. circa A. 423. contigit: prælium igitur trans Tanaim in patria primæva Bulgarorum fuit, cùm extra hanc patriam arma eorum primùm ſeculo 6to initiante ſub Anaſtaſio audita fuerint. 775.779. 780. 799.

§. 4. Langobardi in ſedibus Sarmaticis non tantùm ſub Attilæ temporibus, ſed & aliquantò pòſt manſerunt. Cùm autem populi, qui Hunnos ſecuti erant, & haud procul ab Hunnis inter Daciam veterem, Pannoniam, montes Carpaticos, & Sarmaticos, id eſt in ſedibus quondam Quadorum, conſederant, Rugi nempe, & Scyri penitùs, Heruli verò pro parte (*vid. cap.*
476. *XVI. & XVII.*) ſedes eas evacuarent, & Odoacro Rugo, Italiam occupaturo, adhærerent, jam Gudehoc, quintus Langobardorum Rex, eam occaſionem optimam ratus, Danubio, & Romano Imperio, gentium omnium meliora ſperantium tunc ſcopo, appropinquandi, Langobardos à vicinia Boryſthenis ad Tibiſcum movet, Rugorum terras derelictas occupat, ſimul autem Herulorum ibi dominantium legi tributariæ ſe ſubdere non aſper-
482. natur, eíque in regno, ibidem terræ, ſuccedit Claffo filius. 781. 771.

§. 5.

A. Chr. §. 5. Evaſtatis per Odoacrum Italiæ Regem Rugis, qui ab Vid. App. Num.
487. A. 474. Scyrorum per Gothos (*vid. cap. XVII. §. 12.*) deletorum 796.
ſedes è regione Norici occupaverant, Tato Langobardorum Rex
ſeptimus, Claffonis filius, Langobardos ex priore Rugilandia in 777. 781.
poſtremas Rugorum ſedes è regione Norici inducit. Sub eodem
491. Rege Tatone Langobardi egrediuntur de altera Rugilandia, &
veniunt in Campos Patentes, id eſt campos Quadicos olim, hodie *Marchfeld* dictos; per triennium ibidem pace gaudent, ſub tributo tamen Herulorum. Colligendum hinc: quòd Heruli Campos Patentes, olim Quadicos, pro parte ditionis ſuæ habuerint, itaque omnem antiquam Quadiam, excluſâ ſolâ hodiernâ Moraviâ, ſuo juri & imperio vindicaverint.

493. §. 6. Heruli ex pura libidine vicinos opprimendi Rodulfum Regem ſuum ad bellum cum Langobardis cogunt, & exercitum in Campos Patentes Langobardorum inducunt, prælio inito autem, maxima ex parte, & cum Rege ſuo, perimuntur, reliqui fuga dilabuntur, & amplius Regem ſuper ſe non habuerunt. 783.

497. §. 7. Tato Rex Langobardorum victoriâ ab Herulis reportatâ non diu lætatus eſt; irruit námque ſuper eum Wacho ſeu Vaces, filius germani ſui Zuchilonis, & eum ab hac luce privavit. 842.

§. 8. A Tatone ſecundùm Paulum Diaconum relictus erat filius Hildechis, qui contra Wachonem regni invaſorem confligens, ſed victus, ad Gepidas confugit, ibique ad finem vitæ uſque permanſit. Aliter hæc recenſet Procopius ſcriptor coævus: nepotem Wachonis (abſque dubio ex patris ſui Zuchilonis fratre, Rege Tatone, itaque filium Tatonis, qui ſaltem Wachone mortuo à populo, utpote hæres legitimus, ad regnum revocari debuiſſet) nominat Riſiulfum, hunc exilio mulctatum, & ad Varnos profugum, inſtigatione Wachonis occiſum, ex filiis duobus verò, quos apud Wachonem reliquerat, alterum morbo extinctum, alterum fugâ ad Slavinos ſervatum eſſe. Hunc vocat Ildisgum, & alibi, nempe *de bell. Goth. lib. 4. cap. 27.* Ildigiſalem; unde dubium eſſe nequit, quòd is Ildigiſal Procopii idem cum Hildechi Pauli Diaconi, adeóque nepos deſcendens ex Tatone, non filius, fuerit, nec tunc fugerit ad Gepidas ſed Slavinos; & confundere videtur Paulus filium Tatonis Riſiulfum, qui prælio Wachonem depellere tentans exilio damnatus ad Varnos fugit, cum Ildisgo ſeu Hildechi nepote, qui ad Slavinos ſe recepit. 841.

522. §. 9. Audoin, Regis pueri Walthari tutor, puero hoc repentè per morbum oppreſſo, Rex fit: Langobardos dein ex Campis 841.
526. Patentibus in Pannoniam Danubio tantum ſeparatam ducit. Ju-
527. ſtinianus Imperator Langobardis, novis in Romanum Imperium advenis, Pannoniæ munitiones & civitatem Noricum, id eſt Vindobonam cedit & donat. 843. 846.

548. §. 10. Bellum, finium causâ, inter Langobardos & Gepidas 846.
oritur. Hac occaſione Ildisgus ſeu Hildechis apud Slavinos exulans, cum numeroſa Slavinorum manu, & cum Langobardis, 841.
qui

A.Chr. qui ſe ei adjunxerant, ad Gepidas ſe contulit, ac ſperabant Ge- Vid. App.
pidæ fore, ut illum in regnum inducerent. Num.

§. 11. Romani auxiliaribus copiis adjuvant Langobardos 846.
contra Gepidas, Herulorum Gepidis junctorum catervam ſternunt, aſt Gepidæ hoc terrore moti cum Langobardis bellum pace dirimunt, quo intellecto Romani recedunt.

§. 12. Pace hac facta extemplò Audoin à Gepidis, tanquam 841.
amicis, Ildisgum repetiit. Hi tradere nolentes hominem hortati ſunt, ut inde, quocunque vellet, evaderet. Nullâ is interpoſitâ morâ cum ſuis, ac nonnullis Gepidis voluntariis, ſeſe ad Slavinos ſecunda vice retulit.

§. 13. Ildisgus in Italiam à Slavinis profectus, Totilam, 841.
Gothóſque adire inſtituit, armatorum 6. millia ſecum habens. Agrum ingreſſus Venetum, cum obvia Romanorum manu, quam Lazarus ducebat, conflixit, eâque in fugam actâ, multos occidit. Nec tamen ſe admiſcuit Gothis, ſed iterum *tranſito Iſtro flumine* ad Slavinos jam tertia vice conceſſit.

§. 14. Paulus Diaconus (ſtudio, ut videtur, nationis ſuæ) 842.
Langobardorum epocham à Wachone Rege uſque ad Audoinum vitio invaſionis affectam perfunctoriè valde & mutilè tractat, atque ad glorioſiora gentis, nempe ad bellum cum Gepidis, & dein ad occupationem Italiæ properat. Unde in anterioribus geſtis magis Procopii coævi & impartialis, quàm Pauli relatis inſiſtendum.

549. §. 15. Haud multò pòſt, ruptâ pace inter Langobardos & 847.
Gepidas, acies utrinque educuntur, & prælium committitur, in quo Turiſmodus Turiſendi Gepidarum Regis filius ab Alboino Audoini Langobardorum Regis filio occiditur, & pars exercitûs Gepidarum perit. Secutæ hoc prælium induciæ biennales, ut interea temporis controverſiæ amicè dirimi poſſint.

551. §. 16. Finitis induciis abſque compoſitione diſſidiorum, 849.
bellum iterum exardet. Ad illud Romani diverſas copias auxiliatrices pro parte Langobardorum ſub diverſis Ducibus deſtinaverant, ex quibus autem tantùm pars ſub Duce Romano, Amalafrido, natione Gotho, Langobardis ſe junxerat. Langobardi cum Amalafrido Gepidarum fines ingreſſi, Gepidas vincunt.

553. §. 17. Tertium prælium decretorium, quo Gepidarum ex- 850.
hauſtæ vires, commiſſum eſt, Langobardis, & Hunnis ſociis in Gepidas è diverſo, id eſt Langobardis à fronte & è regione Danubii fluvii, Hunnis verò à tergo ſeu ex parte Carpaticorum montium, ruentibus, atque totum fermè Gepidarum exercitum proterentibus, occiſo quoque Cunimundo Rege; ita ut Gepidæ ab hoc tempore Regem ultrà non habuerint, ſed reliquiæ ſub jugum partim Langobardorum, in Dacia ſcilicet Ripenſi cis-Danubiana, partim Hunnorum in Dacia transdanubiana veteri miſſi ſint.

§. 18. Ex hiſtoria hujus belli notandum: Langobardos 849. 850.
Romanis contra Totilam Gothorum Regem A. 551. copias auxiliares in Italiam miſiſſe, & hac occaſione primitùs Italiam viſiſſe, ejúſque aliquando adipiſcendæ fors ideam concepiſſe.

A.Chr. §. 19. Narſes Eunuchus, à Juſtino II. Imp. A. 566. Patri- Vid. App. Num.
567. ciatu Italiæ peſſimo conſilio privatus, in vindictam evocat Lan- 851.
gobardos ad occupandam Italiam.

568. §. 20. Langobardi, Pannoniâ ſociis ſuis Hunnis ceſsâ, cum 851.
tota gente ſua in Italiam ſe transferunt; eodem anno, & tempore jam autumnali, ineunte indictione ſecundâ, cœpêre præ-
569. dari ad Vincentiam, Veronam, &c. in Italia; In autumno verò ſequente, & inchoatâ jam indictione tertia cœperunt dominari in Italia.

CAPUT XXI.

De Slavinis & Anthis.

§. 1. SArmatas, qui ex terris trans-Tanaiticis advenientes, ſeculo tertio, ſub Claudio II. Imp. cis Danaſtrum ad ſeptentrionem Tranſylvaniæ, dein verò ſub Probo in Bannatu Temesvarienſi ad meridiem Tranſylvaniæ, nec non in parte Walachiæ conſederunt, & ab inſeſſis Romani Imperii limitibus Sarmatæ *Limigantes* dicti ſunt, proprio nomine diſtinctivo cum Jornande *Slavini*, alii verò eorundem populares, qui ad Ponti Euxini litora, & Danubii ripas poſtremas, ſe converterunt, *Anthæ* impoſterùm nominari deberent, ſed ſcriptores ea nomina promiſcuè uſurpant.

451. §. 2. Inter Attilæ ſocios in expeditione Gallica, nec Hi- 755. c.
ſtoria Miſcella, nec Sydonius ſcriptor planè coævus, Sarmatas
ullos memorat; econtrà Jornandes, ſeculi ſequentis ſcriptor, 755. b.
Sarmatas inter auxiliares copias Romanorum contra Attilam expreſsè numerat. Sarmatarum, qui extra Romanum Imperium, & in confiniis ejus ſederint, tria tunc erant genera: Jazyges è regione Pannoniæ Valeriæ: Slavini è regione Pannoniæ inferioris, & Mœſiæ ſuperioris: Anthæ è regione Mœſiæ inferioris. Jazyges in meditullio quaſi Hunnorum, inter Pannoniam & Daciam veterem, habitabant: Anthæ, ſedibus ad pontum Euxinum captis, in manus Gothorum inciderant; Anthæ igitur aliud, quàm quod Oſtrogothis Romanorum tunc inimicis, Jazyges, quod Hunnis placeret, velle non poterant.

§. 3. Slavini econtrà, tum pluribus Romanorum beneficiis (*vid. cap. XI.*) affecti, facilè ad opem ferendam, & vicem reddendam commoveri valebant, tum quoque Hunnorum aut Gothorum metu haud magnoperè diſtinebantur; terra enim eorum Romanæ ditioni Mœſiacæ quaſi continens, intermediante tantùm Danubio, tam diu in tuto locata erat, quoad Romanæ res illic non interiiſſent. Unde judicandum eſt, ſocietatem armorum contra Attilam Slavinis deberi, niſi dici velit, Slavis Charvatis, in ſolo Romano & ſub ditione Romanorum ſedentibus, adeóque caſtra Romana ſubjectionis lege ſequentibus, nomen auxiliarium copiarum impropriè attribui.

§. 4.

Digitized by Google

A.Chr. §. 4. Alii populi Romanis vicini, Heruli, Langobardi, Gepidæ, Gothi, Hunni, Alani, Suevi, Alamanni &c. ùt ſuprà competentibus locis jam dictum, ſimul ac ab infeſtatione Romani Imperii ceſſare ſponderent, & fœdus reciperent, à Romanis annuas penſiones in præmium exigere ſolenne habebant. Nullum tale beneficium autem Slavini unquam appetiiſſe leguntur, quod, ùt optimo conſilio factum, ita eventu optimo non caruit: námque hoc modo nec Romanis nimis arctè obſtricti, nec populis aliis de novatione ſuſpecti, neutri parti inviſi reddebantur, atque libertate ſua & quiete imperturbatè gaudebant. Vid. App. Num.

§. 5. Mirum certè alioquin fuiſſet, quomodo populus is inter tot turbines bellorum Hunnicorum, Gothicorum, aliorúmque, fermè medius, ſedibus ſuis non evulſus fuerit, ſed potiùs in diverſas ampliſſimas gentes diverſis in ſedibus excreverit.

§. 6. Slavini hi Romanis fœderati, poſt Attilæ mortem, & pulſos ex Illyrico Hunnos, non tantùm priſtinas ſedes ſuas con-
454. ſervârunt, ſed partim etiam in Romanum ſolum commigravêre; 759. b.
atque ſedes ſibi datas ad caſtrum Martenam in Illyrico, id eſt in Norico tanquam parte Illyrici magni, ad civitatem hodiernam Mahrburg, in ripa Dravi fluvii, inter populares ſuos Charvatas A. 334. jam illic ſuſceptos, incoluêre, qui ex tunc unum corpus effecti, & nomine diſtinctivo utriſque communi Charinorum (quaſi Charnorum) & Charvatarum appellati ſunt, de quibus *cap. ſeq.*

472. §. 7. Hoc tempore Slavini trans Danubium ſedentes, à 766.
cauſa communi aliorum populorum trans-danubianorum contra Gothos, nimiùm quantùm inquietos, raptui ex vicinis populis deditos, & dominationem undique affectantes (*cap. XVII.* §. *8. cap. XVIII.* §. *4.*) ſeſe disjungere non poterant: alt ſuperior contra omnes hos populos evaſit fortuna Gothorum, & illi prælio cæſi ſunt.

473. §. 8. Theodericus, 18. annorum adoleſcens, Theodemiri 768.
Gothorum Regis filius, Conſtantinopoli, ubi obſes fidei Gothorum fuerat, recentiſſimè redux, & alti quid ſpirans, ex ardore juvenili, inſcio patre, cum ſex millibus virorum emenſo Danubio, in Regem Sarmatarum Slavinorum Babai, pacato jam prioris anni diſſidio nihil hoſtile exſpectantem, irruit, eum incautum & imparatum adoritur, & interimit, terram ejus vaſtat, Singidonum dehinc civitatem (quam Babais, victo, ùt vult Jornandes, Romanorum Duce Camundo, in poſſeſſionem acceperat) invadit, & capit, eámque non Romanis reddit, ſed ſuæ ſubjugat ditioni. Ex his relatis clarum fit, ſedes Slavinorum ſub Rege Babai fuiſſe trans Danubium, & è regione Singiduni, id eſt hodierni Belgradi, ergo in Temesvarienſi Bannatu. Unde quoque ulteriùs ſequitur, Slavinos in his ſuis ſedibus, ſeculo tertio finiente obtentis, uſque huc, nihil officientibus motibus Hunnicis, immotos permanſiſſe.

474. §. 9. Minuentibus ſe jam vicinorum ſpoliis Gothi partim 769.
in Italiam, partim in Orientem migrant. (*cap. XIX.* §. *15. 16.*) 770.
Theodemir cum parte ſua Gothorum in Illyricum orientale, Thra-

A.Chr. Thracias, & Macedoniam tendens, Savum fluvium tranſit, & Naiſſum, hodie Niſſam, in Dacia tunc cis-Danubiana occupat. Vid. App. Num.
Hæc via commonſtrat, Savum, ut montana ei incumbentia evitarentur, in vicinia Sirmii, itaque haud procul à Slavinorum regione trans-danubiali, tranſitum eſſe: ſicut & eandem viam per
489. Sirmium Theodemiri filius Theodericus, A. 489. cum tota gente ad Italiam poſſidendam perrecturus, relegit. 771.
Dum ergo A. 474. ante primum Savi tranſitum, militibus, & Sarmatis, ſi impedimento eſſent, bellum interminabatur, per milites intelliguntur præſidia Romana Mœſiæ ſuperioris ſeu Daciæ Ripenſis, & per Sarmatas Slavini Danubio tantùm diſcreti; id quod iterum confirmat, Slavinos in Temesvarienſi Bannatu ſediſſe.

§. 10. Gothi, licèt in Italiam jam translati, dominatum tamen priorem Illyricarum gentium non dimiſerunt, ſed potiùs 773. b.
quasdam gentes, quibus anteà non imperabant, ſub jugum noviter traxerunt. Gentes illas Gothis ſub initium belli à Romanis moti, id eſt A. 535. ſubjectas recenſet Procopius: Dalmatas, Liburnos, Iſtros, Suabos (id eſt Alamannorum partem in Tyroli, *ùt num. 773. a. & 852.*) Siſcios, Carnios, Noricos, Dacas, & Pannones, ergo totum Illyricum Occidentis ſuo juri, quà Italiæ poſſeſſores, aſſeruerant, Illyricum autem Orientis Conſtantinopolitanorum Imperatorum juri, utpote à quibus Italia ipſis in beneficium ceſſa erat, reſervaverant. Sub Carniis comprehenſi erant Slavini, qui ibi terrarum A. 334. & A. 454. ſedes ceperant. Aſt Sarmatis ſeu Slavinis trans-danubianis nullum gentium à Procopio memoratarum nomen convenit, obindéque illi, ùt priùs à Romanorum, ita tunc à Gothorum imperio immunes perſiſtebant.

530. §. 11. Procopius ad annum quartum Imperii Juſtiniani ex- 801.
currit in præteritum tempus querelis ſuis de invaſionibus Hunnorum quondam, nec non Antharum, & Slavinorum, aſt tempus ſpecificum non addit, atque in aliis hiſtoriis anterioribus de Hunnorum tranſitu Danubii multa, de Slavorum verò perrara reperiuntur teſtimonia. Tempus id præteritum (*vid. cap. XV. §. 3.*) alio in loco Procopius de ordiente Imperio Juſtiniani declarat; aſt ibi *Antas Sclavenorum accolas* ſolos de invaſione notat. Porro dum Romanorum Dux Chilbudius copias Romanas trans
534. Iſtrum, itaque hoſtiliter, traduxiſſet, & à populis trans-danubianis opprimeretur, jam hos populos Procopius ſimpliciter Slavinos vocat, atque hoc nomine quaſi generico totius nationis Slavicæ utitur. Sanè Chilbudium Procopius ipſe Thraciarum Magiſtrum militum dicit, cui vicini Anthæ, non Slavini in ſpecie ſic dicti, ſaltem Amicenſes, longè abhinc ad Mœſiam ſuperiorem ſedentes, erant, adeóque his niſì extra ſedes ſuas vagis, nihil commune cum Anthis facilè eſſe poterat. Meliùs ergo pau- 801.
lò poſt ad A. 545. ſolos Anthas invaſores Thraciæ nominat, quin & Slavinos à conſortio Antharum abſolvit, dum inter hos ipſos
545. bellum actum, & Anthas à Slavinis victos eſſe aſſerit.

547. §. 12. Ad annum decimum tertium belli Gothici apertiùs 804.
jam ſe prodit Procopius, quòd Slavinorum nomen tanquam generi-

A. Chr. nericum Slavicæ gentis uſurpet, dicit enim, Slavinorum co- pias, trajecto Iſtro flumine, totum Illyricum, Epidamnum uſque, fœdè vaſtâſſe, obvios occidiſſe, vel in ſervitutem abegiſſe, & caſtella regionis illius plurima nemine reſiſtente cepiſſe. Continuat dein Procopius irruptiones recenſere ad ſubſequentes annos. Inde autem liquet, irruptiones eas adſcribendas eſſe Anthis, non Slavinis ſpecificè ſic dictis. *vid. infrà* §. 14. vid. App. Num.

548. §. 13. Bellum inter Langobardos & Gepidas, quod in ſextum annum, intercedentibus tamen biennalibus induciis, protractum eſt, multum lucis ad dignoſcendas res Slavinorum affundit; præcipuè verò notari meretur hiſtoria de Ildisgo, vero & legitimo, aſt per tyrannidem Wachonis excluſo, & apud Slavinos exule Regni Langobardorum hærede, quæ videatur *ſuprà cap. XX.* §. 8. *ſeqq.* Ildisgus is, inſidias Wachonis invaſoris metuens, ex regno Langobardorum ante annum 515. dum adhuc Langobardi in Campis Patentibus olim Quadicis degerent, ad Slavinos confugit: anno 548. autem, nato inter Langobardos jam in Pannonia exiſtentes & Gepidas bello, ad Gepidas, ſpe regnum, illorum ope, recuperandi ſe contulit: at, pace eodem anno initâ, ſpe ſua fruſtratus, & dum ejus extraditionem Langobardorum tunc Rex Audoin à Gepidis, ùt amicis, peteret, iterum ad Slavinos ſe recepit: quin & tertia vice, poſtquam à Slavinis excurſionem cum manu militari in Italiam feciſſet, aſylum ſuum apud eosdem Slavinos repetiit. Nulla à Procopio mentio fit, quòd Audoin extraditionem Ildisgi æquè apud Slavinos quæſierit; inde igitur colligendum venit, primò: Slavinos populum ſejunctum, & ſub ſua lege liberum, nullíque vicino populo obnoxium fuiſſe, obindéque nec Wachoni, nec Audoino conſultum viſum, poſtulando Ildisgum repulſæ ſe exponere. 2dò genti Slavinorum ex receptione & tutamine Ildisgi etiam tunc civilitatis & hoſpitalitatis laudem deberi.

549. §. 14. Hoc anno, rupta pace prioris anni, prælium primum inter Langobardos & Gepidas committebatur; ulteriores autem hoſtilitates pactis biennalibus induciis ſuſpendebantur. *vid. cap. XX.* §. 15. Hunc primum congreſſum *Procopius lib. 4. cap. 18.* 847. per modum connexionis recenſet; *Lib. 3.* autem *cap. 38.* jam præ- 805. miſerat, quæ eodem anno 549. à Slavis Anthis patrata erant: nempe Slavinos (ùt ille vocat) cum exercitu *Danubium*, dein *Hebrum fluvium tranſiiſſe*, pòſt autem exercitu in duas partes diviſo bifariam contra Romanos, ſcilicet in Thraciis, & in Illyrico, egiſſe, Romanos utrique exercitui diviſo occurrentes viciſſe, & in fugam conjeciſſe, his peractis Thraciam omnem atque Illyricum impunè vaſtâſſe, multa utrique caſtella obſidione cepiſſe, & demum cum captorum multitudine domum reverſos eſſe. Interim hìc notandum: Slavos poſt tranſitum Danubii, & quoque Hebri, exercitum diviſiſſe partim versùs maritima Thraciarum, partim versùs mediterranea Illyrici. Neceſſe igitur erat, hos Slavos Danubium circa Thracias, non verò circa Mœſiam ſuperiorem tranſiiſſe, quoniam, tranſeundo hìc loci, pro diripiendis mediterraneis Illyrici, nullo modo Hebrum fluvium Thra-

A.Chr. cias permeantem accedere opus habuiſſent, ſed partem exerci- Vid. App. Num.
tûs in via ipſa ad Thracias, quæ alia non eſt, quàm per mediterranea, reliquiſſent, & cum parte altera tantùm ulteriùs in Thracias & ad Hebrum fluvium proceſſiſſent. Sequitur ergo, exercitum hunc non Slavinorum ex parte Mœſiæ ſuperioris, ſed Antharum ex parte Thraciarum fuiſſe.

550. §. 15. Hoc anno induciæ erant inter Langobardos & Gepidas. Quoniam verò Gepidæ in auxilium ſibi deſtinaverant Hunnos Cuturguros cis Pontum ſedentes, hi immaturè, & non- 848.
dum finitis induciis, cum duodecim millibus advenientes, ad prædandum intereà ſolum Romanum à Gepidis diriguntur, quos autem Juſtinianus, excitando Uturguros, alios Hunnos trans Pontum, ab Imperio Romano avertit, ita *Procopius lib 4. cap. 18.* Pro eodem anno autem idem *Lib. 3. cap. 40.* refert geſta Antha- 806.
rum hæc: Slavi cum catervis, quantis nunquam anteà, ad Romanos fines progreſſi, trajecto Danubio, Naiſſum venerunt, conſilio Theſſalonicam petendi, hoc verò per interceptos prodito, & bene inſtructa defenſione Theſſalonicæ, iter versùs Theſſalonicam cœptum abrumpunt, &, omnibus Illyrici montibus ſuperatis, Dalmatiæ mediterraneæ, unà cum nova Slavorum manu, quæ illos ſecuta erat, ſeſe infundunt. Non deerat ſuſpicio, Slavos multâ pecuniâ in Romanos à Totila pellectos & immiſſos eſſe. *Diviſis tripartitò copiis*, toti Europæ damna graviſſima intulerunt, non curſim populabundi, ſed perinde, acſi in ſuis eſſent finibus, *ſinè ullo hoſtium metu hibernantes*; quanquam Romanus exercitus Salonis in Dalmatia maritima, adeóque in vicinia, æquè hyemem tranſigeret.

551. §. 16. Finitis induciis Langobardi Gepidas jam ſecunda vi- 849.
ce, & acerrimo prælio fundunt. Slavi eodem anno, ad Adria- 807.
nopolim, Thraciæ mediterraneæ urbem, Romanos acie vincunt, vexillum Conſtantiani Ducis capiunt, Aſticam regionem populantur, & ad muros longos diei itinere Byzantio diſtantes perveniunt: ſed pars eorum exercitûs ibidem cæditur, recepto magno captivorum Romanorum numero, & vexillo quoque, quod antè amiſſum erat. Reliqua pars Slavorum cum reliqua præda domum revertitur.

553. §. 17. Tertia pugna decretoria inter Langobardos & Gepi- 850.
das, quâ horum regno finis impoſitus, commiſſa eſt. *vid. cap. XX. §. 17.* In hoc anno finit Procopius hiſtoriam belli Gothici, & nihil de Slavis memorat.

§. 18. Ex dictis à §. 13. usque huc colligendum nunc eſt: non potuiſſe Slavinos, ſi etiam ſedes priſtinas in Temesvarienſi
547. Bannatu & parte Walachiæ cis-Alutenſi hucusque tenuiſſent, in
549. magno numero adeſſe expeditionibus eis, quas gens æquè qui-
550. dem Slavica, ſed nomine diſtinctivo Antharum propriè veniens, in Romanum ſolum ſuſceperat. Conſiderandus imprimis ſitus: is Gepidis in Dacia veteri, ſeu Tranſſylvania, & Langobardis in Pannonia intermedius erat. Conſiderandæ quoque circumſtantiæ temporum, quòd uterque populus in armis contra ſe fuerit. Anno 548. acies utrinque educebantur, aderant Langobar-

A. Chr. gobardis Romani auxiliares, & cædebant ſocios Gepidarum Herulos. Anno 549. primum comittebatur prælium à Langobardis ipſis. Anno 550. quidem erant induciæ, ſed gens Cuturgurorum à Gepidis in Romanum ſolum immittebatur. Anno 551. bellum prælio altero vel maximè refervebat. Anno 553. prælium deciſivum & pro Gepidis internecivum ſubſequebatur. Quis itaque crederet, Slavinos (ſi eo in ſitu tunc adhuc erant) inter hos bellicos motus utriusque viciniæ, tam incurios rerum propriarum fuiſſe, ut iis derelictis ad prædam aliarum terrarum excurrerent? nunquid enim Langobardi occaſionem prætermiſiſſent, ſeſe de Slavinis vindicandi, eorúmque terram viribus deſtitutam ſubvertendi, eò quòd Ildisgo regni Langobardici proco, ad Gepidas hoſtes Langobardorum ſe conferenti, manum militarem addiderint, & ſpe irrita facta refugium apud ſe præſtiterint? nunquid Romani, qui Langobardis A. 548. & 551. cum exercitu aderant, ſuis & Langobardorum ſociorum copiis pollentes, à Slavinorum ruina ſibi temperâſſent, ſi hi prædationis in Romano Imperio rei, & nec domi fuiſſent? Vid. App. Num.

§. 19. Præter hæc argumenta autem alia adhuc ſuadent, deprædationes Romani ſoli ab A. 545. non Slavinis ſpecificè ſic dictis, ſed Slavis Anthis adſcribendas eſſe. Secundùm dicta *ſuprà cap. XVI. XVII. & XX.* Quadicas terras, Moraviâ hodiernâ exceptâ, poſt Attilæ tempora, ſeu poſt ſeculum quintum medium, non Quadorum populi, ſed Rugi, Scyri, Heruli, & Langobardi obtinebant, & ſuperſtes Quadorum veterum progenies, montibus Moravicis incluſa deliteſcebat, atque in theatro bellorum circa ſe excitatorum nuſpiam prodiiſſe legitur. Secundùm infrà dicenda, omnis hiſtoria Moravica & Hungarica abundè teſtatur, ſeculo ſeptimo novum Moravorum regnum multò potentius & latius, quàm unquam anteà antiquum Quadorum regnum, evaſiſſe: illúdque maxima ex parte in natione Slavica, & ſub Regibus è Slavorum genere, conſtitiſſe. Hujus novi regni incrementum primum, nec citiùs nec multò ſeriùs, quàm circa tempus tranſitûs Langobardorum ex terris olim Quadicis trans Danubium, in terras Pannonicas cis Danubium, id eſt circa annum 526. collocari poteſt. Hanc occaſionem Moravi, ſi reinvaleſcere cupiebant, omittere haud poterant, nec omiſerunt, ùt teſtatur potentia eorum ſeculo ſubſequente. Tam vaſtas terras autem, Langobardorum abitu vacuas, gens ſola Moravica ex ſe replere nequibat: unde gentibus quoque vicinis, optima voluntate Moravorum, ſubintrandi locus dabatur. Ex parte ſeptentrionis & Occidentis ſedebant novellæ adhuc Reſpublicæ, illinc Slavorum Lechitarum ſeu Polonorum, hinc Slavorum Czechiorum ſeu Bohemorum; uterque hic populus ſuis coloniis firmandis & ampliandis ſat terrarum in propinquo habebat, ut deducendis aliis coloniis anſa defuerit. A meridie omnis gens ad Noricum ſedens, Bojoarica, Slavica Charvatica, & Hunnica, in maximo motu erat, ſedes ſuas versùs Italiam & Rhætias promovendi, ita ut à tergo deſertas Langobardorum ſedes ſimul occupandi, & vires ſuas bifariam diſtrahendi, nec deſiderium

eſſe

A.Chr. eſſe potuerit. Supererant ergo ex partibus orientalibus trans-danubianis Sarmatæ Jazyges, & Slavini. Utraque hæc natio quondam amiciſſima erat Quadis, & fatorum communium ſocia, ideóque præ aliis omnibus acceptabilis. Jazyges inter Moravam & Granuam fluvios nec olim nec hodie, ſed inter Granuam & Tibiſcum reperiebantur & reperiuntur, ùt ſatis ipſis viſum fuerit, ſedibus priſtinis integrè, remotis aliarum gentium turbinibus, frui. Slavini ſolo Tibiſco à Jazygibus ſeparabantur, cúmque his terras adimere contra fœdus priſtinum fuiſſet, tranſire eos, & terras ultra Granuam petere neceſſe habebant. Vid. App. Num.

§. 20. Non tota autem natio Slavinorum ſimul & ſemel ſedes priores Temesvarienſes & Walachicas reliquit, ſed pars ibidem ſubſtitit. Utrumque, nempe migratio Slavinorum in ſedes vacuas Langobardicas, & retentio ſedium priorum per partem populi, ex Jornande, teſte coævo, qui hiſtoricam narrationem ſuam uſque ad geſta anni circiter 545. deduxit, & A. 551. 473. a. c.
ſcripſit, ſat adſtruitur. Slavinos is ponit ab Aluta fluvio uſque ad Danaſtrum, & inde ſub montibus Carpaticis & Sarmaticis uſque ad fontes Viſtulæ; ergo Slavini, adhuc pro parte, id eſt Picenſes, inſiſtebant Walachiæ, tanquam ſedi priſtinæ, & pro parte, Amicenſes nempe ex Temeſienſi regione, migraverant in terras olim Quadicas, inter Granuam, Danubium, & Moravam fluvios, nec non montes Carpaticos ſeu Sarmaticos.

545. §. 21. Procopius diſtinctione inter Slavinos & Anthas ultimo loco utitur *lib. 3. cap. 14.* ubi, excepta digreſſione ad præte- 801.
ritum occaſione cæſi à Slavis Chilbudii, Romanæ militiæ Ducis, de anno undecimo belli Gothici agit, & dicit: poſteà inter Antas & Sclavenos orto diſſidio, res ad manus & pugnam venit: quâ ab hoſtibus Antæ victi ſunt. &c. Sub idem tempus Antæ, facta in Thraciam irruptione, Romanorum illic degentium multos expilârunt, & in patriam abripuerunt captivos. &c. Anno igitur 545. Anthæ in terras Slavinorum in Temesvarienſi Bannatu & Wallachia adhuc ſedentium, animo illos ſibi ſubjugandi, irruperant: ſed Slavini & montibus arduis defenſi, & viribus non deſtituti, alacriter Anthas exceperunt, & à finibus repulerunt.

§. 22. Hæ itaque inimicitiæ Antharum, jam Bulgaris noviter ad Danubium progreſſis ſeſe ſociare parantium, & aliæ inſuper inter viciniſſimos ſibi Langobardos & Gepidas, ob commixtas utrorumque poſſeſſiones extra regna propria in Dacia Ripenſi ſeu cis-danubiana, propediem exarſuræ, documento Slavinis eſſe poterant, tutas ſibi ampliùs ſedes inter tot inquietos vicinos non fore. Unde veroſimillimum eſt, non totam quidem gentem Slavinorum, ſed potiſſimam eorum partem, Amicenſes nempe, in Temeſienſi regione ſedentes, trans Jazyges, in terras à Langobardis quondam poſſeſſas, emigrandi, & popularibus ſuis ibidem jam (ex particularibus, & minoribus prioribus migrationibus poſt A. 526.) conſiſtentibus, ad novam

Rem-

A.Chr. Rempublicam à motibus ingruentibus immunem condendam, Vid. App. Num.
ſeſe adjungendi conſilium cepiſſe.

§. 23. Huic mutationi ſedium convenit hiſtoria Ildisgi Langobardi. Ildisgus hic ante annum 515. Wachonis tyrannidem effugerat in Slavinos, adhuc tunc ſedibus priſtinis ſe continentes. Tutum hoc aſylum omnino erat à violentia Langobardorum, æquè in prioribus ſedibus, nempe Campis Patentibus, longè à Slavinia diſſitis commorantium. Anno 548. econtrà, dum Langobardi à veteri Slavinia Danubio tantùm ſegregarentur, nec Ildisgo ſpe ſua apud Gepidas fruſtrato, adeóque ad Slavinos redeunti, nec Slavinis conſultum fuiſſet, eodem loco, quo anteà, aſylum petendi, & præſtandi; de Langobardis enim, qui victores ſemper contra Gepidas evasêre, & à Romanis, nec non demum ab Hunnis, adjuvabantur, præſumi non licebat, id Slavinis, ſi viciniſſimi adhuc coluiſſent, inultum relicturos, quòd Ildisgum manu militari inſtructum ad Gepidas hoſtes Langobardorum miſerint. Fugerat ergo Ildisgus ſecunda vice ad Slavinos jam à Langobardis remotos, & in longinquiore regione conſiſtentes.

§. 24. Omnia igitur, quæ in hiſtoriis ab A. 545. de Slavinis in genere dicuntur, Slavinis ſpecificè ſic dictis (ſaltem Amicenſibus) non, ſed Slavis Anthis, & ad ſummum parti Slavinorum Picenſi, in Walachia remanenti, attribuenda ſunt: nec enim Slavinorum Amicenſium, jam in terris Quadicis ſedentium, utpote à Romano Imperio (proùt tunc, teſte ipſo Procopio, coarctatum erat) totâ Pannoniâ & Norico ſeparatorum, 485. b. 843. 844.
ullum commercium cum Romanis, qui nunquam Pannoniam & Noricum receperunt, ſilentibus hiſtoricis, interceſſit, nec facilè intercedere poterat.

§. 25. Inter jam relata de Anthis comprehenſa eſt eorum migratio, non quidem totalis, ſed partialis, in terras cis-danubianas Dalmatiæ mediterraneæ, & Pannoniæ Saviæ. De his cis-Danubianis Anthis *cap. XXIII.* agetur.

§. 26. Hìc ſupereſt, ANTHARUM, qui trans Danubium remanſerant, & Avarum imperio adhæſerant, fata in ſeculum octavum uſque ex *Theophane*, aliiſque *Græcis ſcriptoribus*, proſequi. Prænotandum autem: ab iisdem ſcriptoribus, ad exemplum Procopii, Slavos omnes, tum Anthas ad Mœſiam inferiorem, tum Slavinos Picenſes in Walachia ad Mœſiam ſuperiorem & Daciam Ripenſem ſedentes, quoniam poſt ſeculum ſextum medium ſub unum dominatum Chagani Avarum coaluerant, nomine generico *Slavinos* compellari, abolito quaſi vocabulo ſpecifico Antharum; unde Slavini ubique pro Anthis intelligendi ſunt.

559. §. 27. Hunni & Slavi cum maximis copiis in Thraciam irruunt, variáque loca diripiunt, & capiunt; territi autem coacto Beliſarii exercitu, & armatura navali in reditum eorum in Danubio parata, libertatem ad ſua remeandi petunt, & obti- 809.
582. nent. Circa quartum Imperii Tiberii Conſtantini annum centum ferè millia Slavinorum in Thraciam irruperunt, & Thraci- 819.

Digitized by Google

A.Chr. am multáſque alias regiones prædati ſunt. Chaganus Slavino- App. Vid. Num.
584. rum gentem ad Thraciam invadendam armis inſtruxit, quæ au- 822.
592. tem à Comentiolo Duce Romano repulſa. Chaganus pacta tri- 825.
buta augeri à Cæſare contendebat, cui cùm aures non darentur,
continuò bellum molitur, & Slavinis bonum numerum paran-
dorum actuariorum ad Iſtrum trajiciendum indicit. Imperator
593. Mauritius Priſcum, cum Romanorum copiis omnibus, ad Iſtrum 826.
flumen ablegat, ut Slavinorum gentes amnem trajicere molien-
tes impediret. Priſcus Iſtro trajecto Ardagaſti regionem deva-
ſtat, & hoc ſucceſſu audentior factus interiores Slavinorum par-
tes penetrat, magnam ſtragem edit, & Muſigium Regem vivum
comprehendit.

594. §. 28. Priſcus iterum Danubium occupavit. Imperator 827.
Mauritius dein exercitum Romanum in Slavinorum terris hyber-
nare jubet; exercitus renuit, oppoſitum ſibi Barbarorum exer-
citum, hoſtilis & infeſtæ regionis periculum, & intoleranda fri-
gora cauſatur; Priſcus tamen ſuavibus verbis militem ad hy-
596. bernandum ibidem flectit. Sub novo exercituum Rom. Præfe- 828.
cto Petro, Mauritii Imp. fratre, mille Romani in ſexcentos Sla-
vinos ad Marcianopolim in Thracia prædantes incidunt, eóſque
597. cædunt. Petrus porro trajecto Iſtro contra Peregaſtum Slavi-
norum Præfectum expeditionem ſuſcepit, infelici ſucceſſu, qua-
598. re & poteſtas Ducis ei ab Imperatore adimitur. Priſcus receptâ 829.
exercituum præfecturâ trans Iſtrum ſupra Novas ſuperiores (er-
go in vicinia Orſovæ, in terra trans-Danubiana Chagano pa-
rente) prædas agit.

600. §. 29. Priſcus educto exercitu Singidonem (prope hodier- 831.
num Belgrad) versùs proficiſcitur, Chaganus autem collectis vi-
ribus in Mœſiam inferiorem irrumpit, & Tomeam civitatem
occupare molitur; quare Priſcus, relictâ Singidone, proximus
ad Chaganum in Mœſiam accedit. Comentiolus ab Impera-
tore in auxilium Priſco miſſus, dum confligitur, ordines turbat,
Romani cæduntur & fugiunt, Barbari Thracias diripiunt. Bar-
baros peſtis invadit, & innumeram populi multitudinem extin-
guit. Demum pax concluditur, *Iſter ad Romanorum Avarúmque
fines dirimendos conſtituitur*, & tributo annuo à Romanis vicena
aureorum millia adduntur.

601. §. 30. Comentiolus versùs Iſtrum acie educta pacem cum 832.
Barbaris initam ſolvit; re accepta Chaganus copias colligit, &
Romanas provincias invadit, filios autem ſuos cum exercitu ad
tutandas proprias terras relinquit. Quatuor prælia facta ſunt:
primum cum exercitu filiis Chagani commiſſo, in Temeſienſi re-
gione, quo nocte dirempto, dein tertia die renovato, victoria
ceſſit Romanis. Secundo prælio ipſe Chaganus cum exercitu
ſeparato cædebatur. Tertio prælio, vel potiùs improviſo inſul-
tu, triginta millia Barbarorum, diem feſtum concelebrantium &
convivantium, ceciderunt. Quarto prælio atrociſſimo ad Tiſ-
ſum (id eſt Tibiſcum) fluvium, cum reſtaurato Chagani exer-
citu, Barbari magna virtute victi, & aquis ſubmerſi ſunt: cum
quibus etiam Slavinorum pars maxima interiit. Servati & ca-

pti

A.Chr. pti, obtentâ victoriâ, Avarum tria millia, aliorum Barbarorum Vid. App.
ſex millia ducenti, & Slavinorum octo millia. Mauritius Imp. Num.
602. iterum Romanum exercitum, ne ex publico commeatum præ- 833.
bere cogeretur, in Slavinorum agris hybernare jubet; milites
autem tumultuantur, & rebellione Conſtantinopolim ſerpen-
te Mauritius occiditur. Sub Phoca Romana res omnis labefa-
ctata fuit, Avaribus Occidentem, Perſis Orientem vaſtantibus,
620. quod & in annum uſque decimum Heraclii continuavit, quo 834.
demum pax cum Chagano facta eſt. Anno decimo ſexto Hera-
626. clii Perſarum Rex Choſroës Avares, Bulgaros, Slavos, Gepidas, 835.
ut cum exercitu Perſico ſub Duce Sarbara Conſtantinopolim ſi-
mul invaderent, concitavit: in Avarum exercitu aderant Sla-
vinorum auxiliares copiæ bene multæ; ſed cæſi ſtratagemate
Slavini (inter quorum cadavera Slavinæ quoque mulieres inven-
tæ ſunt) obſidionis ac moræ pertæſi in patriam revertuntur. Sub
664. Conſtante II. Slavinorum quinque millia in Aſiam commigrâ- 836.
runt, & in Apamæorum agro habitaverunt.
679. §. 31. Bulgari in Thraciam irrumpunt, Romanos, in fu- 837.
gam nullo excitante actos, ſternunt, ſedes in Thraciis circa O-
dyſſum civitatem capiunt, Slavinorum gentem illic in propin-
quo degentem in poteſtatem redigunt, partem ſuorum in eo li-
mite, qui Avares reſpiciebat, collocant, alios Romanorum fi-
nibus objiciunt, dilatatis autem hunc in modum & expanſis di-
tionis ſuæ terminis Romanæ Reip. urbes & oppida deprædari
cœperunt; ex quo Imperator Conſtantinus IV. coactus pacem
cum eis agere, & pactam annuatim pecuniam eisdem ſolvere.
Condiderunt igitur tunc Bulgari regnum ſeparatum, à Chagani
poteſtate liberum; & provincia illorum in Thraciis & Illyrico
ab eo tempore Bulgaria dicta eſt. Bulgari hi, Slavicæ originis,
& Volgæ fluvii quondam accolæ, unde & nomen ſortiti ſunt,
501. Romano Imperio primitùs innotuerunt ſub Anaſtaſio Imperato- 799.
re, dum ſponte ſua excurſionem in Illyricum & Thraciam fece-
514. runt. A. 514. Vitalianus Tyrannus eos inter copias ſuas in
539. Thracias induxit. A. 539. jam ſub duobus regibus Rempubli- 802.
cam ſuam formaverant, & duabus turmis grandibus in Scythi-
am minorem, ad extremum alveum Danubii & Mœſiam inferi-
orem, arma inferebant. Hinc patet ſitus eorum, quem & Jor-
nandes expreſsè confirmat: ſedebant nempe tunc, unà cum Hun- 474.
nis A. 454. poſt mortem Attilæ ex Pannonia profugis, ad Mœ-
otidem & Pontum Euxinum. Poſt ſeculum VI. medium Chaganus
Avarum tam Hunnos Cuturguros ad Pontum, quàm Bulgaros
ibidem, nec non Slavos ad Danubium, in ſuam poteſtatem re-
634. degit; cui autem Unnogunduri, id eſt, Hunni Cuturguri, & 836.
Slavi Bulgari, ſub Duce Cubrato A. 634. (*vid. cap. XV. §. 12. 13.
14. 15. 16.*) ſe eripuerunt.
§. 32. Slavi trans-Danubiani, tam Picenſes quàm An-
679. thæ, circa tempora Bulgarorum invaleſcentiæ, ſedes priſtinas, 837.
maxima ſaltem ex parte, dereliquiſſe, in terras cis-Danubia-
nas tranſiiſſe, & ſub Bulgarorum popularium ſuorum poteſtatem
688. conceſſiſſe videntur. Juſtinianus II. in Bulgariam (jam ſic no- 838.

 mi-

Digitized by Google

A.Chr. minatam) & Thraciam eduxit exercitum, & ex Slavinorum gentibus circa Theſſalonicam degentibus, partim bello, partim deditione, in poteſtatem acceptis, immenſum numerum, in Opſicianam Aſiæ regionem tranſtulit, ex eiſque triginta millia armatorum elegit, quos populum ſeu militem peculiarem (græcè λαὸν περιούσιον) nuncupavit. Juſtiniano ei in Imperium reſtituendo Terbelis Bulgarorum Rex, cum omnibus Bulgarorum & Slavorum copiis, adjutor fuit: unde apparet, Slavorum quondam trans-Danubianorum reliquias nunc Bulgaris popularibus junctas fuiſſe. Vid. App. Num. 692. 705. 839. 840.

CAPUT XXII.

De Slavis Charvatis ſeu Croatis.

§. 1. DE Slavinorum in ſpecie ſic dictorum, ſeu, ùt aliter
334. quoque vocabantur, Limigantium migratione ex Dacia antiqua trans-Danubiana in Romanum Imperium, ad confinia Italiæ, & terras, quæ nunc Croatia & Carniolia vocantur, nec non de ſubſequa migratione Czechi & Lechi cum parte po-
374. puli ex noviore hac patria Croatica in Bohemiam, jam actum eſt ſuprà *cap. XI. XIV. XV.* Hìc nunc agendum de ſtatu & conditione populi illius, qui poſt receſſum Czechi & Lechi terris his affixi, & ſub poteſtate Romanorum manſerunt. Poſt mor-
454. tem Attilæ, & fugam filiorum ejus ex Pannonia ad Pontum Euxinum, accrementum Croatis Slavis acceſſit ex popularibus ſuis trans-Danubianis. De veritate migrationis hujus in Romanum ſolum dubitare non ſinit Jornandes, qui dum Gepidas ſibi jure 759. b.
victoriæ terras Hunnorum trans Danubium in Dacia vindicâſſe, Gothos autem Hunnorum eorundem cis-Danubianas terras ſeu Pannoniam à Marciano Imperatore petiiſſe, & obtinuiſſe, retuliſſet, tertio ſtatim loco ſubjicit: Sauromatæ verò, quos Sarmatas diximus, & Cemandri, & quidam ex Hunnis, in parte Illyrici ad caſtrum Martenam, ſedes ſibi datas coluêre.

§. 2. His ipſis verbis Jornandes LOCUM, quò Sarmatæ illi collocati ſint, tripliciter connotat: in parte nempe Illyrici: ad caſtrum Martenam: & ubi Hunni ſimul ſuſcepti. Hæc omnia conveniunt ſedibus, quas Sarmatarum horum populares jam ab A. 334. in confiniis quatuor provinciarum Romanarum, nempe Dalmatiæ, Italiæ, Norici, & Pannoniæ, tenebant. Hæc confinia erant in parte *Illyrici magni*, ùt quod præter Dalmati- 541.
as, aliáſque terras, etiam Pannoniam & Noricum comprehendebat. Hoc Illyricum latè ſumptum Jornandes intellexit, non verò ſpecificè ſic dictum, utpote quod Dalmatiæ nomine apud 759. b.
eum venit. Porro cùm Sarmatæ Slavini in parte Pannoniæ, 764.
Norici, & Carnorum, ſedes ceperint, Jornandes illud ſolum no-

A.Chr. nomine generali Illyrici, quod omnia comprehenderet, appellare voluit. Caſtrum *Martena* latinæ derivationis à Marte non, ſed Germanicæ à *Mahr* vel quocunque ſimili vocabulo, eſſe videtur, & rectè convenit civitati hodie adhuc Mahr-burg dictæ; *Burg* enim caſtrum eſt, *Mahr* Martenæ compellationem ſervat, neutiquam à Muhr fluvio deſcendentem, cùm Mahr-burg non ad Murum ſed Dravum cubet. *Hunni* à clade & fuga reſidui poſteris temporibus alibi in Illyrico non, niſi in confiniis Pannoniæ & Norici ad Murum & Arrabonem fluvios, itaque haud procul à Mahrburg, & demum in toto Norico intra Anaſum fluvium, inventi ſunt. Hunc ſitum teſtantur Hiſtoriæ Hungarorum, & itidem Bojoariorum. Omnis hiſtoria Hungarica loquitur: Aladarium Attilæ filium, ex matre Germanica ſuſceptum, non cum aliis fratribus Hunnicæ ſolius propaginis Hunnicam olim patriam repetiiſſe, ſed patriæ, quæ ipſi ex patris dominatione & matris origine obtigerat, inſtitiſſe, atque ei tum Germanos, tum (ùt habent hiſtoriæ Hungaricæ) *paucos* Hunnos, cæteráſque reliquias exercitûs Attilæ adhæſiſſe. Pauci Hunni hìc intelligendi de paucis primoribus Hunnorum, qui cum reliquiis exercitûs Attilæ Hunnicis & Germanicis Aladario impoſterùm principi habendo acquieverint, & novam Rempublicam, Romanorum ſuperioritati ſeſe ſubdentem, auſpicati ſint; pauci etenim univerſim eſſe non poterant, qui 54. annis pòſt, nempe A. 508. ſejunctum à Romanis, aliiſque gentibus, regimen, in toto Norico infra Anaſum, & in parte quoque trans-Danubiana Auſtriæ hodiernæ inferioris, nec non in parte extima Pannoniæ, Cetiis montibus contigua, ubi quondam ſub Bœrebiſta Dacorum Rege Boji veteres ſederant, orſi ſunt.

Vid. App. Num.

759. d. 968
857. 858.

§. 3. Ad LIMITES Gothicarum, Hunnicarum, Slavicarum ſedium dignoſcendos obſervanda ſunt tradita Jornandis ſequentia: *Cap. 50.* Pannoniam, quæ Gothis ceſſit, circumſcribi Mœſia ſuperiore, Dalmatiâ, Norico, & Danubio, & primam civitatem ejus eſſe Sirmium (Mitrovitz ad Savum) extremam, Vindominam ſeu Vindobonam. *Cap. 52.* Ex hac Pannonia obtigiſſe portiones fratribus Regibus Gothorum, Walamiro inter Scarniungam (Dravum) & aquam nigram (Savum) fluvios, itaque Pannoniam inferiorem ſeu Saviam: Theodemiro juxta lacum Pelſodis (aliter Peiſonis, hodie Neuſidler See) itaque maximam partem Pannoniæ primæ: Widemiro inter utroſque prædictos fratres, itaque maximam partem Valeriæ. *Cap. 53.* Inter vicinas Gothis gentes ſediſſe Satagas in *interiore Pannonia* (prope Hunnos tunc, ad latus Cetiorum montium) contra quos Gothi ad oſtentandam virtutem arma moverint. *Cap. eod. 53.* Hunnimundum (Chunimundum, qui Gibuldo ſucceſſerat ùt *num. 796.*) Suevorum Regem, dum ad prædandas Dalmatias regionem Gothorum tranſiret, armenta Gothorum in campis errantia abegiſſe, direptis Dalmatiis autem in reditu ad lacum Pelſodis, id eſt in Auſtria hodierna inferiore inter Cetios montes & lacum Neuſidlenſem, repentinè nocte intempeſta ſeu media oppreſſum & captum eſſe: nec non Scyros tunc temporis ſupra

454. 759. b.
761. a.
469. 763.
470. 764.
471.

Digitized by Google

A.Chr. pra Danubium, id eſt tam trans Danubium in hodierna parte Vid. App.
Auſtriæ versùs Bohemiam, quàm cis Danubium in parte Norici Num.
Ripenſis, habitâſſe. Ex his colligendum: 1mò. Gothi non poſ- 765.
ſederunt totam Pannoniam ab Occidente, quatenus ea ante Attilam ad Noricum & Cetios montes usque extendebatur, ſed in has partes Cetio proximas, à Muro fluvio incipiendo, Romani reſiduos ſub Aladario Attilæ filio Hunnos, morigeram & pacificam vitam ſpondentes, ut hoc pacto aliquam ſaltem portionem Pannoniæ ab Attila poſſeſſæ retinerent: ſupra has Hunnorum ſedes verò, in reliquo latere Cetiorum, Vindobonam versùs, Cemandros, qui iidem cum Satagis eſſe videntur, collocârunt. 2dò. Gothi neque poſſederunt totam Pannoniam à meridie, quatenus ea in ævo Ptolemæi, ad Japydes usque Liburnis & Illyridi ſeu Dalmatiæ ſpecificæ accenſitos, excurrebat: ſed illuc, intra Murum nempe & Savum, inter Arcaragantes jam ab A. 334. ibi ſedentes, Romani Sarmatas ejusdem cum Arcaragantibus generis poſuerunt. 3tiò. Per Dalmatas, quos deprædati ſint Suevi *vicini*, Jornandes intelligere debuit modò dictos Arcaragantes Sarmatas, qui Vindelicis & Rhætis, ſub generali nomine Suevorum ſeu, ùt Procopius eos vocat, Suaborum com- 764.
prehenſis, vicini erant, non Liburnos, non Dalmatas ulterio- 773. b.
res, inter quos & Vindelicos ac Rhætos magna diſtantia intercedebat.

§. 4. Quousque Hunni A. 454. confinia Pannoniæ & Norici habitaverint, indicem meliorem habere non poſſumus, quàm poſſeſſionem in ſubſequis temporibus ſeculi ſexti ad A. 508. dum & ipſi, & Slavi, & Bojoarii, ſedes eò usque anguſtiores in alias partes ſibi proximas dilatarent. Secundùm hiſtoriam Boicam Slavi à Muri dextra ripa in fontes usque Muri, Dravi, & Savi, 857. 858.
in Occidentem: Hunni à ripa ſiniſtra Muri per totum Nori- 868.
cum infra Anaſum, in Septentrionem, ſe extenderunt. Hiſtorica hæc traditio fide digna eſt, quoniam hodie adhuc, à Muri 415. a.
dextra per omnem illum tractum à Slavis antiquis occupatum lingua Slavica perſeverat. Si ergo Hunni ſeculo ſexto inchoante non niſi ad Murum usque coluerint, nec quoque ſeculo quinto vergente aliam poſſeſſionem ceperunt.

§. 5. Hinc etiam jam ad tempora priora inferendum venit, Hunnos quidem (*vid. cap. XXIV.* §. *4. 5. 6.*) Pannoniæ poſſeſſionem A. 378. armis cœpiſſe, & ab A. 401. tacito, ab A. 427. autem expreſſo conſenſu Romanorum continuâſſe: aſt tota hæc poſſeſſio de Pannonia usque ad Murum fluvium, quoad hic ſpeciali alveo procurrit, poſt ejus conjunctionem verò cum Dravo, etiam ad Savum fluvium usque accipienda eſt; & in hac eadem extenſione, excepto latere Cetiorum montium, Gothi Hunnis A. 454. ſucceſſerunt. Hanc Pannoniam Hunnicam S. Hieronymus (*vid. cap. XIV.* §. *34. 35.*) intellexit, dum patriam ſuam *Dalmatiæ Pannoniæq; confinium* vocavit; patria enim illa Arcaragantium erat inter Pannoniam Hunnicam Muro fluvio terminatam, & Dalmatiam propriè ſic dictam, ad dextram Savi à Japydibus & Liburnis ordientem.

§. 6.

Digitized by Google

A. Chr. §. 6. Hæc de loco migrationis. De STATU hujus coloniæ Vid. App. Num.
Slavicæ civili haud ambigendum eſt, ditionem omnimodè ab
ipſo initio ad Romanos ſpectâſſe. Num autem forſitan ditio ea
ab Hunnis, præcipuè ſub Attilæ invaleſcente dominatu, inter-
verſa fuerit? dubitationi quidem aliquis, aſt negationi potior
locus eſt. Videatur *caput XXIV.* §. 4. *& ſeqq.* ibi deductum: Hun-
nos, inſtigantibus & ſociis Gothis, cum Romano Imperio A. 378.
inimicè, dein verò, poſtquàm Gothi A. 380. à ſocietate per pa-
cem abſtracti, & A. 382. iterum in Romanum ſolum in Thra-
ciam recepti eſſent, amicè egiſſe, háncque amicitiam usque ad
450. mortem Theodoſii Imperatoris, ad ſpeciem ſaltem, aluiſſe, tunc
autem vi jam non ſimulata, & absque prætextuum exquiſito-
rum fuco, evertendis Romanis rebus inſtitiſſe. Quodſi igitur
ultimæ expeditiones Attilæ in Gallias & Italiam pro voto ceſſiſ-
ſent, absque dubio Slavi Croatæ, ùt alii Italiæ adjacentes po-
puli, utpote tantis viribus impares, & prætereà nullis munitio-
nibus aut præſidiis defenſi, exiguo aut nullo adhibito armorum
ſtrepitu, Attilæ imperio mancipati fuiſſent; quos autem præ-
maturè ſuos facere, & inde molimen ad ſummam rerum ten-
dens denudare, Attila certè haud opportunum cenſuiſſet. Non
ergo dominatus eſt Attila Slavis Croatis, ſed hi Romani Imperii
ditioni adſtricti manſerunt.
454. §. 7. Idem, & multò magis, dicendum poſt mortem Atti-
læ, quoad Romani Imperii in Occidente honor & reverentia
ſtetit. Nam etſi Gothi (ùt *cap. XIX.* §. *8. & ſeqq.*) vicinas ſibi
470. gentes in Norico, & trans Danubium infeſtarent, Carnios ta-
men, ſeu Croatas, Italiæ propinquiores, armis petiiſſe non le-
guntur; nec præſumendum eſt, illuc, nullâ acceptâ injuriâ,
impetum facere, atque violati erga Romanos fœderis notam in-
currere voluiſſe. Quodſi nihilominus ſecus quidquam contigiſ-
474. ſet, attentatum id exiguæ conſequentiæ fuit, námque Gothi
omnes brevì pòſt Pannoniâ exceſſerunt.
476. §. 8. Ab anno autem 476. jam absque dubio ditio Romana
in Croatas manum mutavit, & in Odoacrum Rugum Italiæ in-
vaſorem & Regem tranſiit; is etenim, exturbato Auguſtulo Oc-
cidentis Imperatore ultimo, totius Italiæ jure potitus, & Ra- 795.
vennæ in confiniis Croatarum ſeu Carniorum ùt plurimùm reſi-
dens, appertinentias Italiæ proximas, Rhæticas, & Carnicas,
quin & remotiores Noricas, non omnino omiſiſſe cenſendus eſt.
Dico, *non omnino* omiſiſſe, negligenter enim valde eas hábuit,
dum præſidia Romana in locis munitis, ſubtractis ſtipendiis ſo- 796.
487. litis, diffluere ſineret, & in Feletheum Rugorum Regem, qui 797.
Norici Ripenſis quoque partem obtinebat, aliam Jurisdictionem
non, niſi evaſtando Rugos Feletheo ſubjectos in Norico, & ab- 798.
ducendo in Italiam reliquum populum, Romanum dictum, exer-
ceret, adeóque Noricum quaſi pro derelicto haberet; quod idem
de Carniis ſeu Croatis, nec non de Hunnis, parti Norici & Pan-
noniæ inſiſtentibus, atque de aliis gentibus Italiæ finitimis di-
cendum: ita ut nunc fundamenta jacta ſint triplicis Reipublicæ
ſuæ

Digitized by Google

A. Chr. ſuo propemodùm jure viventis, nempe Croatarum, Bojoariorum, & Hunnorum Noricorum. Vid. App. Num.

§. 9. Odoacri Regnum in Italia ſuſtulit Theodericus Rex Gothorum. Is, Italiam ſuaſu Imperatoris Conſtantinopolitani Zenonis (*cap. XIX. §. 17.*) ingreſſus, Odoacrum A. 489. ad
489. Iſontium fluvium (Liſonzo prope Goritiam) primo, ad Vero- 772.
490. nam ſecundo, A. 490. ad Ducam fluvium tertio, A. 491. pro-
491. pe Ravennam, ubi obſidebatur Odoacer, quarto prælio vicit. De exitu hujus obſidionis refert *Procopius de bell. Goth. lib. 1. cap. 1.* ſequentia: jam annos tres Theodericus & Gothi Ravennam circumſederant fruſtra, cùm hinc Gothos obſidionis tædium, inde Odoacri defenſores penuria cibariorum ad hanc perpulit pactionem, cujus conciliator fuit Antiſtes Ravennæ: ut in ea urbe Theodericus atque Odoacer ex æquo viverent. Aliquandiu quidem manſêre pacta, poſteà verò Theodericus, detecta, ùt perhibent, fraude, quam Odoacer ipſi ſtruebat, eum doloſè ad epulas invitatum occidit. Cædes ea facta eſt, te-
493. ſte Caſſiodoro, Albino V. C. Conſule, A. 493. Hoc ergo belli inteſtini Italici diſturbio gentes ſuprà dictæ Croatarum, Bojoariorum, & Hunnorum Noricorum, ampliorem nunc occaſionem, ſeſe in libertatem aſſerendi, nanciſcebantur.

§. 10. His iisdem diſturbiis uſi ſunt quoque Reges Francici
491. ad dilatandas ditiones ſuas, quibus A. 491. Thuringos, A. 496. 794.
496. Burgundiones Galliæ, nec non Alamannos & Suevos, ultra Ly- 773. 2.
cum fluvium in Germanicis Danubii & Rheni oris degentes, adjecerunt. Theodericus Rex Gothorum, & nunc Italiæ, eam acquiſitionem Francicam impedire nequivit: Alamannos tamen in Rhætia, Italiæ proxima, ſuæ jurisdictioni vindicavit. Suevos verò intra Lycum, ſeu in Vindelicia, nec Theodericus Rex Italiæ, nec Clodoveus Galliæ, ſibi, ut invidiæ mutuæ temperarent, directè & apertè aſſerere cenſuerunt. *vid. cap. XXV. §. 11.*

508. §. 11. Hæc æmulatio inter Theodericum & Clodoveum opportunitatem maximam præbuit novis tribus Rebuspublicis Croatarum, Bojoariorum, & Hunnorum Noricorum, ſedes ſuas, ex parte Hunnorum in totum Noricum infra Anaſum & Murum fluvium, ùt *ſuprà §. 4*: ex parte Bojoariorum ab Anaſo fluvio usque ad Lycum, ùt *infrà cap. XXV*: & ex parte Croatarum à Muro fluvio usque ad ejusdem, nec non Dravi, & Savi fontes, ùt quoque *ſuprà §. 4.* proferendi. Huic extenſioni neuter Regum obſtitit, quin potiùs uterque apprimè favit: haud vana ſpe ductus, ſuam acquiſitionem fore, quocunque commodo tempore parvas illas Reſpublicas ſuo nexui illigare viſum fuerit. Nec defuit eventus ex parte Francicorum Regum: ſiquidem brevì poſt
527. mortem Theoderici Gothi, Bojoariorum res ſpontaneâ deditio- 863.
ne Francico Regno acceſſerunt.

§. 12. Ex parte Croatarum autem Regi Franciæ, nec nunc, nec longo tempore pòſt, nexus obtigit; quando autem ſub Go-

tho-

A.Chr. thorum ditionem Croatæ, & quo nexu, an clientelæ, ut videtur, conceſſerint? dubium, illud tamen ex Procopio certum Vid. App. Num.
535. eſt, *ante* tempus belli Gothici Gothos, ut aliis pluribus nationibus, ita quoque Carniis & Noricis imperâſſe. 773. b. Per Carnios intelligendi Croatæ Slavi, per Noricos Hunni, quoniam Norici Bojoarii ditioni Francorum, non Gothorum, adhæſerunt.

§. 13. Procopius porro refert: ſtatim anno primo belli 773. b. Gothici, Dalmatiam, Liburniámque omnem à Juſtiniano receptam eſſe: nihil autem ibidem addit, quando recepti ſint Iſtri, Siſcii, Carnii, Norici, & Pannones, quos initio belli (græcè dicit καθ᾽ἀρχάς, quod intelligendum, versùs initia belli) æquè Gothis ſubfuiſſe alibi dixerat. Sanè de Pannoniis conſtat, eas jam ad primordia imperii Juſtiniani, itaque novem annis ante 841. bellum Gothicum, à Langobardis occupatas, & ſive tunc, ſive paulò pòſt iisdem à Juſtiniano confirmatas eſſe, quod & ipſemet 844. Procopius tradit. Croatæ igitur ſeu Carnii vel eodem tempore, quo Langobardi Pannonias intrârunt, vel ſaltem primo anno belli Gothici, unà cum Dalmatis & Liburnis, ſub quorum laxiore compellatione Procopius hìc loci Iſtros & Carnios (æquè ut Jornandes) 759. c. 764. complecti videtur, à Gothico jugo liberati ſunt, & in Romanorum poteſtatem redierunt. Idem de Hunnis Noricis ſentiendum eſt; ita enim, ab initio belli, Gothi Romanorum armis alibi & præcipuè in Italia diſtinebantur, ut gentium extra Italiam ſub jugo conſervandarum curam gerere nequiverint.

§. 14. Fuerunt igitur Slavi Croatæ, & Hunni Norici, tempore belli Gothici Romanæ ditionis: unde quædam hìc ſubjungenda, quæ Procopius de Hunnis & Slavis, in eo bello Romanorum caſtra ſecutis, refert:
536. *lib. 1. cap. 27.* de anno ſecundo belli Gothici agens hæc habet: Advenêre Martinus & Valerianus cum mille ſexcentis equitibus, quorum plerique Hunni erant, Sclaveni, & Antæ: qui trans fluvium Iſtrum, non procul à ripa, ſedes patrias habent. (ex græco textu eſſe debet: qui ſupra fluvium Iſtrum non longè ab illius ripa ἱδρυνται collocantur) Recreatus eorum præſentiâ Beliſarius, jam hoſtem præliis fatigandum putavit. *Lib.*
537. *2. cap. 4.* ad tertium annum belli Gothici: Juſſus à Beliſario Valerianus, Hunnis ſecum eductis omnibus, in eo loco ad Tiberis ripam caſtra ponere, tum ut liberiùs equos alerent, tum ut Gothis facultas minor eſſet, longiùs à ſuis caſtris evagandi ad libitum: mandatum exequitur, Hunníſque, ubi magiſter militiæ præſcripſerat, meta-
539. tis, in urbem redit. *Lib. 2. cap. 26.* ad quintum annum belli Gothici: id (Gothum hoſtem vivum capere) ſe facilè effecturum Valerianus recepit, cùm in ſuorum haberet numero Sclavenos aliquot (ex græco textu: eſſe enim quosdam ſequacium ex gente Sclavinorum) qui ſub anguſto Saxo aut

A.Chr. virgulto quolibet obvio deliteſcere, & hoſtem quemlibet rapere conſueviſſent: hoc illos ad Iſtrum fluvium, ubi ſunt gentis ſedes, in alios Barbaros ac Romanos factitâſſe. (ex græco textu: hujúsque ſemper juxta fluvium Iſtrum, illic ſanè collocantur, ínque Romanos, ùt & alios Barbaros indicantur) *Lib. 3. cap. 22.* ad annum duodecimum belli Gothici: Tullianus, collectis illius regionis (Lucaniæ) agricolis, fauces anguſtiſſimas inſederat, ne Lucaniam hoſtes infeſtarent. Cuſtodiam conjunctè agebant Antæ trecenti, quos Tulliani rogatu ibi Joannes antè reliquerat. Etenim peritiâ pugnandi in ſalebris anguſtiiſque cunctos antecellunt hi Barbari &c. Demum Antæ virtute ſua, quam ſitus loci difficilis adjuvabat, cum Tulliani agricolis, in fugam hoſtes verterunt, affecerúntque ingenti clade. Ex his relatis Procopii, qui ipſemet, cum Beliſario, huic bello Gothico intererat, colligendum eſt: in caſtris Romanorum perpetuum quaſi tunc militem Hunnicæ & Slavicæ nationis (proùt aliorum fœderatorum populorum, Herulorum, Iſaurorum) eúmque per diverſorum ducum Romanorum, uti hìc Martini, Valeriani, Joannis, copias diſperſum fuiſſe; idem igitur hoc etiam indicat, gentem quandam peculiarem Hunnorum & Slavorum in ipſis provinciis Romanis ſediſſe; atque in ditione Romanorum extitiſſe: quemadmodùm Iſauri in Oriente, & Heruli in Occidente, & hi quidem in Pannonia ſecunda ſub protectione Romani Imperii erant. Unde inferendum quoque venit: Hunnos, *Romanæ militiæ adſcriptos*, ex Norico Hunnico, Slavos ex terra Arcaragantium inter Savum & Murum adlectos & eductos fuiſſe. Huic illationi non contrariantur notæ, duplici in loco ſuprà à Procopio adjectæ: quòd Hunni, Slaveni, & Antæ trans fluvium Iſtrum non procul à ripa collocentur, & quòd vivum hoſtem ex inſidiis rapere mos ſit Slavenorum ad Iſtrum fluvium ſedentium; ex his enim neutiquam concludendum, illos ipſos Hunnos & Slavos, qui toto belli tempore Romanorum caſtrorum *ſequaces* erant, ex partibus trans Danubium adlectos fuiſſe, ſed ex eadem tantùm gente, quæ usque tunc ultra Iſtrum *principales & potiſſimas ſedes* habuit, originem trahere, id quod omnino verum fuit. Detur autem, Procopium, quod tamen nullo modo liquet, crediſſe, eos ipſos Hunnos & Slavos, de quibus loquitur, ex trans-Danubianis exſtitiſſe; non poterat ille, multis hinc illinc miſſionibus à Beliſario diſtractus, ortum cujuslibet militis indagare: adeóque ei nec vitio vertendum foret, ſi in patrio loco Hunnorum & Slavorum Romanæ militiæ inſertorum immediato, ſub Romanæ provinciæ Noricorum & Carniorum compellatione obſcurato, erràſſet, atque patriam genericam & mediatam transdanubianam ſubſtituiſſet. Non affingenda autem eſt hæc credulitas Procopio, utpote qui alibi Hunnos Cuturguros, nec non Anthas, & Slavenos, trans Iſtrum

Marginal notes: Vid. App. Num. (beside first line); 546. (beside "dicantur) Lib. 3. cap. 22."); 801. 803. 804. 805. 806. 807. (beside last lines)

A.Chr. Iſtrum habitantes, inimicos Imperii Romani, de fœdiſſimis, iisque toto tempore belli Gothici continuatis, devaſtationibus accuſat: ita ut ex illis militem legere, Romanis certè viſum non fuiſſet. Aliud planè erat ſentiendum de Hunnorum & Slavorum progenie illa, quæ jam per ſeculi ſpatium, ab anno nempe 454. & reſpectu Slavorum multò antiquiùs adhuc ab A. 334. à conſortio gentis originariæ ſeparata, quin & reſpectu Slavorum ex diverſa ab Anthis ſpecie deſcendens, Romanos mores & animos induerat. Vid. App. Num.

§. 15. Ad finem belli Gothici ditio Romana in Slavos Croatas à Francis Regibus intercepta fuit. Huc afferenda ex *Procopio*
548. *de bello Goth.* ſequentia loca: *lib. 3. cap. 33.* ad annum decimum quartum belli Gothici: Belli hujus initio, Gothi, ut in libris dixi ſuperioribus, tota Galliæ parte, ſibi ſubdita, Germanis (id eſt, Francis) ceſſerant, illis ac Romanis reſiſtere ſe ſimul non poſſe rati. Quod ne fieret, adeò non impedire Romani potuerunt, ut Juſtinianus Auguſtus id confirmaverit. &c. Jam Gothis ac Totilâ bello ſuperioribus, Franci maximam agri Veneti partem occupârunt nullo negotio; cùm nec Romani illos arcere, nec Gothi utriſque arma inferre poſſent. *Lib 4. cap. 24.* ad annum decimum ſeptimum belli Gothici 551. ſed digrediendo ad præteritum tempus anni 548: Paulò antè Francorum Rex Theodebertus morbo obierat, cùm ſibi nullo negotio tributaria feciſſet nonnulla Liguriæ loca, Alpes Cottias, agríque Veneti partem maximam. Etenim Franci, arreptâ belli, quo Romani Gothíque erant implicitì, opportunitate, ſinè diſcrimine ditionem ſuam iis locis auxerunt, de quibus illi pugnabant. Venetorum pauca oppida Gothis ſupererant, nam Romani ma-
551. ritima, Franci cætera occupârant. *Lib. 4. cap. 26.* ad annum eundem decimum ſeptimum belli Gothici: Cùm proximè agrum veniſſet Venetum (Narſes Dux Romanus) miſſo nuntio ad Francorum Duces, qui loca illa tenebant præſidiis, poſtulavit, ut ſibi, tanquam amicis, tranſitum darent. Illi Narſeti, ſe nullo id pacto permiſſuros, reſpondent. &c. Prætextum hunc parum ſpecioſum confingunt, quòd ſecum Narſes Langobardos duceret, capitales Francorum hoſtes. Jam ergo Slavi Croatæ, per Francicos Reges Veneti territorii poſſeſſores, abſciſſi erant à Romano Imperio: & hinc *Procopius* ad annum 551. *dicto capite 26.* inter Barbaros Narſetis Caſtra ſequentes, Herulos, & Langobardos, non ampliùs Hunnos & Slavos, memorat, ſed hi ab A. 548. quaſi Reſpublicæ ſui juris eſſe cœperunt.

A.Chr. §. 16. Ab hoc tempore igitur Franci, Slavorum Croatarum Vid. App.
ſubjugationem meditabantur, & per Bojoarios ſibi jam devin- Num.
ctos id efficere, ſed abſque ſucceſſu, conabantur. Quam in
595. rem ſequentia relata hiſtoricorum faciunt. *Aventinus in annalibus Bojorum* refert. Thaſſilonem Bojorum Regulum, juſſu Chil- 861.
deberti Regis Francorum, contra Venedos, id eſt Croatas Slavos, ab Orientis ora Bojis conterminos, arma moviſſe, & Venedos ſuperâſſe: dum autem, Thaſſilone ad ſua redeunte, Venedi Francorum ac Bojorum jugum detrectâſſent, obindéque
600. duo millia Bojorum Venedos repetitim invaſiſſent, ſuperveniſſe Chaganum Regem Venedorum, & Bojos omnes, ne nuntio quidem cladis ſuperſtite, trucidatos eſſe. De utraque hoſtili invaſione conſentiens eſt *Brunnerus*; quòd autem Aventinus ex pri- 864.
ma victoria ſubjectionem ſtatim Venedorum inferre velit, ſibi ipſi contrariatur, dum Chaganum Avarum Hunnorum, ſimul *Regem Venedorum* nuncupat. Ex his relatis Boicæ hiſtoriæ colligendum eſt: Slavos Croatas, dum per Francorum occupationem territorii Veneti ab Imperio Romano avulſi eſſent, ſeſe cum Hunnis Noricis primùm, & fors etiam cum Langobardis, Francorum hoſtibus, in Pannonia ſedentibus, ab eorum exitu verò ex Pannonia A. 568. & ingreſſu in Italiam, cum ſucceſſoribus eorum Avaribus, ad tuendam communem libertatem, contra Regum Francorum, & eis addictorum Bojoariorum attentata conſociâſſe, atque ſic quoque, quoad Avarum potentia ſubſtitit, immunes à jugo Francico manſiſſe. Huc etiam pertinet,
604. quod *Paulus Diaconus* refert: Agilulfum Regem Langobardorum 889.
obſediſſe & cepiſſe civitatem Cremonenſem auxilio Slavorum,
611. quos ei Chaganus Rex Avarum miſerat. Item ex eodem Paulo 890.
Diacono dum ait: His temporibus, mortuo Thaſſilone, Duce Bojoariorum, filius ejus Garibaldus, in Agunto à Sclavis devictus eſt, & Bojoariorum termini deprædantur. Reſumptis tamen Bojoarii viribus, & prædas ab hoſtibus excutiunt, & hoſtes de ſuis finibus pepulerunt. Idem quoque refert *Aventinus*. Circa hæc tempora igitur, Sla- 874.
vi Croatæ, ſeu, ùt eos Aventinus vocat, Venedi Chariones, Francis aut Bojoariis nullatenus, Chaganis Avarum autem nexu, qui ex ſocietate & protectione paulatim in dependentiam & ſubjectionem degeneravit, adſtricti erant. Quidam tamen Slavorum, nempe qui in Comitatu Cileiæ ſedebant, ut jugum Avarum amolirentur, in protectionem Langobardorum ſeſe con- 889.
jecerunt, obindéque certam penſionem Forojulianis Ducibus Langobardicis quotannis pendebant.

§. 17. Circa eadem hæc tempora *Hiſtria*, quondam ex manibus Gothorum A. 535. unà cum tota Dalmatia recepta, & nunc uſque Romanis parens, primùm devaſtatur, dein à Slavis
599. inſidetur: *Paulus Diaconus* ait: Inter hæc (ſcilicet dum Agi- 830.
lulfus Langobardorum Rex, & unà cum hoc Avarum Chaganus, legatione tenus Reges Franciæ ad pacem & fœdus invitarent.)

Lan-

A.Chr. Langobardi, cum Avaribus & Sclavis Hiſtrorum fines Vid. App. Num.
ingreſſi, univerſa ignibus & rapinis vaſtaverunt: & alibi:
611. Hoc nihilominus anno (mortem Theodeberti II. Regis 890.
Franciæ præcedente) Sclavi Hiſtriam interfectis militibus (præſidiis Romanis) lachrymabiliter deprædati ſunt. Langobardis igitur auctoribus, utpote qui Hiſtriæ poſſeſſionem Conſtantinopolitanis Imperatoribus invidebant, & ſuæ Italicæ poſſeſſioni adjicere volebant, Avares primùm & Slavi unà cum Langobardis Hiſtros vaſtârunt, dein Slavi ſoli exitio eorum inſtiterunt, et, ùt credendum, ab eo tempore ipſi terras eas occupârunt, quas quoque Slavica natio impoſterùm ſemper retinuit. Hæc devaſtatio & occupatio autem Slavis Croatis non, ſed Dalmaticis, ſeu quondam Anthis dictis, & A. 550. Dalmaticas terras mediterraneas, animo & eventu permanendi, ingreſſis attribuenda eſt.

§. 18. De Statu Slavorum Croatarum, circa tempus, de quo hìc loci agitur, ſeculi nempe initiantis ſeptimi, ſingularia nos edocet *Fredegarius Scholaſticus*, ſcriptor Francicus illorum
624. temporum proximus. Ex ejus relatis ad annum XL. Clotharii 891.
II. Francorum Regis notanda ſunt ſequentia: 1mò. Slavos Croatas ille vocat Sclavos cognomento Winidos. Hìc reflectendum eſt ad ea, quæ alibi pluribus in locis à me dicta ſunt: Venedorum nomen, juxta tradita Jornandis, generaliter omnibus Slavis: Slavinorum verò ſpecificè Slavis in ripenſi parte Daciæ quondam Trajanicæ: & Antharum aliis Slavis, ad aquas, ſeu ad Pontum Euxinum & inferiores ripas Danubii, Danaſtri, & Boryſthenis ſedentibus inditum fuiſſe: idque ita obtinuit apud Gothicas aliáſque Germanicas gentes, & apud ſcriptores Latinos. Scriptores Græci econtrà nomen Venedorum non adhibuerunt, ſed Procopius ad initium hiſtoriæ de bello Gothico Slavos ſecundùm ſedes dictas diſtinguit in Slavinos & Antas: dein promiſcuè his nominibus utitur; & cùm Slavini, ſpecificè ſic dicti, circa finem belli Gothici, ſeſe ex partibus Danubianis Daciæ antiquæ Trajanicæ in terras olim Quadicas tranſtulerint, adeóque annalibus Romanis ſubtraxerint, jam Procopius, & omnes poſteriores ſcriptores Græci, partem Picenſium Slavinorum in Dacia Trajanica reſiduam, Anthis Slavis junctam, & Hunnorum Avarum imperio acquieſcentem, modò Antharum (quanquam raro & apud Procopium tantùm) plerumque autem Sclavenorum & Sclavorum nomine, ſinè ullo diſcrimine gentis aut ſedium, compellârunt. Deſiit ergo in uſu eſſe Venedorum nomen apud ſcriptores Romanos & Græcos: uſus autem ejus manſit apud Germanicas nationes cis-Danubianas, & apud Germanicos ſcriptores, in ſpecie verò Fredegarium. Unde *Winidi* Fredegarii non denotant gentem Slavicam illam, quæ Procopio aliiſque Græcis ſcriptoribus nota manſit, & in partibus trans-Danubianis primùm ſe tenuit, deinde quoque pro parte Danubium tranſiit, & in Dalmatiis conſedit: ſed gentem ſpecialem Slavicam, quæ ſedes trans-Danubianas du-

A.Chr. dum antè mutaverat, & confiniis Norici, Pannoniæ, & Italiæ Vid. App.
intulerat, atque ibi Germanicis populis nomine Venedorum, Num.
à Gothicis populis uſurpato, innotuerat. Hoc ergo argumentum aliis alibi adductis accedit, Fredegarii Winidos diſtinctam, ſedibus tenus, gentem à Slavis & Slavinis Romanorum & Græcorum fuiſſe.

§. 19. Secundo loco ex Fredegario notandum: ab eo Hunnos, de quibus ille agit, appellari Avaros cognomento Chunos: ſimul autem diſtingui notâ illâ ſpeciali adjectâ, quòd Chunos illos intelligat, qui ad hiemandum annis ſingulis in Sclavos veniebant: ubi addenda ratio: quoniam Hunni more patrio non urbes & vicos, ſed caſtra toto anni tempore habitabant; à quo more autem Hunni Norici recedebant, & hyeme ad habitationes Slavorum ſe recipiebant. Hinc ergo clarum eſt, quòd hiſtoriam hìc loci nectat de Hunnis in Norico & Pannonia jam inde à tempore Attilæ reſiduis, tanquam Slavorum Venedorum ſeu Croatarum ſedi proximis, non verò de Hunnis Avaribus Romanorum & Græcorum ſcriptorum, in Dacia Trajanica, alibíque trans Danubium, poſt perpeſſas varias cladium & peſtilentiæ calamitates ſuperſtitibus: quorum vires nunc, non in populo proprio Avarico, ſed præcipuè in ſubjectis ſibi Slavis, Bulgaris, & Hunnis Cuturguris conſiſtebant.

§. 20. Tertio loco notandum: ſocietatem illam, quam Slavi Croatæ ad finem belli Gothici, ut ab imminente Francorum jugo ſecuriores exiſterent, cum Hunnis Noricis, & poſt bellum Gothicum & egreſſum Langobardorum in Italiam, cum novis Pannoniæ Langobardicæ poſſeſſoribus Avaribus contraxerant, nunc in tyrannidem & oppreſſionem degeneràſſe, & tyrannidem iſtam, decreſcentibus licèt, ab A. 601. à clade tum multiplici, Avarum rebus ab Hunnis Noricis & Pannonicis continuatam eſſe. Hanc indignitatem autem diutiùs paſſi non ſunt Slavi, ſed conſilio & ope cujusdam advenæ Franci, Samonis nomine, jugum Hunnorum excutiunt, Hunnos vincunt, & Samonem Regem ſibi creant, itaque nunc in pleniſſimam libertatem ſeſe vindicant, ac Rempublicam propriis auſpiciis ordiuntur.

§. 21. Initia hujus novæ Reipublicæ perquàm celebria invidiam tum Bojoariorum vicinorum, tum Francorum, quibus hi
627. parebant, excitàrunt. Unde Dagobertus, qui à patre Clotha- 892.
rio Franciæ Rege, Auſtraſiam Francicam in terris Germanicis regendam acceperat, Bojoariis ſub hac Auſtraſia comprehenſis auctoribus, animum adjecit, ditionis ſuæ terminos in vicinos Bojoariis Slavos Croatas, & Hunnos Noricos, proferre. Ade-
629. rat occaſio, in Slavos arma movendi, eò quòd apud eos, Sa- 893.895.
monis Regis juſſu, occiſi perhiberentur & ſpoliati mercatores Francici tranſitum ibidem ab itinere Conſtantinopolitano habentes. Dagobertus igitur, jam patre defuncto Rex Franciæ, tum copias proprias Bojoariorum, & Alamannorum, ſibi ſubjectorum, tum mercede conductas auxiliares Langobardorum, in Slavos tribus exercitibus diverſim irruentibus immittit. Alamanni,
&

A.Chr. & Langobardi ſua ex parte victores exiſtunt, & prædas abigunt. Vid. App.
Bojoarii verò graviter cæduntur. Unde & victoriæ ab Alaman- Num.
nis & Langobardis obtentæ incaſſum reciderunt. Aventinus 876.
omnes tres exercitus Regulis Bojorum attribuit, & Slavos ſub
Francorum nec non Chriſtianæ religionis jugum miſſos, ubique 878.
erroneè aſſerit, *hiſtoriam Salisburgenſem* tempora non diſcernen-
tem incurioſiùs amplexus. Hiſtoria hæc circa A. 865. conſcri- 879.
pta Slavos Croatas ſeu Slavicè magis Charvatas, nomine in Ger-
maniſmum transformato, Charentanos, Charantanos, & Caran-
tanos promiſcuè appellat.

630. §. 22. Croatæ Slavi victoriâ animoſiores facti, & vindictæ 894.896.
cupidi, in Thuringiam, Francorum æquè provinciam, irruunt.
Ad Croatarum partem deficiunt quoque à Francis Slavi Sora-
bi, inter Albim & Salam ſedentes, & ipſi ſua ex parte Thurin- 898.899.
631. giam deprædantur. Deprædationes hæ ſequentibus duobus an-
632. nis continuatæ ſunt.

659. §. 23. Per triginta quinque annos, quibus Samo Rex Cro- 891.
atis præfuit, omnia proſperè cedebant, & gens ſui juris & in
libertate manebat. Ei mortuo, an & quis in regno ſucceſſerit,
per annales nihil proditum exſtat. Præſumptio autem eſt: Cro- 935.
atas, quemadmodùm ad amoliendam Hunnorum dominatio-
nem, regimine priſtino optimatum relicto, Samonem Regem,
ſeu potiùs Primatem & Belliducem creaverant, ita eo deceden-
te, & quiete à vicinis durante, ad regiminis formam primævam
regreſſos eſſe.

744. §. 24. Manſerunt res Croatarum in ſtatu hoc libero uſque
ad ſeculum ſubſequens, & ingruentem tunc novam Hunnorum
multitudinem, quæ poſtliminio omnes quondam Hunnorum an-
teceſſorum poſſeſſiones retrahere ſtatuerat. *vid. cap. XXVIII.* Hun-
ni Norici, Croatarum vicini, & nunquam locô moti, hac gen-
tis ſuæ reinvaleſcente potentiâ elatiores redditi, dominatum in
Croatas æquè ſibi reaſſerere nitebantur. Qua viciſſitudine ur-
gente, Croatæ Regis iterum creandi conſilium capiunt. Rex is
tum erat Boruth nomine. Quoniam verò impares ſeſe tantis 880.930.
Noricorum antiquorum, & advenarum novorum Hunnorum vi-
ribus ſentiebant, nunc tandem ad protectionem Francici Impe-
rii confugere neceſſitabantur. Miſſus ipſis ex regno Auſtraſiæ
exercitus auxiliaris Bojoaricus, & repulſis Hunnis, Croatæ Re-
gibus Franciæ in clientelam, obſidibus fidei Caratio Boruthi fi-
lio & Chetamaro ex fratre nepote datis, ſe dedunt. Nunc
quoque Chriſtianorum albo nomina dare incipiunt; antè verò
nec ditionem Francicam nec fidem Chriſtianam agnoverant,
quoniam hiſtoria Boruthi ad ſeculum 8vum abſolutè pertinet. 884.935.

750. §. 25. Mortuo Borutho Croatis per juſſionem Francorum 880.930.
754. remiſſus eſt pro ſucceſſore in Ducatum Caratius, & poſt hunc
774. Chetamarus, uterque jam Chriſtianus. Dein ſucceſſit Walinch. 932.
An autem Ingo, eo tempore, quo Arnon epiſcopus Salisburgen- 933.934.
785. ſis Virgilio ſucceſſit, quod A. 785. III. Idus Junias contigit, Dux
Croatarum, an Dalmatarum Slavorum fuerit? dubium, illud
autem

Digitized by Google

A.Chr. autem certum eſt, Croatas Regibus Franciæ Auſtraſiis uſque ad Vid. App. interitum ſtirpis Carolingicæ obedientes fuiſſe. Num.

CAPUT XXIII.

De Slavis Pannoniæ inferioris & Dalmatiæ, nec non de Sorabis tum Dalmatiæ, tum Thuringiæ.

§. 1. DE IRRUPTIONE ſeu tranſitu Slavorum armato ex trans-Danubianis in cis-Danubianas terras, poſt Attilæ tempora, vetuſtiſſimum eſt, quod apud Jornandem cap. 55. legitur: Theodericum, filium adoleſcentem Theodemiri Go-
473. thorum Regis, collectis ſex virorum millibus, Danubium tranſiiſſe, & ſuper Babai Sarmatarum Regem, *qui tunc, de Camundo Duce Romanorum victoriâ potitus, ſuperbiæ tumore regebat*, diſcurriſſe, & occiſo eo terram quoque ejus diripuiſſe, dein remeato Danubio *Singidonem civitatem, quam ipſi Sarmatæ occupaverant*, invaſiſſe, eámque non Romanis reddidiſſe, ſed ſuæ ditioni ſubdidiſſe. Nullum dubium hìc eſſe poteſt, per Sarmatas, qui Singidoni veteri prope hodiernum Belgradum vicini fuerint, intelligi Limigantes in Dacia veteri ripenſi, ſeu hodierna regione Temeſienſi, quondam Danubii accolas. Hac de re jam actum eſt ſuprà *cap. XV.* §. 5. hìc autem adjungendum: Occaſio ejus occupationis hæc videtur fuiſſe: Singidon limes erat Pannoniæ inferioris & Mœſiæ ſuperioris, ſeu ùt promiſcuè vocabatur, 447.485.b. Daciæ Ripenſis cis-Danubianæ; utriuſque hujus provinciæ detentio violenta apud Attilam fuit. Attilâ mortuo,
454. & Hunnis fugatis, Romani conſenſerunt, ut Pannoniam Gothi, Daciam conſanguinei Attilæ Emmedzur & Ultzindur, pacatè vivere ſpondentes, poſſiderent. Poſſeſſio iſta Daciæ per
469. Hunnos ultra annum 469. quo Dintzic filius Attilæ Pannonias 763. repetitum venit, aſt cum omnibus adhærentibus popularibus ſuis repulſus eſt, haud duravit, quoniam ab eo tempore de Hunnis circa Daciam nulla ampliùs mentio occurrit. Hanc igitur occaſionem Babai, Sarmatarum Limigantium Primas, in attribuenda ſibi Singidone, ſolo Danubio à ſedibus ſuis ſeparata, arripuit, eámque armis contra vindicias Camundi Romanorum Ducis tutatus eſt, poſſeſſione tamen hac, & vita, brevì pòſt à Theoderico Gotho exutus.

§. 2. Abhinc in hiſtoriis non legitur eruptio Slavorum, niſi primùm ad initia imperii Juſtiniani; de his autem refert Pro-
531. copius: anno quarto imperii Juſtiniani Chilbudium Thraciæ 801. Magiſtrum Iſtri fluminis cuſtodiæ præfectum fuiſſe, ut amnis tranſitu Barbari *impoſterùm* prohiberentur; addit Procopius: Jam enim ſæpe Hunni, Antæ, & Sclaveni, trajecto fluvio, Romanos peſſimè fœdiſſiméque vexârant. Recenſet dein, per tres annos Chilbudii vigilantiâ Danubium ab omni

A.Chr. ni infeſtatione Barbarorum immunem ſervatum eſſe, & Romanas potiùs copias in adverſam Barbarorum ripam excurriſſe, atque ſtrages & captivitates egiſſe: tum verò inſecuta Romano- Vid. App. Num.
534. rum incurſantium clade, & Chilbudii ipſius nece, Danubium liberæ Barbarorum transmiſſioni patuiſſe. Slavi itaque ad initia Juſtiniani ſæpe Romano ſolo arma, ſuperato Danubio, intulerunt. Anſam huic inquietudini, præter viciſſitudinem Romanis vexationibus nunc rependendam, præbebat, quòd ſub ipſis Juſtiniani initiis, liberalitate hujus Imperatoris, Slavi vicinos ſuos Gepidas Sirmienſi tractu, & Dacià Ripenſi, Langobardos 844.
Pannoniis, alios aliis poſſeſſionibus donatos, ſe autem deſpectos, & nulla parte Romani ſoli honoratos viderent; unde & illi, in confuſo tunc ob Gothicas & Francicas turbas Romanæ Reip. ſtatu, commodis ſuis & amplioribus fortunis quærendis deeſſe non cenſuerant.

§. 3. Slavi trans-Danubiani ab eo tempore, quo nece Chil-
534. budii limitem Danubii perruperant, & à libero tranſitu nec à Romanis, Gothico abhinc bello implicitis, nec à Gothis ipſis, irruptioni potiùs ad diſtrahendas vires Romanas faventibus, arcebantur; animo ſemper volvebant, ſedes ſuas pro parte ultra Danubium in Romanum ſolum proferre: quod verò ad effectum deduci nequibat, quoad Romanæ res ſuperiores Gothicis erant. Dum autem ab A. 541. novi Regis Gothici Totilæ fortunæ cre-
545. ſcerent, non tardàrunt Slavi conſilium, ſed cum multitudine 803.
Romano ſolo ſeſe infuderunt, quanquam repreſſi pro tunc ab Herulis Romanorum auxiliariis, fortuitò in eos incidentibus. Non latuit tamen Juſtinianum Slavorum propoſitum ſedium aliarum avidum: proindéque ille civitatem quondam Romanam, trans Danubium, ſeu, ùt loquebantur Romani, in barbarico ſitam, Turrim appellatam, cum circumjacentibus agris pro domicilio capiendo, additis pollicitationibus pecuniariis, obtulit: defungi hoc modó volens liberalitate, compendium Romani ſoli minimùm lædente. Aſſenſi quoque ſunt Slavi; aſt vel illi ipſi,
547. vel alii eorum populares, brevi pòſt, trajecto Iſtro flumine, to- 804.
tum Illyricum incursârunt, caſtella quoque plurima, nemine ob diſtractas alia ad bella copias reſiſtente, ceperunt, & impunè
549. quovìs penetrârunt: quin & poſtmodùm exercitus Slavorum, 805.
ex tribus tantùm millibus virorum cónſtans, & bipartitò diviſus, exercitus Romanos numero longè ſuperiores disjicere ſcivit.

§. 4. MIGRATIO autem maxima Slavorum trans-Danu-
550. bianorum facta eſt A. 550. Tunc enim Slavorum catervæ, 806.
quantæ nunquam anteà, prodierunt, & trajecto Iſtro flumine Naiſſum (hodie Nizza) venerunt. Animo ſederat, Theſſalonicam urbem petere, eámque, ùt & reliquas circumjacentes urbes obſidione capere; quo conſilio autem ob tempeſtivè illuc commotas ſuppetias Romanas irrito facto; Slavi iter Theſſalonicam versùs abrumpunt; & timore Germani, Romanæ militiæ Ducis, non auſi ampliùs in campos degredi, omnibus Illyrici montibus

Digitized by Google

A.Chr. ſuperatis, Dalmatiam mediterraneam, à Dalmatia maritima montium jugis diſſectam, intrant. Vid. App. Num.

§. 5. Circumſtantiæ hìc notabiles ſunt. 1mò. Gothi minimè erant contrarii huic migrationi Slavorum, quin potiùs, referente Procopio, non deerat ſuſpicio, Slavos *multâ pecuniâ in* 806.
Romanos à Totila pellectos & immiſſos eſſe. 2dò. Romani Dalmatiam mediterraneam jam dudum pro derelicta habuerant: idem enim Procopius Dalmatas inter populos tempore initiantis Gothici belli Gothis ſubjectos numerat; unde & Romani nunc A. 550. Slavorum ex Dalmatia mediterranea expellendorum ſolliciti non erant, ſed in Dalmatia maritima Salonis hybernantes 806.
altero vere in Italiam ad majorem ibidem belli molem properabant. 3tiò. igitur, quod Procopius dicit: diviſis tripartitò copiis Europæ damna graviſſima intulerunt, non curſim populabundi, ſed perinde, acſi eſſent in ſuis finibus, ſinè ullo hoſtium metu hybernantes, ejus eventûs reverà fuit, quòd Slavi ex hac hybernatione ſedes perpetuas ſibi in Dalmatia tunc paraverint, ubi & in hodiernum diem inveniuntur. 4tò.
551. ſubjungit quidem Procopius: in Slavos poſtmodùm ab Impera- 807.
tore egregium deſtinatum eſſe exercitum, qui eorum *partem* offenderit ad Adrianopolim urbem *Thraciæ* mediterraneam, & quanquam clade ſua, invaſerit: reſumptis autem viribus Conſtantinopolim versùs palantem inſecutus fuerit, & ceciderit; aſt de parte Slavorum vaga id ipſe interpretatur, adeóque ad Slavos, Dalmaticis noviter captis ſedibus pacificè inſiſtentes, non extendendum eſt.

§. 6. Poſthæc Slavi Dalmatæ ſub NEXU quodam Chagani
574. Avarum fuiſſe videntur. Juſſit is A. 574. dena millia ſubjecto- 818.
rum ſibi in Gepidia quondam, nunc Tranſylvania, Hunnorum Cutrigurorum trajicere fluvium Savum, & vaſtare Dal-
579. matiam. A. 579. dum Chaganus Sirmium occupare parabat, 819.
inter Sirmium & Singidonem caſtra poſuit, & fluvium Savum ponte jungere ſuſcepit, prætextu utens, ſe, non ut quicquam mali Romanis machinaretur, pontem ſtruere, ſed ut contra Slavinos expeditionem ſuſciperet, ob injuriam ſibi illatam, quòd tributum quotannis conventum, & per eas partes indictum denegarent, & legatos à ſe miſſos ſuſtuliſſent.
600. A. 600. Chaganus pacem cum Romanis feriens, atque limitem 831.
ſui & Romanorum Imperii Danubium agnoſcens, adeóque à prætenſione civitatis & tractûs Sirmienſis remittens, expreſsè nihilominus poteſtatem contra Slavinos, itaque Dalmatas, Danu-
604. bium trajiciendi ſibi ſtipulatus eſt. Porro A. 604. Chaganus A- 889.
varum Agilulfo Langobardorum Regi Slavos (utique Dalmaticos) ad ſubigendam civitatem Cremonenſem in auxilium miſit; unde eoſdem in poteſtate habuiſſe dicendus eſt.
657. §. 7. Theophanes ad annum 16. Imperii Conſtantis II. ait; 836.
Imperator in Sclaviniam expeditionem ſuſcepit, pluribúſque Barbaris in captivitatem actis, provinciam ſubegit.

Digitized by Google

A.Chr. begit. Hæc relatio de Slavinia trans-Danubiana intelligi ne- Vid. App. Num.
quit; ibi etenim Romanæ poteſtati nihil circa hæc tempora pa-
ruit. Igitur Slavi Dalmatæ à Conſtante ſubacti ſunt; concide-
rat nàmque jam tunc Avarum potentia, à qua trans Danubium 836.
Hunni Cuturguri, & Slavi Bulgari A. 634. citiùs ipſis autem,
nempe A. 624. Slavi Croatæ cis Danubium ſupra Dalmatiam 891.
ſedentes defecerant, ita ut Slavos Dalmatas Conſtantinopolitano
Imperio proximos ſub poteſtatem reducere Conſtanti facile fue-
rit.

817. §. 8. Sub Carolingicis Imperatoribus Dalmatia tota à Sla- 952. 955.
vis inhabitabatur. Qui Dalmatiam maritimam incolebant, ſub-
diti erant Imperatori Conſtantinopolitano, & Præfecto ejus,
Jaderæ (hodie Zara) reſidenti. Qui Dalmatiam Savo medio
ſubjacentem, Croatis vicinam, tenebant, Imperatoribus Roma-
nis Carolingicis Francicis parebant, & per Ducem Foro-Julien-
ſem regebantur. Pannoniæ inferiori ſeu Saviæ, à Siſcia civita- 953. 954.
te inter Savum & Dravum ad Danubium uſque, quæ hodie Sla- 955. 956.
vonia dicitur, Liudevitus Dux, Carolingicis Imperatoribus ſub-
di nolens, ideóque bello petitus, imperabat. In interioribus
Dalmatiæ erant Sorabi in parte hodiernæ Boſniæ & Serviæ, alii 956.
verò Obotriti dicti; in partibus extimis ſub Savo in reliqua Ser- 953. 957.
via hodierna Guduſcani, & alii Timotiani, Timoc fluvii Serviam
& Bulgariam hodiernam ſeparantis accolæ. Guduſcani & Timo- 953.
tiani noviter tum à Bulgaris deſciverant, & Imperatoribus Caro-
lingicis ſe dediderant. Inter Duces particulares Dalmatiæ Bor-
827. na Dux eminebat Francis ſeu Carolingicis addictus. A. 827. 957.
Dalmatæ Slavi Græcis Imperatoribus hucuſque parentes in li-
bertatem ſeſe aſſeruerunt, ſuíſque non alienis legibus vivere cœ-
perunt.

§. 9. Ad Bohemicam hiſtoriam elucidandam facit populus
567. Dalmatiæ, SORABI dictus; quoniam ex hoc populo A. 567. co- 511.
lonia in Thuringiam Bohemiæ vicinam, inter Albim & Salam
fluvios, occaſione irruptionis Avarum deducta eſt, quæ & no-
men Soraborum ibidem implantavit. Sorabos populos in Dal-
matia fuiſſe certum eſt ex hiſtoria Liudeviti, quondam Ducis
hodiernæ Slavoniæ; Adelmus enim ad A. 822. dicit: Liude- 940.
vitus, Siſcia civitate relicta, ad Sorabos, quæ natio ma-
gnam Dalmatiæ partem obtinere dicitur, fugiendo ſe
contulit. Annales Francorum Fuldenſes ad A. 823. id confir- 956.
mant in verbis: Liudevicus qui ſuperiore anno, propter
exercitum contra ſe miſſum, relicta Siſcia civitate, ad
Sorabos, qui magnam Dalmatiæ partem obtinere di-
cuntur, fugiendo ſe contulit, & iterum, cùm in Dal-
matas ad Emuhslum (Lidomislum) avunculum Bornæ
Ducis perveniſſet, dolo ipſius interfectus eſt. Porro par-
tem Soraborum in Thuringia Dalmatas vocatos fuiſſe, etiam ex
annalibus Francorum Fuldenſibus ad A. 856. & A. 880. certum 1025. 1031.
eſt. Etymologia nominis Soraborum à *Srb* ſeu *Srp*, falce, & 939. 942.

A.Chr. quæ terra tum in Dalmatia, tum in vicinia Bohemiæ, nomen id adhuc hodie retineat, videatur in Apparatu. Vid. App. Num.

§. 10. De Sorabis igitur Thuringicis hìc loci quædam ſubnectere lubet. Exierunt illi A. 567. ex Dalmatia cum Avaribus, 511. Thuringiam Francorum Regibus ſubjectam depopulaturi. Eckhardus quidem putat, eos jam excurſioni Avarum in Thuringiam de A. 561. ſe ſociâſſe: ſed verius videtur, id primùm in ſecunda irruptione de A. 567. contigiſſe. *vid. cap. XXIV. §. 25. 26.*

630. §. 11. Dum Samo Rex Slavorum Croatarum ſeu Carantanorum 894. 896. 897. exercitum ad deprædandam Thuringiam mitteret, Dervanus Dux Soraborum Thuringicorum, Fidelitati Regum Francorum renuntians, ipſe quoque Thuringiam reliquam Francicam ſua ex parte diripit, & prædicto Samoni ſe cum regione ſua tradit, id eſt in clientelam ejus tranſit.

631. §. 12. Durantibus incurſibus Soraborum Dagobertus Francorum 896. 898. 899. Rex Saxonibus tributum annuum remittit, erga promiſſam operam, cohibendi Sorabos ab invaſione limitum Francicorum Saxoniæ vicinorum, quæ tamen promiſſio effectu caruit.

632. §. 13. Continuatis adhuc Slavorum tum Croatarum tum Soraborum 898. incurſionibus in Thuringiam, Rex Francorum Dagobertus filium ſuum Sigebertum Auſtraſiis Rectorem præpoſuit, cujus induſtriâ *irruptiones refrenatæ* ſunt Slavorum. Non dicit Aimoinus, Sorabos iterum Francico Imperio ſubjugatos eſſe: ut videatur, eos ſuo jure potiùs tunc, & usque in ſeculum ſubſequens 900. vixiſſe, ac Reges Francicos non niſì comiter obſervâſſe, nullos enim motus hiſtoriæ produnt.

741. §. 14. Circa hoc tempus diverſæ familiæ Slavorum Sora- 936. borum recipi ſolebant à diverſis Eccleſiis & Diœceſibus ad incolendas terras ſub cenſu annuo, præcipuè in Diœceſi Wirzeburgenſi, nec non ad Mœnum & Radantiam fluvios. Slavorum quoque Serborum & Soraborum mentio fit in privilegiis Witze- 937. burgenſibus.

779. §. 15. Witechindus Rex Saxonum ſimul Slavis Sorabis im- 912. perâſſe videtur, impoſuit enim ipſis magiſtrum domûs filium
782. ſuum: eos quoque ſocios in prædanda Thuringia Francica ha- 940. buit.

789. §. 16. Slavi Sorabi erant in exercitu Caroli M. contra Sla- 939. vos Boreales, Wilzos dictos. Sorabi Miſniam & Luſatiam ſuperiorem incoluerunt, ac partem Saxoniæ ſuperioris ad Hercyniam.

CAPUT XXIV.

De Hunnis, & Avaribus.

§. 1. IN hiſtoria Hunnorum, ſinè qua Slavica tradi nequit, quatuor EPOCHÆ diſcernendæ ſunt: *Prima epocha* à ſeculo

Digitized by Google

A. Chr. culo vergente quarto, ſeu ab A. 373, quo Hunni Romanis primitùs innotuerunt, orditur: quæ potentiam ſubitò formidabilem, ſub Attila autem, à quo ſolus regnavit, ad faſtigium, exitio fermè Romanæ Rei imminens, elatam, aſt tranſactis usque ad Attilæ interitum octoginta annis, ſubitò iterum collapſam complectitur; & ab inde in partibus Romani Imperii non niſi in reliquiis gentis Hunnicæ, circa Murum inferiorem, & Arrabonem ſuperiorem fluvios, ſeu in Hunnorum parte, quos *Noricos* voco, ſuperſtes fuit. *Secunda Epocha* cum Hunnis, Avarum nomine pòſt primùm inſignitis, in auxilium Langobardorum contra Gepidas à Ponto Euxino evocatis, ſeculo ſexto medio invecta eſt. In hac epocha *quadruplex gens Hunnorum* memoranda venit: ſuperior nempe Avarum, ſeu (ùt *Simocatta* vocat) Pſeudavarum, apud quam poteſtas reſedit; & inferiores ſeu aſſociatæ tres: Uturgurorum, Cuturgurorum, & Hunnorum antiquorum Attilanorum ſeu Noricorum. Potentia ejus non tantùm in hos populos Hunnos, ſed & in Slavos Croatas, & Dalmatas cis Danubium, Picenſes, Anthas, & Bulgaros trans Danubium, ſe exeruit, & usque ad ſeculum ſeptimum initians crevit: exin autem cladibus variis, præcipuè de A. 601. nec non defectione Slavorum Croatarum de A. 624. Hunnorum Cuturgurorum de A. 634. & ſimul Slavorum Bulgarorum, quibus Slavi alii trans-Danubiani adhæſerant, imminuta eſt; demum verò contrariâ potentiâ tum Slavo-Moravici, tum Francici, tum Langobardici regni, fermè concidit, & circa partes ſaltem Danubii interiores, in anguſtum valdè, ſeu in Noricum infra Anaſum fluvium, coarctata, atque ex partibus trans-Danubianis ſuperioribus, Tranſſylvaniâ hodiernâ tenus, ad inferiores versùs Pontum Euxinum repreſſa fuit. *Tertia epocha* ſeculo octavo, circa annum 744. (adveniente, & in Tranſylvania primùm ſedes capiente, tum in terras regni Moravici ad Granuam fluvium usque, & in totam Pannoniam ſe extendente, atque antiquis Hunnis Noricis juncta multitudine innumera Hunnorum, ex oris Ponti Euxini & Mœotidis tum Europæis, tum Aſiaticis, itaque ex populis Hunnicis ab anteriore utraque epocha reſiduis collectâ) inchoavit, aſt eodem adhuc ſeculò A. 799. ſub Carolo M. finem invenit. *Quarta epocha* demum hodiernæ Hungaricæ inclytæ nationis propria eſt, cujus majores, teſte Abbate *Regione* coævo, ad amoliendum Turcicæ gentis Pezinatorum jugum, ſedibus ſuis in Scythia Aſiatica, Volgæ inferiori vicina (*vid. Cap. XIV.* §. *17.*) moti, itaque Hunnorum anteriorum, Ponto Euxino & Mœotidi proximorum populares quidem, ſed diverſæ ſpeciei, ex gente antiquiſſima, Simocattæ *Ogor* dicta, *Hunni Ogori*, & contractè *Hunnugari*, & Hungari appellati, Tanai fluvio tranſmiſſo, & peragrata regione Taurica, reliquaque Scythia Europæa, ad Danubianas terras A. 889. pervenerunt, & ſoli in poſterorum ſuorum generoſa, & omni bellico decore clara, his ſanè turbulentis temporibus ad inconcuſsè conſervandum Auguſtiſſimæ Dominatricis Domûs Auſtriacæ ſtatum admodùm proficua progenie perſeverant. Hìc mihi de epocha prima & ſecunda, Hunno-

Vid. App. Num. 820. 1008. 820.

A.Chr. norum nempe primævorum, & pòſt Avarum, ſermo eſt; in *capite XXVIII.* ad regnum Slavo-Moravicum neceſſariò ſimul pertractanda epocha tertia. Quartæ demum epochæ pauca quædam *cap. XXIX.* commemoranda ſunt. Vid. App. Num.

§. 2. De PATRIA antiqua Hunnorum intra Caucaſios montes, Pontum Euxinum, Mœotidem, Tanaim, & Volgam, jam actum eſt *ſuprà Cap. XIV. §. 17. 18.* Procopius refert: populos hujus regionis olim Cimmerios, dein, diviſâ eâdem inter duos fratres, partim Uturguros, partim Cuturguros vocatos fuiſſe: utroſque poſteà Mœotidem paludem trajeciſſe, Gothis cis paludem ſedes ademiſſe, Cuturguros accitis liberis & uxoribus illic conſediſſe; Uturguros verò cum parte Gothorum, Tetraxitis nempe, in patriam priorem Aſiaticam rediiſſe, & in Procopii ævum ſedes illas diverſas reſpectivè in Aſia & Europa, hinc à Cuturguris, illinc ab Uturguris, retineri. Hiſtorica igitur relata ſub Cuturgurorum, ſeu, ùt alii vocant, Cutrigurorum, vel Cotragurorum nomine, de Hunnis ad Pontum Euxinum in Europa, Uturgurorum autem, ſeu Utrigurorum, vel Utigororum, de Hunnis ad Pontum eundem in Aſia intelligenda ſunt. Jornandes originibus Hunnicis fabellas quaſdam à Gothica invidia affictas admiſcet: cæterùm verò ex Priſco, Attilæ coævo, fide digna de migratione gentis Hunnicæ ex Aſia in Europam per Mœotidis ipſius transmiſſionem profert; ſive ea, ùt ille ſibi perſuadet, indice cervâ, vado: ſive ratibus, aliiſque ejus generis compaginationibus ad trajiciendum aptis, facta fuerit. Sanè emporia Græca jam tunc dudum ad Pontum & Boryſthenem exiſtebant, quibus navium fabricatio & uſus incognitus eſſe nequibat: Agathias transmiſſionem Mœotidis, qua parte in Euxinum Pontum fertur, pro veritate affirmare non hæſitat, modum autem dubio committit, transvadationi, ùt videtur, non aſſentiens. Idem ſitum Hunnorum ad Pontum & Mœotidem in Aſia ad Perſicum regnum usque confirmat, dum eos circa eam Mœotidis paludis partem, quæ ſubſolanum ventum versùs ſpectat, itaque ad Orientem, habitâſſe, *Onoguros*, ſpeciem Hunnorum, cum Colchis Perſiæ vicinis olim præliâſſe, Sabiros alios Hunnos, & Nephtalitas, itidem Perſis junctos fuiſſe ait; quòd verò Hunnos quoque Tanai flumine magìs ſeptentrionales dicat, de Tanai minori, & parte Sarmatiæ, quæ inferiori flexioni Volgæ ſubjacet, quorſum Ptolemæus Jaxamatas collocat, ùt ſuprà *cap. XIV. §. 17. 18.* quin & de partibus Scythiæ intra Imaum montem ultra Volgam, intelligendum eſt; disertè enim & alias barbaras nationes, quotquot intra Imaum montem in Aſia conſederunt, communiter Scythas & Hunnos vocari aſſerit. Quin & laxiori hoc vocabulo *Burgundos*, reverà natione Germanos, comprehendit. Unde pronum eſt colligere, apud veteres Scriptores Hunnorum nomen (æquè ac de Alanis, Vandalis, Scythis, Sarmatis &c. *cap. XIV.* dictum eſt) latè patens fuiſſe, & populos multos, licèt

482. a.
482. b.
482. c.
658. a.
472. d.
812.
811.
812.
812.

natio-

A.Chr. natione inter ſe diverſos comprehendiſſe. Hoc ſenſu etiam Ammianus Marcellinus Hunnos *ultra paludes Mœoticas* non tantùm, ſed & *glacialem Oceanum accolentes* tradit. In ſtrictiore quoque nominis Hunnorum acceptione diverſa admodùm vocabula apud ſcriptores occurrunt. Menander Ugurorum Perſis confinium: Theophanes Sabirorum ad portas Caſpias, & Gordæ Hunnorum Boſphoro proximorum Regis Chriſtianitate imbuti: Evagrius Abarorum ultra Caucaſum ſitorum, cum uxoribus ac liberis ad Boſphorum venientium: Simocatta Abdelarum ſeu Nephtalitarum, Abarorum, & Ogor gentium, à Chagano Turcico Aſiatico ſubactarum, mentionem facit. Porro Simocatta præter Hunnos Sarſelt, Unnugunnos, & Sabiros, ad quos Pſeudabares confugiſſe dicit, & qui itaque iidem cum Uturguris & Cuturguris aliorum ſcriptorum Ponto viciniś fuêre, gentem quandam genericam Hunnorum cæterorum, fluvium Til ſeu Nigrum in Aſia accolentem, *Ogor* compellat, & ex iis principes vetuſtiſſimos Var & Chunni, nec non populos hujus nominis: ex his verò ipſos Pſeudabares, Tarniach, Cotzageros, & Zabender proceſſiſſe refert. Simocatta is ex diſquiſitione ſpeciali ſuper origine Hunnicæ gentis, & *nihil à veritate abiens*, ùt inquit, ſcribit; Ex ejus igitur relatis id hìc ad combinanda reliquorum ſcriptorum tradita inferre licebit: Hunnos in prima epocha ex Cuturguris ſolis: in ſecunda partim ex Ogor, reſpectu Pſeudabarum ſcilicet, & de reliquo ex ſubactis Uturguris, Cuturguris, & primæ epochæ reliquiis: in tertia ex reſiduis tunc harum quatuor gentium: & in quarta ex Ogor gente, in Aſia ab antiquo ſuperſtite, admixtis iterum cæterarum reliquiis, coaluiſſe. Per *veros Abares* autem Simocatta, utpote quos inter gentes Scythicas ingenio omnibus, nimirum etiam ad noſtram (Simocattæ) ætatem antecellere dicit: *Abios* fòrs, non tantùm Straboni, ſed & Homero celebratos, intelligit. Hæc, ùt tulit occaſio, ad elucidanda Hiſtoricorum relata, Hunnicas & Slavicas origines ſimul concernentia, de Hungarorum ſtirpe adducere cenſui: nihil tamen præjudicii veriori, ſi qua eſt, opinioni in re non mea allaturus.

Vid. App. Num. 715. 818. 799. 800. 815. 829. 829. 718.

§. 3. Hunni ergo *Cuturguri* fuerunt, qui in *epocha prima* ex oris Ponti & Mœotidis Aſiaticis in oras Europæas migrârunt, 657. a. Alanos primùm illic colentes disjecerunt, & partim ſibi aſſociârunt: Gothos dein ſedibus circa Danaſtrum expulerunt: 658. a. regiones omnes ad Marcomannos & Quados uſque, atque cuncta 657. c. montium juga, Baſtarnica nempe & Dacica ſeu Tranſylvanica, oppleverunt, & circa flumen quoque Iſtrum cum caritatibus
373. ſuis vagati ſunt. TEMPUS, quo Hunni in terras Danubio proximas advenerunt, certum eſt ex tempore, quod illi per Ammianum Marcellinum conjungitur, tranſitûs Danubii à Gothis 658. c. per Hunnos pulſis in Thracias; inde quoque conjecturandum, tempus ipſius eruptionis Hunnorum per Mœotidem uni vel alteri ex præcedentibus annis deberi.

§. 4.

Digitized by Google

A.Chr. §. 4. Gothi, ùt inquit Ammianus Marcellinus, Hunnis, & Vid. App. Num.
378. Alanis permixti, quos miris præmiorum illecebris ſibi ſo- 665.
ciârat ſolertia Fritigerni, agros circa Perinthum vaſtant, Con-
ſtantinopolim dein contendunt, ſed ab oppugnatione, Sarace-
norum ope, repulſi, digreſſi ſunt effuſoriè per arctoas pro-
vincias: quas peragravêre licenter, ad usque radices
Alpium Juliarum. Nunc ergo Hunni, ſociique eorum Ala-
ni Germanicæ nationis, inſtigantibus Gothis, Romanum Impe-
379. rium cis Danubium totis viribus incursârunt. Et quanquam cæ- 666.
ſi à Theodoſio, noviter in Imperium adſcito, Thracias relique-
rint, & trans Iſtrum ſe receperint, de Pannoniis tamen relictis
380. dubium eſt, & cùm Gothis anno ſequente ob ægritudinem Theo- 667.
382. doſii pax, atque A. 382. ſedes iterum in Thracia data ſit, Hun-
nos & Alanos Pannoniæ inſtitiſſe verius eſt. Diſertè eam in rem
facit Marcellini Comitis teſtimonium, qui ait: Hierio & Ar- 749. b.
dabure Coſſ. (id eſt A. 427.) Pannoniæ, quæ per quin-
quaginta annos (ergo ab A. 378.) ab Hunnis retineban-
tur, à Romanis receptæ ſunt.

401. §. 5. Hiſtoriæ Hungaricæ tradunt: Hunnos pacifica PAN- 748. c.
NONIÆ POSSESSIONE potitos anno Dom. incarn. 401. ab in-
greſſu verò eorum in Pannoniam anno vigeſimo octavo, Attila
ſolo & Buda fratre, Capitaneis gentis primævis, ſuperviventi-
bus: atque tunc Attilam unanimi voto & conſilio populi regiâ
dignitate elatum eſſe. Traditioni cujusque gentis, in rebus ſim-
plicioris comprehenſionis & memoriæ, ſemper aliquid tribuen-
dum: unde & hìc annus vigeſimus octavus ingreſsûs in Panno-
niam, id eſt, à quo Hunni ſedes Pannoniæ propinquiſſimas in
Transſylvania locârunt, Pannoniámque ipſam, confuſis tunc
Romanorum rebus ob motus Quadicos A. 373. in ipſo ingreſſu
Hunnorum ortos, ſæpe incursârunt, non vanè in memoria man-
ſiſſe cenſendus eſt: cui & hiſtoriæ Romanæ ipſæ opitulantur.
Romani, teſte modò adducto Marcellino Comite, Pannonias jam
ab A. 378. pro derelictis habuerant: & nunc noviter Hunni de
Romana Republica bene meruerant, dum Gainas Gothus, ob
ſimulatam fidem comitivâ Romanâ donatus, aſt cum factione
ſua Gothica, inter Romanos æquè tolerata, invaſi imperii reum
ſe faciens, & clade accepta per Thracias ad ſuos in Scythiam
fugiens, ab Hulde Hunnorum Duce menſe Decembri A. 400.
400. cæſus, & caput ejus ab eodem Hulde III. Nonas Januarias A. 748. a.b.c.
401. Conſtantinopolim, in teſſeram amicitiæ erga Romanas res,
tranſmiſſum eſſet: quam amicitiam quoque Huldes in Romanos
405. continuavit, dum in Rhadagaiſo devincendo, & ab Italia reji- 748. d. e.
ciendo auxiliarem ſe præbuit. Nihil igitur obſtat, quò minùs
credi poſſit, Romanos Hunnis ab hoc tempore quietas ſedes in
Pannonia faviſſe. Regni autem delatio, quæ Attilæ facta dici-
tur, aut pro ſimultaneo regimine cum patruis Optare & Roua
in diverſis Hunnicæ ditionis territoriis intelligenda, aut ad an-
num 430. ùt mox dicetur, differenda eſt.

§. 6.

Digitized by Google

A.Chr. §. 6. Hunni A. 425. operâ Aëtii in auxilium Joannis Tyran- Vid. App.
425. ni Ravennam acciti, ejusdem Aëtii ſtudio ad propria reverſi ſunt. Num.
Hoc novum meritum, quòd pœnitentiæ Aëtii acquieverint, 749. b.
FOEDUS inter Hunnos & Romanos primum conciliavit. Quod
427. itaque Marcellinus Comes ad A. 427. dicit: Pannoniæ, quæ 749. b.
per 50. annos ab Hunnis retinebantur, à Romanis re-
ceptæ ſunt, non accipiendum, quaſi Hunni ceſſerint Panno- 750. b.
niâ, ſed quòd ſe Pannoniam hucusque armis obtentam, impo-
ſterùm jure beneficiario Romanorum, erga penſionem annuam,
& alia amicitiæ pacta, poſſeſſuros profeſſi ſint. Penſio illa, quam
Hunni percipiebant, erat teſte Priſco trecentarum quinquagin- 750. a.
430. ta auri librarum. Priſcus hic A. 430. Optare, Hunnorum Re-
ge jam mortuo, ad ATTILAM legatus Romanorum fuit, eí-
que duplicatam penſionis ſummam ſeptingentarum auri libra-
rum ſpopondit. Optar Rex, dum bellum contra Burgundiones
circa ſilvam Marcianam ſeu Schwartz-Wald gereret, mortuus
eſt, cui Attila in regno ſucceſſit: Rouâ quoque altero Rege bre-
vì pòſt mortuo, Bleda ſeu Buda frater ab Attila in conſortium
regni ſuſceptus eſt. Nunc ergo certè Hunnicæ gentis totius, ùt
ex Priſco, & Socrate patet, Attila Rex fuit, quidquid de par-
ticulari quodam regimine anteriori ſit, utpote quod & Huldi
Hunnorum Duci in certa alia portione circa Thracias compe-
tiiſſe videtur. De Attilæ Regia plura ſequentur ex Priſco: hic
autem interim notandum, quòd ultra Danubium circa Trans-
ſylvaniam hodiernam fuerit. Videantur hæc in *Apparatu* fuſiùs. 750. 751.

§. 7. Videndum nunc, quousque Attila amicè cum Roma-
432. no Imperio egerit. A. 432. Aëtius, Patritius Romanus, ab in- 749. b.
ſultu inimici ex agro Romam, dein in Dalmatiam, & demum
in Pannoniam ad Hunnos confugiens, fugæ ſuæ eum effectum
conſecutus eſt, ut, orto diſſidio inter Romanos & Hunnos, il-
lud pro amicitia, quam cum Hunnis nunc & anteà occaſione
Joannis Tyranni contraxerat, ex parte Romanorum ad id inter-
436. pellatus, compoſuerit. A. 436. Gothi à Romanis in Gallias re- 752. a.
cepti, Veſegothi nempe, rebellârunt; duravit hoc bellum us-
439. que ad A. 439. quo pax cum Veſegothis firmata eſt. Bello iſti
auxiliares Romanorum interfuêre Hunni: itaque proficuos ſe
præſtiterunt Romano Imperio, quanquam nullo exitu felici ob-
tento: námque & Romanorum & Hunnorum copiæ Veſegothis
prævalere nequibant, & Romani, clade magna accepta, humi-
liùs quàm unquam, pacem ipſi petere neceſſitabantur. Hinc
colligendum: 1mò. Attila jam occaſionem nanciſcebatur ſpecu- 752. a.
landi Gallias, quas impoſterùm invaderet, dominatûs quaquà-
versùm dilatandi ambitionem auſpicaturus. 2dò. Acclinis jam
ex nunc ſtatus Imperii Occidentis cerni dabatur, quem ad lap-
ſum impellere Attila, fucatâ primùm amicitiâ, dein vi aperta
non deſtitit.

§. 8. Opportunum valde Attilæ propoſito accidit, quòd in
441. Oriente tota vis Perſarum, Saracenorum, Zannorum, Iſauro- 752. b.
rum, & Hunnorum Attilæ popularium in Aſia, Uturgurorum 753. b.

A.Chr. nimirum, in Romanorum ditiones ibidem ruerit, quapropter Vid. App. Num.
Attila & Bleda ſeu Buda fratres, Hunnorum Reges in Scythia Europæa & Pannonia, Illyricum ſibi proximum, id eſt, Dalmatias, & Daciam cis-Danubianam, ſuæ poteſtatis facere tentârunt, proùt & Singidunum Mœſiæ ſuperioris, & Naiſſum Daciæ, tanquam loca præ cæteris munitiora, expugnârunt: anno
442. ſequenti quoque in totum reliquum Illyricum, & in Thracias arma exeruerunt. Ad Attilam igitur legationem decernere Theodoſius Imperator, & receſſum ex terris Romanis, millibus librarum auri ſex, redimere, atque pro pace ulteriùs agenda annuarum mille librarum tributum promittere cogitur. Attilæ, his fortunis & compendiis aucto, ad prehenſandum meliore vi-
444. ce Orbis Imperium latius, oberat conſors frater Buda, quo frau- 752. c.
dibus, itaque aſſentatione fôrs Attilæ amicorum perempto, At- 753. b.
tila, Monarcha jam, & multarum gentium Dominus, ac exercitu quingentorum millium ſtipatus, magnæ parti Orbis formi-
447. dandus evaſit. A. 447. Attila alterum bellum, priore majus, contra Rom. Imperium, eductis ſimul omnium gentium ſibi devinctarum Germanicarum copiis, orſus eſt, quo latè in Rom. Imperium ſæviit; quam ob rem iterum legatio Romanorum, & 753. a.
in ea idem qui ſuprà Priſcus, decernitur. Regia Attilæ clariùs nunc à Priſco indigitatur, & eſſe debuit ad Tibiſcum ſuperiorem in latere Transſylvaniæ ſub Carpaticis montibus. Meditullium hoc quaſi erat dominatûs Attilæ, qui ab inde versùs Septentrionem & Orientem per totam Scythiam Europæam, à meridie per Daciam veterem magnam, & ab Occidente per Pannonias & Quadicas terras antiquas protendebatur. Plura hìc occurrunt notatu digna, quæ videantur in *Apparatu.* 753. a. b.

§. 9. Extrema, eáque haud jam ſimulatè inimica Attilæ hæc brevibus commemoranda ſunt. Vix. A. 450. Theodoſius Impe- 754. a.
rator fatis ceſſerat, cùm Attila anno ſequente, ſimulatâ quidem
451. erga Veſegothos Galliæ incolas pariter, ac Romanos, amicitiâ, 755. a.
ſed intentione verâ utrinque ſat animadverſâ, in Gallias ingenti tum ſuarum tum aliarum devinctarum gentium exercitu quin- 755. b. c.
gentorum millium irrumperet; ſed cæſus ad ſua inglorius rediit, 754. b.
& partem exercitûs quoque, quam in Hiſpaniam à ſe diviſerat,
452. non receptavit. A. 452. Attila redintegratis viribus Italiam pe- 757. a.
tit, Aquileiam capit, & ſolo æquat, Mediolanum, Ticinum, aliáſque civitates vaſtat, flexus autem S. Leonis Pontificis precibus, Italiæ ulteriori parcit, & in ſedes ſuas revertitur. A. 453.
453. Attila alteram expeditionem in Gallias ſuſcipit, ſed ſimili infeli- 758. a.
ci eventu, ùt anteà. Demum redux ad ſua, & novas nuptias 757. c.
454. celebrans, vel circa finem anni 453. vel initium anni 454. pro- 758. b.
prio ſanguine ſuffocatur, & Orbem metu magno liberat. Hæc de geſtis Attilæ. Nunc ad ea progrediendum, quæ ex epocha Hunnorum prima ad origines Slavicas faciunt.

§. 10. SEDES Hunnorum primariæ erant in Dacia veteri, 758. a.
ſeu Transſylvania, & in Pannoniis, ibidémque ùt Jornandes ait: cum diverſis ſubditis nationibus habitabant. Id ſic intel-
ligen-

A.Chr. ligendum: Hunnis mos erat, non oppida muris & cœmentis Vid. App.
exædificata, ſed caſtra quaſi perpetua, pluribus in ſitibus op- Num.
portunis intra ingentem circuitum locata, vallis firmiſſimis & 753 a.354.
foſſis munita, & fabrefactis receptaculis ligneis inſtructa, quæ 946. ſeqq.
à ſcriptoribus Hringi compellantur, habitare. Mos hic per tres priores epochas Hunnorum usque ad tempora Caroli M. duravit, quibus novem tales Hringi ſeu circuli principaliores inveniebantur. 950.
In oppidis ergo & vicis communibus gentem indigenam juxta ſe haud inviti, utpote his habitaculis non egentes, immo neceſſitate adducti patiebantur, quoniam teſtibus Jornande & Procopio mores eorum deſcribentibus, terræ colendæ haud ipſi, ſed armis vacabant; unde alias gentes tolerare debuerant, à quibus victui neceſſaria exigerent. Et inde eſt, quòd & vicinas ſibique non immixtas gentes ſub jugum mittere ſtuduerint, ut abundè haberent, quibus collationes imponerent, & prætereà in bellicis expeditionibus ſocia arma imperarent. Exceptis autem oppidis apertis, & vicis, munitas civitates, quæ detrectantibus jugum populis tutum refugium præſtare poſſent, nec non caſtella, niſi quæ Hringis intercepta & circumvallata erant, Hunni aut ſolo æquabant, aut defenſionem ſaltem omnem deſtruebant. 658.a.715. 485. a.

451. §. 11. Ex ſyllabo populorum, Attilæ in expeditione Gallica prima junctorum, à Sydonio ſcriptore coævo, & Miſcella hiſtoria ſeculi octavi, tradito, liquet, populos eos tum Daciæ veteri ſeu Transſylvaniæ, tum Danubio, à Tibiſci confluentia, ad fontes Danubii & Rhenum usque, circumvicinos fuiſſe. Ex parte orientali & ſeptentrionali Daciæ, in Moldavia, & ad Danaſtrum, nec non versùs Carpaticorum montium initium, ſedebant Oſtrogothi, Gepidæ, Baſternæ, Geloni, Neuri, Bellonoti. De Gothorum ſedibus trans Danubium non eſt ambigendum; licèt enim magna eorum pars ab A. 373. in Thraciis cis Danubium conſederit, paulatim tamen inde iterum Gothi partim ſponte in Italiam & Gallias exceſſerunt, partim Romanis armis exterminati trans Danubium ſe receperunt. Ex parte meridionali Daciæ in Wallachia cis-Alutenſi, & Bannatu Temesvarienſi, ab A. 334. inveniebantur Sarmatæ Limigantes ſeu Slavini; de his nulla mentio ſocietatis cum Attila. *vid. cap. XXI.* Ex parte occidentali Daciæ, ſupra Sarmatas Limigantes, ad Tibiſcum inferiorem, usque ad Granuam fluvium, ab antiquo, nempe à ſeculo primo, perſiſtebant Jazyges, origine ſua Hunnis quondam ad Mœotidem & Tanaim vicini, & nunc ad Danubium Hunnicis populis circumſepti; unde de illorum ſocietate nec dubitandum, nec ſpecialiter quidquam memorandum veniebat. Superſunt igitur reliqui ſocii Attilæ, Heruli, Rugi, Scyri, Turcilingi, Quadi, Marcomanni, Thuringi, Suevi, Franci ad Nicrum, Burgundiones, & Bructeri. Quatuor primis populis neceſſariò (ùt de his jam *cap. XVI. & XVII.* actum) aſſignandæ ſunt ſedes Jazygibus, Quadis, & montibus Carpaticis ad ſuperiorem Tibiſcum, atque Sarmaticis usque ad Moravam fluvium intermediæ. Quadi tunc in Campis Patentibus adhuc usque 755. c. 748. a.b. c.d. 668.748.c. 488.489. 486.b. 487. i.

A.Chr. usque ad Sarmaticos montes, & in parte hodiernæ Auſtriæ trans- Vid. App. Num.
danubianæ, extenſi eſſe poterant: quibus Marcomannorum reliquiæ à latere occidentali, tum in Nariſcorum quondam terra, præcipuè hodierna Bavaria transdanubiana, tanquam Suevis popularibus vicina, tum in Bohemiæ parte Quados attingente adhærebant. Thuringi eo tempore trans & cis ſilvam Thuringicam, ad Mœnum usque (*vid. cap. XXVI.*) inter Mœnum & Danubium autem partim Suevi, partim Franci veteres ſedebant. Suevi reliqui Danubium exordientem accolebant. Burgundio- 751.a.b.
nes partim jam in Galliis (qui Romanos contra Attilam juve- 749.b.
runt) partim in ſolo adhuc Germanico Rhenano (qui Attilam ſecuti) & ibidem quoque Bructerorum reliquiæ conſiſtebant. Populi hi, à Marcomannis incipiendo, non ùt ſubjecti coactè, ſed ùt jam dudum aſſueti & avidi Gallias ſectari, voluntariè Attilæ cum exercitu eos tranſeunti ſeſe prædæ causâ adjunxiſſe cenſendi ſunt.

§. 12. Series populorum horum, quos Attila ſecum in Gal- 756.
lias traxit, index eſt VIÆ, quam tenuit: ex Dacia enim principali ſede ſua (ubi & Regiam habebat) cum ſuis, & circumvicinorum ſociorum copiis in Pannoniam (ubi altera Regia Budæ fuerat, quam Hungarici ſcriptores Sicambriam vocant, *Bonfin. rer. Ungar. Decade 1. lib. 4.* & rectè: *vid. num. 420.*) movens, et, ùt opportuniſſimum erat, inter Cetios montes & Quados, prope hodiernam Viennam, Danubium iteratò tranſiens, ibidémque auxiliaribus Quadis & aliis ſe conjungens, permeatis deinde, ac in ſocietatem collectis Marcomannis, & Suevis, attractis quoque Thuringis, Francis, Burgundionibus, & Bructerorum reliquiis Mœno & Rheno adhærentibus, ſilvam Marcianam, ſeu Schwartzwald, petiit, & Rhenum tranſiens Gallias intravit. Tranſitus Rheni ad ſilvam Marcianam certus eſt ex Sydonio, di- 755.c.
cit is: Herciniam citò in lintres cecidiſſe, & Rhenum alno ſive lintribus texiſſe; cùm itaque alia pars Herciniæ magnæ, quàm ſilva Marciana, Rheno non immineat, hàc itum fuit.

§. 13. De altera expeditione in Gallias teſtatur Jornandes:
453. quòd Attila *per diſſimiles anterioribus vias* in Galliam recurrerit, in 758.a.
animo habens, Alanos trans flumen Ligerim conſidentes ſuæ redigere ditioni, quod conſilium autem Thorismundus, Veſegothorum in Gallia Rex, Attilæ tempeſtivè occurrens, eúmque prælio vincens, & in fugam conjiciens, interverterit. Hinc colligendum: primò Attilæ viam, à priori diverſam, non fa- 757.c.
cilè aliam eſſe potuiſſe, quàm quæ ex Pannonia per Noricos, Rhætos, & Helvetios ducit: ſecundò Attilam hac vice non tanto exercitu, nec tot copiis auxiliaribus ſtipatum fuiſſe, quoniam, ſinè Francis & Romanis, Alanorum & Veſegothorum vires ei repellendo ſuffecerunt.

454. §. 14. ATTILA MORTUO Ardaricus Rex Gepidarum 759.a.c.
in filios Attilæ, inter ſe de regnorum diviſione contendentes, primus inſurgit, exemplo ſuo alias quoque gentes jugum Hunnorum pertæſas ad arma communia commovet, & Hunnos peremptis triginta millibus, ad litora Pontici maris fugam capeſſere compellit.

Digitized by Google

A.Chr. lit. Notandum hic ex Jornande: Hunnos illuc, ubi priùs, id Vid. App.
eſt, ante eruptionem primam Hunnorum circa A. 371. Gothi Num.
ſederant, ergo ad Danaſtrum & Boryſthenem fluvios, ibique reſiduos adhuc populares Cuturguros confugiſſe. De Chronologiæ Hungaricæ ratione videatur *Apparatus*. 760.

§. 15. Gentes victrices inter ſe provincias Hunnis vacuas, 759. b.
atque alias etiam ſedes in Romano ſolo, conſentiente Marciano Imperatore, ſortiuntur. Hoc beneficio nec excluſi ſunt Hunni, quos ex prælio & fuga reſiduos, faſtu dominationis depoſito, pari jure & quiete cum aliis gentibus victuros opinari licebat. Inter eos Emmedzur, & Ulzindur, conſanguinei Attilæ, cum populo ſibi adhærente, in Dacia Ripenſi ſeu cis-Danubiana inter duas Mœſias: multi alii Hunnorum quoque alibi in Imperio Romano collocati ſunt. De illis, quòd ex hiſtoria evanuerint, jam dictum *cap. XIX*. De reliquis Jornandes ſuo tempore adhuc memorat exſtitiſſe Sacromontiſios & Foſatiſios, aſt nec hi ad origines Slavicas quid faciunt.

§. 16. Econtrà Hunnorum iterum alii vicinas planè ſedes cum Sarmatis Limigantibus, ſeu Slavinis, in Norico, ad caſtrum Martenam, adepti ſunt. Hi neutiquam prætermittendi in hiſtoria Slavorum. Sanè Norici partem circa ſeculi hujus finem, & alterius initium, à gente quadam Hunnorum poſt Attilam reſidua poſſeſſam, adeóque caſtrum Martenam, de quo Jornandes refert, in eadem regione, & non alibi in Illyrico, ſitum 857.858.
fuiſſe, omnis hiſtoria & traditio Bojoariorum (*vid. cap. XXV.* §. 759.d.968.
1. 13.) item Hungarorum loquitur, & Francica hiſtoria (ùt ſu- 891.
prà *cap. XXII.* §. *19.*) nec non Gothica (*ùt cap. XXII.* §. *1. 2.*) con- 759. b.
firmat, quas omnes falſitatis arguere, idem ac ſibi non viſa neſcire velle eſt.

455. §. 17. Attilæ filii à Ponto Euxino redeuntes, & Oſtrogo- 761. a.
thos ſub priſtinum jugum revocare tentantes, vincuntur, & rurſus in fugam aguntur.
469. Hunnorum Rex Dintzik filius Attilæ, 763.
idem poſtremò tentat, ſed eo pariter hac vice cæſo & repulſo, impoſterum Hunni ab excurſionibus abſtinent. Is fuit epilogus epochæ Hunnorum primæ circa Pannonias, & Danubium; ex qua non niſi de reliquiis memorandum quid ſupereſt, quæ duplices adhuc exſtiterunt: Hunni nempe, poſt cladem filiorum Attilæ, Noricis quondam deſertis Bojorum in vicinia Dravi & caſtri Martenæ, ad Murum præcipuè & Arrabonem ſuperiorem ſe ingerentes, quos à ſedibus captis *Noricos* voco: & Hunni cum filiis Attilæ profugi ad viciniam Ponti; & ſedes quondam Gothorum circa Danaſtrum & Boryſthenem fluvios, quos Hunnos Hiſtoriæ nomine priſtino *Cuturgurorum* inſigniunt.

§. 18. HUNNOS NORICOS memoriæ reſtituunt annales Bojoariorum. Rebus Imperii Occidentis per invaſionem Odoacri Rugi, ab A. 476. & Theoderici Gothi ab A. 489. nec non per Francicorum Regum molimina mirè turbatis, & denudato Occidentis Imperatorio ſolio, populi Norici triplicis linguæ, Germanicæ, Slavicæ, Hungaricæ, in triplicem à Romano jure ſeparatam formam regiminis Bojoarici, Slavici, & Hunnici, conniven-

A.Chr. niventibus aut inſtigantibus ad deprimendum magis Romanum Imperium Gothis & Francis, coierunt. Non contenti autem eo Vid. App. Num.
508. ſolo fuêre populi hi, ſed A. 508. quod reliquum à Romano Imperio citra Italiam erat, & tum à Gothis tum à Francis negligebatur, æquis fermè partibus inter ſe diviſerunt, & Reſpublicas diſtinctas auſpicati ſunt. In hac diviſione terrarum Hunnis Noricis, ad Murum præcipuè & Arrabonem deſerta quondam Bojorum inhabitantibus, reliqua major pars Norici infra Anaſum obtigit. Ab eo tempore verò, uſque ad epocham ſecundam Hunnorum Avarum, nihil memorabile cum Hunnis his Noricis actum eſt. 857. 858. 868.

§. 19. HUNNI alii, EX EPOCHA PRIMA RESIDUI, qui ſecundùm dicta ad populares ſuos Cuturguros cis Pontum Euxinum receſſerunt, inter epocham primam & ſecundam triplici ſolùm tempore in hiſtoriis Romanis memorantur. Theophanes ad annum 23. Anaſtaſii ait: Vitalianus (invaſor Imperii) occupatâ universâ Thraciâ, Scythiâ, & Myſiâ, ducens ſecum ingentem Unnorum & Bulgarorum numerum, cepit Anchialum, & Odyſſopolim, ipsúmque Thraciæ militiæ Magiſtrum Cyrillum, prædis quaquà versùs ad Byzantium uſque abactis comprehendit. Procopius *lib. 3. cap. 14. de bell. Goth.* in digreſſione ad præteritum dicit: Hunc (Chilbudium) Imperator (Juſtinianus) anno Imperii ſui quarto, militari Thraciæ magiſterio ornatum, Iſtri fluminis cuſtodiæ præfecit, atque operam dare juſſit, ut amnis tranſitu Barbari impoſterùm prohiberentur; jam enim ſæpe Hunni, Antæ, & Sclaveni, trajecto fluvio, Romanos peſſimè, fœdiſſiméque vexârant. Quod uterque auctor hìc de Hunnis refert, neceſſariò omnino de populis Hunnicis Thraciæ vicinis, itaque de Cuturguris cis Pontum intelligendum eſt. Porro idem Procopius *lib. 4. cap. 18.* de bello inter Langobardos & Gepidas, & ſpeciatim de induciarum biennalium tempore agens refert: cùm autem eſſet opinio, laturos opem Langobardis Romanos, ab his timentes ſibi Gepœdes, *Hunnorum* aliquos in ſocietatem ſibi aſciſcere ſtatuerunt. Quamobrem legatione miſſa ad Principes Cuturgurorum, qui cis paludem Mœotidem habitant, eos rogârunt, ut arma ſecum in Langobardos caperent. Confeſtim illi armatorum miſerunt duodecim millia, quibus præter alios imperabat Chinialus, vir bellica laude clariſſimus. Dubitari igitur nequit, relationes de his tribus temporibus ad Hunnos Cuturguros cis Pontum habitantes, adeóque ad illos quoque Hunnos, qui cum Attilæ filiis A. 454. ex Pannonia fugerunt, pertinere. Hiſtoria horum Hunnorum Cuturgurorum in hoc tertio tempore ulterior hæc eſt: Gepidæ advenien-

Margin: 514. (799.) 531. (801.) 550. (848.) 848.

A.Chr. venientes præproperè & durante adhuc induciarum tempore Cu- App. Vid. Num.
turguros interim Romano ſolo immittunt. Juſtinianus, ut amo-
liretur inviſos hoſpites, in eorum populares domi manentes ex-
citat Hunnos Uturguros trans Mœotidem in Aſia incolentes,
quorum Regem Sandil nuncupat: quibus Tanaim tranſeuntibus,
& in Cuturgurorum terris cædes & vaſtationes patrantibus, Cu-
turguri in Romano ſolo prædantes ſeſe retraxerunt. Ex popu-
laribus eorum domi per Uturguros victis duo millia ad Roma-
nos confugerunt, quos Juſtinianus in Thracia conſidere juſſit.

§. 20. Ad EPOCHAM SECUNDAM HUNNORUM A-
VARUM nunc tranſeundum eſt, quædam tamen anteriora de
Hunnis Uturguris, qui epochæ hujus partem conſtituunt, præ-
516. mittendo. A. 516. Hunni trans Mœotidem, quibus Saber (ſeu 799.
Sâbiri) appellatio, *Caſpiarum portarum limitibus emenſis*, Armeni-
521. am, Cappadociam, Galatiam, & Pontum incursârunt. A. 521.
in bello Romanorum contra Perſas Juſtino Imperatori Zeliobes
528. Hunnorum Rex ſuppetias ferre promiſit. A. 528. Regina Hun-
norum Sabirorum cum Juſtiniano Imperatore ſocietatem armo-
rum contra Perſas fecit, duóſque alios Hunnorum Ponto & ma-
ri Caſpio interiorum Reges, qui per illius regionem Perſis in
auxilium cum copiis pergebant, acie vicit. Eodem anno me-
moratur tertius Hunnorum Boſphoro proximorum Rex, Gor-
das nomine, Juſtiniano fœderatus, & chriſtianitate imbutus,
qui verò domum redux à populo, & fratre Muagere gentili, re-
gno & vitâ exutus fuit: hæc ex Theophane. Agathias, qui tem-
pora poſteriora Juſtiniani deſcripſit; & ipſemet patriâ Smyrnæ-
us ex Aſia (ita *Lexicon Buddei*) erat, Hunnorum populos *lib. 3.* 811.
vetuſto nomine Onoguros vocat, *lib. 4.* Sabiros, & Nephtalitas
in ſpecie recenſet, *lib. 5.* autem quatuor præcipuè nomina edit: 812.
Cotrigororum, Utigororum, Ultinzurorum, & Burgundorum.
Hos duos populos poſteriores uſque ad Leonem Imperatorem
(is in imperio ſucceſſit Marciano A. 457.) celebres fuiſſe, ſua
ætate autem, id eſt ſeculo finiente ſexto, ampliùs non noſci dicit.
Ex Agathiæ relatis ibidem notandum: latè ab eo accipi Hunno-
rum nomen, ita ut & Alanos Europæos & Aſiaticos compre-
hendat; cùm itaque Alani Europæi poſt Attilæ tempora in Scy-
thia non invenirentur, utique Ultinzuri, & Burgundi Germani-
cæ potiùs originis, ibi locorum memoriâ jam exciderant. Por-
ro Cotrigoros, & Utigoros, hos ſub Sandilcho, illos ſub Zaber-
gan Ducibus, tempore Juſtiniani, & peſtis Conſtantinopolita-
541. næ, ſalvos, & maximi nominis: Utigoros Romanis fœderatos, 813.
Cotrigoros verò Romani Imperii invaſores fuiſſe refert; & de-
mum concludit, utroſque mutuis inter ſe cædibus ſubverſos
patriam appellationem amiſiſſe, eóque calamitatis Hunni-
cas iſtas nationes redactas, ut ſi aliqua adhuc eorum
pars reliqua ſit, ſparſim aliis inſerviat, & ab illis appel-
lationem acceperit.

§. 21. Populi Hunnici, ſub quorum dominatum Cuturguri
& Uturguri (ut cum Procopio loquar) conceſſerunt, fuêre A-
vares,

A.Chr. vares, qui præcipuam partem epochæ Hunnorum ſecundæ faci- Vid. App.
unt. Subactio ipſa ex multis Hiſtoricorum relationibus ſubſe- Num.
quis certa eſt; ſed in circumſtantiis, dum auctores plerique tem-
pora non diſtinguunt, laboratur. Paulus Diaconus dicit: obiit 850.
intereà Turiſendus Rex Gepidorum, cui ſucceſſit Cunimundus
in regno; qui vindicare veteres Gepidorum injurias cupiens,
rupto cum Langobardis fœdere, bellum potiùs quàm pacem ele-
git. Alboin verò (Langobardorum Rex) cum Avaribus,
qui primùm Hunni, poſteà à Regis proprii nomine A-
552. vares appellati ſunt, fœdus perpetuum iniit, dein ad præ-
553. paratum à Gepidis bellum profectus eſt. Eventus belli fuit ever-
ſio Gepidarum Reipublicæ, dominatus Hunnorum in Gepidia
ſeu Dacia, id eſt hodierna Tranſylvania, & invectio epochæ hu-
jus dominatûs ſecundæ circa terras Danubianas. Dicit Paulus:
Avares primùm Hunnos, dein à Regis proprii nomine Avares
appellatos eſſe; ergo non ſtatim ab eo tempore, quo Gepidas
deleverunt, & Gepidiam occupârunt, ſed expôſt dicti ſunt A-
vares. Per hanc diſtinctionem temporis omnia relata reliquo-
rum auctorum, & non aliter, combinabilia fiunt. In ſuppoſi-
to hujus diſtinctionis jam tempus ipſum ſpecificum poſterius à
557. Theophane ſubminiſtratur; dicit enim ad annum 31. Juſtinia- 808.
ni: ſub idem tempus (anni 557. finientis) gens prorſus
inſolens atque incognita, Abares ei nomen, Conſtan-
tinopolim advenit. Sic jam intelligitur Evagrius, qui ex im- 815.
perio Juſtini II. Imp. in præteritum excurrens, Abaros à Turcis
finitimis gravi detrimento affectos ad Boſporum, id eſt ad Pon-
tum & Hunnos ibidem degentes Uturguros, tandem verò ad
Danubium, dum cum omnibus populis intermediis depugnâſ-
ſent, itaque Uturguros & Cuturguros viciſſent, veniſſe, & le-
gatos pro receptione ſui in Thracias ad Juſtinum Ducem mi-
ſiſſe, qui eos legatos Juſtiniano transmiſit. Sic intelligitur Me- 816.
nander Protector, dum ex profeſſo de Abaris ſcribens refert:
legatos Abarorum à Juſtino Duce ad Juſtinianum Byzantium
transmiſſos, fœdus ſub conditione, inimicos Romano Imperio
Hunnos invadendi, initum, & ab Abaris quoque Hunnos Uigu-
ros, poſteà Zalos, debellatos, & Sabiros everſos eſſe. Sic nunc
etiam Agathiæ ſuperiora relata clariora evadunt, & ſcitur, Ava-
res fuiſſe, qui eò calamitatis Hunnicas alias nationes, Cutrigo-
ros, & Utigoros redegerunt, ut pars eorum reliqua Avaribus
ſerviret, & ab illis appellationem acciperet.

553. §. 22. Alboin igitur Rex Langobardorum, cum Hunnis, 850.
qui pôſt Avares dicti, fœdere perpetuo inito, poſtremum cum
Gepidis prælium committit: invadit ille Gepidas à fronte, tran-
ſeundo ex Pannonia ſua Danubium in Daciam trans-Danubia-
nàm Gepidarum; Hunni ſocii, ùt cum Langobardis ſtatuerant,
aggrediuntur Gepidas à tergo, ſeu ex parte Daciæ, quæ Carpa-
ticos montes, & fluvios Scythiæ Pruth, & Nieſter reſpicit. Lan-
gobardi & Hunni victores evadunt, Gepidas ad internecionem
cædunt,

Digitized by Google

A.Chr. cædunt, & reliquum ex eis populum partim Hunni, partim Langobardi ſibi ſubjugant. Vid. App. Num.

557. §. 23. Avares dein, ùt dictum, A. 557. ſupervenerunt, primitùs Danubio circa Thracias appropinquârunt: ſuſcepti in 816. fœdus, ſub conditione alios inimicos Hunnos debellandi, in Cuturguros & Uturguros ad Pontum reverterunt, eos partim exſciderunt, partim ſibi ſubjugârunt: & hoc modo quoque poteſtatem in novos Gepidiæ incolas Hunnos extenderunt. Quod
559. Theophanes ad annum Juſtiniani 32. refert: Unnos & Sclavos 809. cum maximis copiis in Thraciam irruiſſe, plurima loca diripuiſſe, & demum, pacto ſibi libero tranſitu Danubii, ad ſua rediiſſe, de Bulgaris & Slavis potiùs intelligendum eſt. Præter legationem autem primam Avarum de A. 557. finiente, vel 558. inchoante, aliam adhuc prodit Menander, quæ ad Juſtinum 817. Ducem, & Juſtinianum Imp. aliquot annis pòſt miſſa eſſe debuit: quoniam ibi jam Avarum legati munera conſueta, ergo per debellationem aliorum Hunnorum promerita, exigebant, & Menander adjicit, tunc jam ab Avaribus terram quondam Herulorum propriâ auctoritate in ſolo Romano occupatam fuiſſe, & quòd inimicitiæ inter Avares & Romanos ex tunc cœperint; ut igitur aliud poſterius tempus omnino requiratur, quàm quo primitùs advenerunt, & pactis conditionatis acceptis ad alios Hunnos Romano Imperio inimicos debellandos receſſerunt. Legatis his ſecundâ vice advenientibus ſoluta quidem munera conſueta, ſed, ob ſuſpectam fidem, coëmpta Conſtantinopoli arma ex mandato Juſtiniani per Juſtinum in tranſitu Thraciæ adempta ſunt. Hanc Menander inimicitiarum inter Avares & Rom. Imperium exortarum cauſam adducit.

§. 24. Quadruplices ergo tunc temporis circa Romanum Imperium Hunni exſtiterunt: nempe 1mò. Hunni antiqui ſeu Norici. 2dò. Hunni novæ immigrationis, Avares dicti; 3tiò. Uturguri illis ſubjecti & immixti; & 4tò. Cuturguri æquè Avaribus parentes. Avares *Procopius* in ſua hiſtoria belli Gothici, quæ in anno 553. finit, nondum nominat, nec nominare poterat, quoniam primùm quatuor annis pòſt Romano Imperio innotuerunt.

561. §. 25. Hunni, qui & Avares (inquit Paulus Diaconus, id 854. eſt, Hunni Norici, qui & ipſi brevì pòſt à novis in Daciam Gepidicam ſeu Tranſſylvaniam ab A. 558. advenis Avaribus, ob agnitum in ſe dominatum, Avares dicti ſunt) comperta Clotharii Francorum Regis morte, ſuper Sigebertum ejus filium irruunt: quibus ille in Thuringia occurrens, eos juxta Albim fluvium potentiſſimè ſuperavit, eisdémque petentibus pacem dedit. *Eckhardus rer. Franc. lib. 8. cap. 3.* ex Venantio Fortunato opinatur: Hunnos, ut in Thuringiam Francicam irrumperent, inſtigatos eſſe à Saxonibus & Thuringis, qui jugum Francicum excutiendi occaſionem hiſce in turbis quæſierint, armáque unà cum Normannis ſive Danis ſociis ſuis in Sigebertum ſumpſerint. Credit porrò *ibidem cap. 2.* Hunnos eos fuiſſe ex Gepidarum regione. Aſt verius videtur, Hunnos eos non fuiſſe Avares, ſed No-

A.Chr. ricos, ex filiorum Attilæ fuga de A. 454. reſiduos, & ab A. 508. Vid. App.
per totum Noricum ſub Anaſo diffuſos. Ita diſertè tradunt Num. 861,
Boicæ hiſtoriæ: & credibilius quoque eſt, hos Hunnos Noricos, Thuringorum ad Danubium uſque tunc extenſorum parti vicinos, ſolos ſinè Avaribus, hanc expeditionem ſuſcepiſſe: quoniam Avares primò ad initium anni 558. in Gepidiam advenerant, itaque intra tam breve tempus & in novella ſua Republica vix ſibi fidiſſent, præter ſimultates cum Romanis exortas, etiam invidiam Regum Francorum in ſe concitare. Quidquid autem de hac circumſtantia ſit, ſi nempe etiam Avares ſtatim ab ingreſſu ſuo de A. 558. cum Hunnis Noricis, utpote popularibus, ſe conſociaverint, & A. 561. uterque hic populus Hunnicus in Thuringiam irruperit: ſaltem conſociatio pari tempore cum Slavis Dalmatis, in ſpecie Sorabis, in Boſnia longè ab utroque Hunnorum populo ſedentibus, nimiùm feſtina, adeóque incredibilis eſt.

567. §. 26. Hunni, rupta cum Francis pace, iteratò in Thurin- 854. 860.
giam irruunt, & Sigeberti Regis Franciæ exercitum graviſſimè cædunt. Ipſe Sigebertus, in loco quodam incluſus, haud multùm à captivitate diſtabat; aſt magnis donis libertatem obtinet, & pacem perpetuam cum Hunnis facit. Huic alteri expeditioni in Thuringiam Avares omnino adfuêre. Expreſsè id teſta-
566. tur Menander Protector, dum Juſtino Juniore Imperii ſolium 818.
adepto Avarum legatos Byzantium ad exigenda munera à Juſtiniano Prædeceſſore dari ſolita veniſſe, iis autem à Juſtino II. negatis, ad ſuos contribules Avares ſe recepiſſe: hos verò tantam fortitudinem Juſtini admiratos, obindéque longè ab eo profugientes, & terga vertentes, in Francorum regionem abiiſſe. Ex his relatis colligere licet: Avares, ademptis à Juſtino ſubſidiis pecuniariis, ſoli Daciæ Gepidicæ, utpote ab Hunnis popularibus ſuis A. 553. vaſtatæ, & incolis, qui terram colerent, deſtitutæ, inſiſtendum non duxiſſe: itaque ad inquirendas alias ſedes animum adjeciſſe, & hunc in finem Francicam regionem Thuringicam invaſiſſe; ut autem vires huic propoſito ſuppares forent, ſeſe cum Hunnis antiquis Noricis non tantùm, ſed & cum Slavorum Dalmatarum parte, qui ſe Sorabos nominabant, & ipſi quoque alias latiores ſedes optabant, conjunxiſſe. Vi-
ctoria contra Francos ſucceſſit: occupata tunc quoque pars 854. 511.
Thuringiæ Francicæ inter Albim & Salam per ſocios Avarum Slavos Sorabos, & pacis vinculo per Sigebertum Regem Franciæ confirmata eſt; ſed ipſi Avares donis ampliſſimis receptis ad ſua regreſſi ſunt.

§. 27. Cauſa receſsûs Avarum abſque dubio fuit, quòd à Langobardis Pannoniam obtinentibus edocti ſint, ſe propediem ſedibus Pannonicis exceſſuros, & Italiam, Narſete per Juſtinum Patritiatu Italiæ privato ad id invitante, occupaturos, Pannoniáſque in manus Avarum ſociorum ſuorum depoſituros, eum in finem, ut rebus Langobardorum in Italia feliciter cedentibus, Avares Pannoniis impoſterùm quoque fuerentur, ſin minùs, iis

reca-

A.Chr. recapeſſendis cederent. Conſummatum hoc pactum eſt brevì VII. App.
568. pòſt, nempe prima Aprilis A. 568. Num.
§. 28. Stabiliti jam hunc in modum Avares, deſpectionem 851.
Juſtini in mentem revocabant, & ultionem opportuno tempore
meditabantur. Acceſſit hoc paulò pòſt, dum Juſtinus eodem
572. malè perpenſo conſilio, quo erga Avares uſus erat, Perſis quin- 810.
gentas auri libras, limitum communium Romanorum & Perſi-
corum ab inſultibus barbaricis tutandorum causâ, inde à ſecun-
dis induciis quinquennalibus Perſicis A. 551. à Juſtiniano pendi
ſolitas, denegavit, atque hinc diuturnum illud Perſicum bellum
574. reaccendit: A. 574. autem magnam cladem, ob quam & in
phrenitin incidit, paſſus eſt. Ad hunc annum Theophanes pro- 810.
dit, graſſatos eſſe Avares in provincias Danubio conterminas,
& Tiberium excubitorum Comitem contra eos à Juſtino miſſum
ex improviſo ab hoſtibus oppreſſum eſſe.

§. 29. Huc ergo ſpectat, quod Menander refert: Bajanum, 818.
id eſt, Chaganum ſeu Principem Avarum, per legatum ſuum
Targitium ab Imperatore petiiſſe, à Romanis ſibi tradi Sir-
mium oppidum, tanquam quod eſſet ſua privata & do-
meſtica poſſeſſio: & quia ab ipſo Gepidarum res eſſent
everſæ, neque quicquam præteritis annis ex pecuniis,
quas Juſtinianus Hunnis quotannis pendebat, accepe-
rant, omnes ſimul perſolvi, & ita impoſterùm earum
annuas collationes valere, & eas Romanos præſtare.
Ad idem tempus ſpectat, quod ibidem dicit Menander: Baja-
nus juſſit dena millia Cutrigurorum, qui dicebantur
Hunni, trajicere fluvium Saum, & vaſtare Dalmatiam.
Ex hoc colligendum: Avares ex nunc in omnes Dalmatas Sla-
vos jus ſuperioritatis prætendiſſe, & armis quoque extorſiſſe,
ùt geſta ſubſequa docent. Sprevit Juſtinus etiam nunc Avarum 819.
575. poſtulationem, & Tiberius Cæſar exercitum contra Avares du-
xit: ſed eo ab Avaribus ſuperato primùm induciæ pactæ, dein
fœdus cum Avaribus ſancitum eſt. Huc & ad A. 575. applican-
dum, quod Menander *pag. 104.* per digreſſionem ad præteritum
dicit: Bajanum Avarum per legatum Targitium pro induciis pa-
ciſcendis Sirmium, atque pecunias, quas Cutriguri & Utiguri à
Juſtiniano accipere ſoliti erant, petiiſſe, & obtinuiſſe.

579. §. 30. A. 579. Chaganus Avarum fœdera, quæ cum Tibe- 819.
rio initio ejus imperii fecerat, rupit, & cum omni exercitu mo-
vens, inter Sirmium oppidum (hoc ex inſidiis capere cogitabat)
& Singidonem caſtra ponit, & fluvium ponte jungere ſuſcipit:
ita Menander. Fœdus de initio Tiberii, quà Cæſaris, dum to-
ta fermè gubernatio ob valetudinem Juſtini apud ipſum eſſet,
itaque de A. 575. ùt ſuprà, ruptio fœderis autem de A. 579.
intelligenda eſt. Nunc itaque Chaganus, prætextu Slavorum,
ſuperioritati affectatæ refractariorum, in Dalmatiæ ſeu hodier-
næ Serviæ parte Sirmio oppoſita ſedentium, caſtra prope Sir-
mium fixit, & tandem aperta jam vi Sirmium ipſum obſedit,

 atque

Digitized by Google

A. Chr. atque ſequente A. 580. urgente ſimul fame, in deditionem ac- Vid. App.
580. cepit. Sirmio capto ad fœdera ventum eſt, quibus Romani de- Num. 821.
pacta jam antè, ſub Tiberii quà Cæſaris initio, octoginta millia 819.
auri librarum, Avaribus, in emptionem argenti, & variæ veſtis, & aliæ ſuppellectilis, ſingulis annis ſe præſtaturos ſpoponderunt. Ex prætextu, quem Chaganus pro caſtris Sirmio admovendis A. 579. prehenſavit, ſe nempe nil mali Romanis machinari, ſed in Sclavinos tributum ſolitum negantes expeditionem, & tranſitum Savi fluvii parare, apparet, Slavos pleroſque Dalmatas circa hæc tempora jam poteſtati Avarum quodammodò obnoxios fuiſſe.

583. §. 31. Ad initium Imperii Mauritii Avares non contenti 821.
pactis A. 580. annuis octoginta millibus auri, pactorum horum augmentum ad viginti millia petunt, & pacis conſervandæ cauſâ obtinent. Dum autem iterum his jam pactis 100. millibus alia viginti millia ſuperaddi poſtularent, & repulſam acciperent, pacem ſolvunt, Singidonum vaſtant, & alias multas Illyrici civitates capiunt.

584. §. 32. Chaganus Avarum in Thracias Slavos Anthas immi- 822.
ſit, qui uſque ad longos muros versùs Conſtantinopolim prædando pervenerunt.

587. §. 33. Chaganus Mœſiam inferiorem & Scythiam invaſio- 823.
nibus valdè affligit, multas quoque ſubvertens civitates: ſed à Romanis ex inſperato in eum irruentibus cæſus fugâ ſalutem invenit.

591. §. 34. Chaganus etiam Slavos Boreales, maris Balthici ac- 824.
colas in Romanum Imperium concitare, ſed fruſtra, nititur.

592. §. 35. Chaganus iterum quærebat augmenta pactorum à 825.
Romanis accipere, denegato autem eo Singidunum iteratò devaſtat, & contra Sirmium caſtra movet: ſed à Priſco cæſus, literíſque fictis quibusdam deluſus, pacem init.

§. 36. Ab hoc anno 592. usque ad A. 598. Chaganus hoſtili- 826. 827.
ter per ſe directè non egit, ſed Slavos Anthas incurſionibus Roma- 828.
598. ni Imperii vacare ſat duxit. Tunc verò, quòd Priſcus Rom. 829.
Dux ſub prætextu venationis ripenſem Daciam antiquam intrâſ- 830.
599. ſet, in inimicitias erupit, Dalmatiam Romanorum maritimam
600. devaſtavit, ſed clade accepta iterum dereliquit. A. 600. Thra- 831.
cias invaſit. Poſt variam dein armorum fortunam, peſte quoque inter Avares ſæviente, pax redintegrata eſt, additis Chagano ad tributum annuum viginti millibus librarum auri.

601. §. 37. Anno ſequente Comentiolus Dux Romanus, à Cha- 832.
gano de prodito exercitu apud Mauritium accuſatus, pacem diſſolvit, & copias ad Viminacium, Iſtri inſulam (prope Uipalankam hodiernam) colligit. Iſtro tranſito cum Avaribus ſæpiùs confligitur. Primo prælio per noctem primùm dirempto, dein bis renovato, cæditur exercitus à Chagano quatuor filiis ſuis ad cuſtodienda vada Danubii traditus. Romani præliando pellebant Avares versùs ſtagnum, ubi multitudo occiſa, & filii quoque Chagani perierunt. Circumſtantiæ loci monſtrant, prælium illud exſtitiſſe in Bannatu hodierno Temesvarienſi. Secundo prælio ipſe Chaganus, ab excurſione cum exercitu ſeparato ex

Ro-

A. Chr. Romanis provinciis redux, funditur. Tertia vice magìs cædes quàm prælium erat, improvisò obrutis & trucidatis triginta millibus Barbarorum in ſedibus propriis, dum diem feſtum agerent, & convivarentur. Quarto prælio Chaganus ipſe iterum cum novo collecto exercitu ad Tiſſum fluvium, id eſt Tibiſcum, vincitur, occiſis & ex parte ſubmerſis plurimis, captísque tribus millibus Avarum, præter alios Barbaros. Vid. App. Num.

§. 38. Epocha prima potentiæ Hunnorum antehàc finierat clade & fugâ filiorum Attilæ A. 454. Epocha ſecunda Hunnorum, qui ſpecialiter Avares dicti, cœperat A. 553. nunc autem ab A. 601. valde declivis facta fuit potentia illa, & geſta Avarum, quæ abhinc ad annos 602, 612. 619. occurrunt, Thracias reſpiciunt ad Danubium inferiorem. Ad Danubium verò medium jam invaleſcebat nova Reſpublica Slavo-Moravica; de quà *infrà cap. XXVIII.* 833. 834.

599. §. 39. Langobardi ſub Agilulfo pacem perpetuam ineunt cum Avaribus. Inter hæc Langobardi, cum Avaribus & Slavis Croatis Hiſtrorum fines ingreſſi, univerſa ignibus & rapinis vaſtaverunt. 889.

604. §. 40. Agilulfus Rex Langobardorum egreſſus Mediolano menſe Julio, obſedit civitatem Cremonenſem cum Slavis, quos ei Chaganus Rex Avarum in ſolatium miſerat, eámque ad ſolum usque deſtruxit. 889.

611. §. 41. Circa hæc tempora Chaganus Avarum, cum exercitu Venetiarum fines ingreſſus, Ducem Forojulienſem Giſulfum cæcidit. Quæ in poſterioribus his duobus paragraphis de Avaribus dicuntur, de Hunnis & Avaribus, qui in Norico & Pannonia remanſerant, intelligenda videntur. 889.

624. §. 42. Slavi jam contra Avaros cognomento Chunos, & Regem eorum Gaganum cœperunt rebellare, ait Fredegarius, id eſt: Slavi Croatæ ſeu Carantani, qui tributarii erant Chagano Avarum, ſeu *Hunnorum Noricorum*, excutiunt jugum hoc, & exercitum contra Hunnos educunt. Francus quidam, nomine Samo, huic expeditioni ſe adjunxerat, & dum ejus ope & conſilio multitudo Hunnorum proſtrata fuiſſet, Slavi Samonem eum ſuper ſe eligunt Regem, qui 35. annos regnavit feliciter. Plurima prælia contra Hunnos in Samonis regimine Slavi inierunt, & ejus conſilio & ope Slavi ſemper vicerunt. 891.

§. 43. Tunc ergo vires quoque fractæ ſunt Hunnorum Noricorum, & cùm jam tres populi vicini, nempe Slavi Croatæ, Bojoarii, & Moravi, potentiâ invaleſcerent, quietos ſe & pacificos Hunni Norici in ſedibus ſuis continuerunt.

§. 44. Poſteriora geſta horum Avarum ſeu Hunnorum Noricorum Paulus Diaconus recenſet lib. 5. de tempore Grimoaldi Regis Langobardorum A. 672. mortui, & poſt necem Conſtantis II. Imp. ſub Conſtantino IV. qui imperare cœpit A. 669. in Julio: ut itaque geſta hæc circa A. 670. contigerint. Subſtantia relatorum Pauli hæc 836.
670. eſt: Grimoaldus, ad evitandum civile bellum inter Langobardorum principes, Avarum Chaganum, amicum & fœderatum ſuum, advocat, ut in Forum Julii, contra Lupum Ducem, cum exercitu

A. Chr. tu veniret, eúmque bello protereret; quod & factum eſt. Chaganus venit ad locum, qui *Fluvius* dicitur, id eſt, ad civitatem hodiernam Fiume, ſeu S. Viti ad ſinum Flanaticum maris Adriatici; venit ergo ex Norico per Comitatum Cileiæ tunc Langobardis tributarium. Lupus Dux, in vicinia imperans, cum parte ſua Foro-Julianorum per tres dies contra Chagani exercitum conflixit feliciter, cæſo magno numero Hunnorum. Quarto die autem, amiſſa jam quoque ſuorum non parva manu, impar multitudini Hunnorum, ipſe occumbit, & exercitus ejus in caſtella ſe recipit. Hunni regionem devaſtant, & Grimoaldo, qui oppreſſo Lupo jam intentionem ſuam aſſecutus erat, & Chagano receſſum cum exercitu intimaverat, per legatos mandant, ſe armis parto Foro Julio non ceſſuros. Grimoaldus, dum vi non fideret, ſtratagemate Hunnos domum recedere inducit, collectum exercitum ſuum, diverſo habitu, variíſque armis aliter & aliter inſtructum, ante oculos legatorum, per aliquot dies, quaſi novus ſemper exercitus prodiret, tranſire faciens, & minas addens: hoc ingenti exercitu Hunnos ſe exterminaturum, nî velociter finibus exceſſerint. Nuntiatis per legatos Chagano his viſis & auditis, mox ille cum exercitu ſuo ad propria revertitur. Vid. App. Num.

§. 45. Hic eſt epilogus Pauli Diaconi de Hunnis & Avaribus, quorum in hiſtoria ſua, ad ſeculum abhinc adhuc excurrente, nullam ampliùs mentionem facit: quod ſanè ſignum eſt, amicitiam & fœdus priſtinum inter Langobardos & Hunnos ceſſâſſe, & nihil ampliùs ſibi ad invicem commune fuiſſe.

§. 46. Hunni jam undique fermè viciniis infeſtis circumdabantur. Langobardi, ùt dictum, renuntiaverant amicitiæ, quæ in exitium eorum vergere incipiebat. Slavi Croatæ à tempore Samonis Regis acriter, & victorioſè ſemper ex parte ſua, excipiebant, & reprimebant Hunnos, ùt *ſuprà* §. 42. Bojoarii à tempore depoſiti Garibaldi I. & reſtituti A. 590. in Ducatum Thaſſilonis I. usque ad Grimoaldum A. 725. à nutu Francorum pendebant, itaque Hunnis, qui vetus amicitiæ cum Francis fœdus A. 596. ruperant, obſiſtere neceſſe habebant. Regnum novum Moravicum ſeculo initiante octavo (*infrà cap. XXVIII.*) potentiſſimum erat, atque in Pannoniam, & versùs Tranſylvaniam ſe extendebat: ùt igitur Slavo-Moravi ſeculo præcedente ſeptimo Hunnos Pannoniæ inſiſtentes ad arctiores limites circa Noricum compulerint. Hunnis, Procopio & Jornande teſte, mos non erat, ſolâ terræ culturâ & fructu vitam ſuſtentandi; populi igitur alii ad ſubminiſtrationem neceſſariorum adigendi, his autem ſe ſervituti huic ſubtrahentibus, lares alii exquirendi erant. Unde conſequens eſt, Hunnos maxima ex parte, relictis hactenus poſſeſſis ſedibus, versùs poſteriores Danubii ripas emigrâſſe, ibidémque popularibus ſuis Avaribus adhæſiſſe. 856.

§. 47. AVARUM, qui TRANS DANUBIUM adhuc ſedes
619. retinuerant, fata hæc fuerunt: A. 619. Avares in Thraciam arma moverunt. Heraclius autem Imperator, miſſis ad eos legatis, pacem firmari expoſcebat. Chagano eam *ſe compoſiturum* ſpon- 834.

A. Chr. ſpondenti Heraclius, ſponſioni de futuro nimiùm fidens, eámque pro præſenti habens, obviam ivit Conſtantinopoli usque ad longum murum; aſt dum Chaganus, pactum inchoatum miſſum faciens, eum armis adoriretur, vix fugâ elabebatur. A. 620. Vid. App. Num.
620. Heraclius, quoniam ob imminens bellum Perſicum pacem cum Avaribus optabat, miſſis iterum legatis de fide violata conqueritur: Chaganus itaque nunc ſeriò pacem componit, ſed caro 835.
pretio, pactis námque ſibi annuis ducentis nummorum millibus. Neque hæc pax diuturna fuit, quoniam A. 626. ſollicitationibus Choſrois Perſarum Regis aurem dedit, & Duci ejusdem Sarbaræ ad obſidendam Conſtantinopolim ſe cum exercitu Avarum
626. ſeu Hunnorum populariurn ſuorum non tantùm, ſed & Bulgarorum, Slavorum, & Gepidarum, ſociavit, Conſtantinopolim per decem dies obſedit, aſt magna parte exercitûs amiſſâ inglorius ad ſua rediit.

§. 48. Fortuna hunc in modum undequaque ex partibus cis-Danubianis contrariâ, ultimum malorum Chagano acceſſit, potentiámque in trans-Danubianis terris hucusque reſiduam penitùs disjecit, dum Cubratus, Hunnogundurorum (ùt vocat Ni-
634. cephorus Patriarcha, id eſt, ùt *cap. XV.* §. *12. 13. 14. 15. 17.* 836.
deductum eſt, tam Hunnorum Cuturgurorum, quàm Slavorum Bulgarorum, cis Pontum Euxinum ſedentium) dominus, contra eundem Chaganum Avarum rebellavit, jugúmque excuſſit: &, ut eò fidentius quibusvis vindiciis & auſibus Chagani obviare poſſet, cum Heraclio Imperatore, legatione ad eum miſſa, fœdus perpetuum paciſcitur. Poſthàc rara mentio Avarum: im-
677. mo Theophanes, dum Mardaitarum Libani incolarum fœdus, 836.
& inde quoque Arabum, nec non horum exemplo, omnium occidentalium nationum pacem, Romano Imperio obveniſſe commemorat, Chaganum Avarum ſimpliciter Principem, cæterarum verò gentium moderatores, præter Caſtaldos & Duces, etiam Reges appellat, ita ut in obſcuro tunc Avarum quondam gloria recondita fuerit.

§. 49. Ex defectione Bulgarorum ſimul neceſſariò fermè inferenda eſt defectio plerorumque aliorum Slavorum trans-Danubianorum ſeu Antharum: vicinarum enim provinciarum incolæ ad Danubium inferiorem erant, ut & illi æquè jugo amoliendo hac peropportuna occaſione haud defuiſſe cenſendi ſint. Com-
679. probant id relata Hiſtoricorum ſubſequa: námque Bulgari A. 837.
679. eò jam virium creverant, ut, translatis ſedibus ex trans-Danubianis in cis-Danubianas terras, Romanorum offenſam nihili ducerent, ſed magnam partem Thraciarum & reliqui Illyrici ad Pannonias usque occuparent, & ſuo nomine deinceps Bulgariam inſignirent: Slavos quoque Anthas, & partim Dalmatas ſuo imperio aſſererent: quin & Romanos ſeu Conſtantinopolitanos tributarios ſibi efficerent. Hìc jam de Avaribus nihil occurrit, niſì nomen *Abaria*, quaſi cujusdam ſpecialis provinciæ, cujus poteſtas nec Romanis nec Bulgaris formidanda ampliùs erat. Unde etiam ulteriores Hiſtoriæ Romanæ ſeu Conſtantinopolitanæ nomen Avarum non, ſed Bulgarorum & Slavorum inſinuant. 838. 839. 840.

§. 50.

A.Chr. §. 50. Nunc ergo epocha ſecunda Hunnorum, qui Avares Vid. App. Num.
dicebantur, exiit, & reliquiæ Avarum ex Dacia, aliísque trans-Danubianis partibus, vel Hunnis antiquis Noricis inter Slavos Croatas & Moravos degentibus coaluerunt, vel aliò dilapſæ ſunt. Illud ex hiſtoriis epochæ Hunnorum tertiæ ſeculi octavi com-
744. pertum eſt, Hunnos, tunc novos advenas, in primis ſuis ſedibus Transſylvanicis nullos populares ſuos, ſed eos primùm in Pannonia poſt conflictum cum Moravis, inter hos ipſos, & qui- 968.
dem ex iis, qui poſt Attilam ibidem remanſerant, ergo Hunnos Noricos, quanquam & illi ipſi nomen Avarum ferrent, deprehendiſſe.

CAPUT XXV.

De Bojoariis.

§. 1. EXimiam lucem Slavicis Originibus affundit hiſtoria Boica, præcipuè verò in eo, quòd referente ex anna-
508. libus domeſticis Aventino, ſeculo ſexto ineunte, in Norico tres 857. 858.
populi, Bojoarii, Slavi, & Hunni, commorati ſint, et, confuſis tunc Romanorum rebus, ſedes ſuas in totum Noricum, & ſimul in Vindeliciam protulerint: ita ut Slavi eam Norici portionem, quæ à fontibus Muri, Dravi, & Savi, ad Aquileienſem agrum uſque extendebatur, id eſt, partem Styriæ ad dextram ripam Muri, atque totam Carinthiam & Carnioliam: Hunni Noricum infra Anaſum, id eſt hodiernam Auſtriam inferiorem: Bojoarii verò reliquum Noricum ſupra Anaſum, nec non Vindeliciam occupaverint. Per hanc traditionem Hiſtoricorum Boicorum locus primæ & ſecundæ migrationis Slavorum Limigantium ex Bannatu Temesvarienſi in confinia Italiæ & Pannoniæ intra Murum & Savum fluvios, de A. 334. & 454. (ùt *cap. XI.* & *XXI.*) nec non hac ſecunda vice ſimul Hunnorum in Pannoniæ & Norici partem, Cetiis montibus contiguam, ad Murum fluvium (ùt *cap. XXII.*) certificatur.

§. 2. Brunnerus pleraque relata Aventini, de primordiis 862.
Gentis Boicæ, ùt fabulas traducit, & partim ex ſuo ſenſu transformat: in tempore autem exortæ Bojoariorum Reipublicæ Aventino conformis eſt, dum dicit: Theodonem, primum Bojorum Principem, A. 508. in Vindeliciam veniſſe, tutò credi, quòd domeſtici annales omnes, qui cæteroquin in profectionis hujus conſiliis, aggreſſione, progreſſionibúſque, mirè diſcrepent, hac tamen in re & anno aſſignando ſinè formidine conſpirent. De reliquo Brunnerus, an juxta Bojoarios ſimul Slavi & Hunni Noricum incoluerint, & ſedes ex ſua quoque parte promoverint, ſimpliciter prætermittit, quod ſignum eſt, nihil eum in domeſticis ſcriptoribus inveniſſe, quo Aventinum refelleret.

§. 3. Schönleben econtrà apertè in contrarium ſecedit, 326.
& miratur, quomodo Megiſerus Slavos in Carinthia habitâſſe,
&

Digitized by Google

A.Chr. & Theodoni Duci Bavariæ A. 510. militâſſe, ex Aventino, Pau- Vid. App.
lo Æmilio, & aliis affirmet, cùm Slavorum immigratio vix an- Num.
te A. 548. evenerit. Hunnos porro incolas Carnioliæ circa tem-
pora Attilæ agnoſcit Schönleben, ſed qui ex itinere Attilæ, de
A. 452. in Italiam, remanſerint, & poſt Attilæ mortem partim
iterum in Scythiam receſſerint, partim alibi per Pannonias di-
ſperſi fuerint; Avaribus autem permanentem ſedem demum cir-
ca A. 551. in Carniolia obtigiſſe. Cum Schönleben conſen-
tit Reiffenſtuell in adventu Slavorum circa A. 548. authoritate
Procopii motus, qui negat Slavos ante Juſtiniani imperium un- 805.
quam *cum exercitu* fluvium Iſtrum trajeciſſe. Aſt Schönleben, &
omnes alii idem ſentientes, Procopium, de violento tranſitu
Danubii loquentem, perperam ad pacificam immigrationem,
ab ipſis Romanis Imperatoribus A. 334. Slavis, A. 454. Hunnis
& Slavis iterum conceſſam trahunt, ùt abundè dictum *ſuprà cap.*
XV. Hoc itaque fundamento corruente, dicat mihi Schönle-
ben, cum adhærentibus ſuis: ubi eſt Italiæ pars, in qua vel ve-
ſtigium tantæ multitudinis Slavorum à Conſtantino Magno A.
334. transductorum inveniatur, niſi in Carniolia, veteri Italiæ 320. 336.
Ocram & Albios montes comprehendenti incluſa? ubi eſt ca-
ſtrum Martena, in cujus vicinia conſenſu Marciani Imp. A. 454.
tam Hunni quàm Slavi terras incolendas acceperunt, niſi ad ri- 759. b. d.
pas Dravi in Styriæ & Carnioliæ confinibus? Si teſte Brunnero
domeſtici Boici annales omnes in occupatione Norici per Bojos,
& in anno 508. aſſignando conſpirent, nunquid & iiſdem, re-
ferente Aventino, tutò ſat credi poteſt, cum Bojis ſimul Slavos
& Hunnos Norici incolas fuiſſe, & ampliationi ſedium ſuarum
incubuiſſe?

§. 4. Aſt, ut appareat, cui, Aventino, an Brunnero, po-
tior fides (in antiquitatibus nempe, ſalva utrique laude quo-
ad reliqua) habenda ſit, videamus, quàm feliciter in aliis quo-
que recenſitionibus Originum Boicarum conatus Brunneri ceſſe-
rint. Aventinus Bojorum veterum evaſtationem in Pannonicis
& Noricis ſedibus per Bœrebiſtam Regem Dacorum rectiſſimè 522. a. c.
ad tempora refert Julii Cæſaris. Brunnerus, novæ ſententiæ
contra Aventinum avidus, evaſtationem illam ad tempora Au-
guſti Imp. & annum U. C. 744. incongruentiſſimè rejicit: quia, 522. b.
ſupponendo hoc tempus, Bœrebiſtas ultra ſeptuaginta annos in
Dacia regnare debuiſſet, antequàm in Bojos & Tauriſcos expe-
ditionem ſuſcepiſſet. Simili planè modo, & perfunctorio cala-
mo, eidem tempori alligat expulſionem Bojorum Bohemicorum 528. 529.
per Marcomannos: transductionem ſecundam Marcomanno-
rum ex Pannonia & Valeria per Maroboduum in ſtatu jam Re-
gio factam, cum prima Marcomannorum in ſtatu adhuc popu-
lari ex partibus Germaniæ circa Rhenum in Bohemiam ſuſcepta
expeditione, & Bojorum expulſione confundens.

§. 5. Aventinus Bojos Pannonicos ſeu Noricos à Bœrebi- 522. a.
ſta Dacorum Rege totaliter exſtirpatos negat, ſed loco motos,
& trans Danubium abductos, inter alias gentes delituiſſe, ex
iiſque ſeculo ſexto novam Rempublicam Boicam exſurrexiſſe,

Digitized by Google

A. Chr. præſertim verò Hirros, Schiros, Buros, Boicæ genti adſcribendos eſſe aſſerit. Porro alibi ſub nominibus Schirorum, Schiradiorum, Hirrorum, Burorum non tantùm, ſed & Tranorum, Saliorum, Salingorum, Haliorum, Stirorum, Stiracrorum, populos Boicos comprehenſos fuiſſe autumat. Brunnerus econtrà has gentes pro Boicis non agnoſcens ait: Buros Taciti, Germanicam gentem, ad Bojos non pertinere; Stiros, Stiracrios, Tranos tunc nullos, reliquos verò Germaniæ magnæ populos, pleroſque ſedibus longiſſimè inter ſe, & à Bojis diſſitos fuiſſe, adeóque Aventinum, res Boicas narrare profeſſum, iis deficientibus, ſtipem ex tota Germania, longiúſque collegiſſe, ſæpe etiam reluctantes in Bojorum album, in quo nunquam ſteterint, populos inſeruiſſe. Pace Brunneri liceat mihi ex Aventini narratis, alioquin pro ſtylo ejus ſub-obſcuris, veroſimilem ejuſdem mentem elicere. Tam peregrinum in antiquitatibus hiſtoricis Aventinum non cenſerem, quòd Scyros Jornandis (quos ab Aventino, nomina populorum transformare ſolito, ſub Schiris & Schiradiis intelligi exiſtimo) nec non Herulos Procopii, & Pauli Diaconi (quos pro Aventini Hirris habeo) atque Buros Taciti, originetenus Bojos facere voluiſſet; Jornandes enim Scyros genti Alanorum adnumerat, idem Herulos ex Thule inſula deducit, Tacitus Burios ſermone cultúque Suevos referre ait, Ptolemæus de anteriore ævo, Marini nempe, loquens, Buros ſpeciem Lygiorum Viſtulam accolentium facit: ut itaque origini Boicæ nullus locus ſit, & Aventinus aliter, quàm in ſedibus harum nationum plurimos Bojos immixtos fuiſſe, intelligi nequeat. Porro Aventinus reliquorum Bojorum in novam rempublicam coadunatorum nomina, non ex uſu ſeculi ſexti, ſed ex ævo poſteriore emutuâſſe, adeóque Tranos, quos ad fluvium & Lacum Traun, Salios & Salingos, quos ad fluvios Archi-Epiſcopatûs Salisburgenſis, Saal & Saltzag, Halios, quos ad Lacum Hallſtattenſem, Stiros & Stiracros, quos in Styriæ, noviùs ſic nominatæ, partibus refugium ab evaſtatione Dacica olim quæſiiſſe, & uſque ad tempora reſuſcitatæ Bojorum Reipublicæ delituiſſe crediderat, non ſuppetentibus antiquioribus nominibus, vocâſſe cenſendus eſt. Unde idem eſt, acſi Aventinus dixiſſet: ſeculo ſexto pro nova formanda Republica reliquias Bojorum undique, tam ex Norico, quàm ex transdanubianis viciniis confluxiſſe. Bene procedit ſententia hæc, dummodò ſubintelligatur: novam Rempublicam Bojoaricam non ex meris reliquiis Boicis, ſed aliis diverſarum gentium augmentis vel maximè coiiſſe, & nomen Boicum ſibi præcipuè ob Ducis ex hac gente originem adſciviſſe.

Vid. App. Num. 857. — 862. — 522. a. — 759. b. — 472. b. — 464. — 454. — 868. ſeqq.

§. 6. Audiamus nunc, quam Brunnerus ſententiam reprobatæ Aventinianæ ſubſtituat. Non hæret ille in invenienda gente, quam poſt ſemi-ſextum ſeculum obductæ Bojorum memoriæ Boicam faciat, & Theodoni primo Principi ſubdat, ſed facilè ſe expedit, dum eam omnem ex proximo trans Danubium agro Nariſcorum advocat. Aſt hæc ſententia omnibus ſubſidiis hiſtoricis deſtituitur: Seculo tertio finiente, tempore ſcilicet com- 862. 491.

pi-

A.Chr. pilatæ tabulæ, Peutingerianæ dictæ, ripam Danubii ſeptentrionalem tenebant Alamanni, Armalauſi, Vandali, Jutugi. Seculo quarto circa dictam ripam Armalauſi & Vandali ampliùs non, ſed Alamanni varii, quibus jam acceſſerant Jutugi ſeu Juthungi, inveniebantur: *vid. cap. VII.* §. *14. 17.* Seculo quinto medio, inter Francos ad Nicrum, & Quados, ſoli memorantur Suevi, Thuringi, & Marcomanni: *vid. cap. 24.* §. *11.* A. 475. Thuringi, Mœnum tranſeuntes, Suevorum partem uſque ad Danubium occupabant: *vid. cap. XXVI.* §. *2. 5.* in reliqua verò ripa Danubii poſt Attilæ mortem uſque ad A. 472. Scyri: *vid. cap. XVII.* §. *8.* abhinc uſque ad A. 487. Rugi: *vid. cap. XVII.* §. *11. 12. 13.* Dein uſque ad A. 491. Langobardi *vid. cap. XX.* §. *5.* habitabant. Ubi hic Brunnerus Bojos inveniet, niſi eos ſub nomine aliarum gentium latuiſſe cum Aventino dixerit? Si hoc autem conceſſerit, éſtne credibile, tantam Bojorum multitudinem in hac vicinia aliis indubiæ diverſiſſimæ originis gentibus admixtam fuiſſe, ut ſe ſolâ Noricis & Vindelicis populis ſubigendis ſufficeret? Vid. App. Num.

§. 7. Cauſatur quidem Brunnerus anniverſarias clades Vindelicorum, & eorum abductionem in Italiam per Odoacrum Regem: itaque neceſſe fuiſſe, Vindeliciam, poſſeſſoribus penè vacuam, novis colonis, nempe Bojis, tradi. Eo fine id dicit, ut ſuffeciſſe videatur ſolus annutus Theoderici Regis Gothi, poſt peremptum Odoacrum in Italia regnantis, ad occupandam quali-bet exigua manu Vindeliciam. Aſt egregiè fallitur Brunnerus: Rugos populares ſuos, erga S. Severinum impios, in Auſtria hodierna tunc ſedentes, cæcîdit, evaſtavit, & reliquias in Italiam tranſtulit Odoacer, *vid. cap. XVII.* §. *13.* non Vindelicos, quos nec pertranſivit, utpote viam rectam per Alpes Julias eundo & re- 795.
deundo tenens.

§. 8. Aventinus de expeditione Boica in Noricos & Vindelicos ſic tradit. A. 508. Bojos cum ſociis, Norici & Vinde- 857.
liciæ partem, tunc à Romanis poſſeſſam, invaſiſſe, & expugnatâ Auguſtâ Tiberii, quæ exinde Reginoburgium vocata, occupâſſe: Juſtiniano & Valerio Conſulibus (itaque A. 521.) à Theo- 858.
done, tranſito Oeno fluvio, in Campo poſthac Mordfield dicto, Romanum exercitum cæſum, Auguſtam Vindelicorum everſam, & regionem totam ad Alpes uſque occupatam eſſe, Romanos pluries victos, in Italiam ſe recepiſſe. Brunnerus principiis cæ- 862.
ptis inhærens, inficiando ſimpliciter defungitur, dicens: de Theodonis pugnis, perpetuiſque triumphis, ſolum Aventinum conſcium, & teſtem fabuloſum eſſe.

§. 9. Utrùm ex hiſtoricis adminiculis, an ex præconcepta opinione ſua, hanc condemnatoriam Brunnerus hauſerit, diſpiciendum paulò penitiùs eſt ex ſtatu populorum in Vindelicia, & circa eam versùs Alpes & Rhenum. Eugippii hiſtoria de S. Se- 796.
verino docet: omnes populos ſupra Noricum, ad Lycum, & ultrà versùs Alpes, & Rhenum, receptiore tunc vocabulo Alamannos indiſtinctè vocatos fuiſſe: eos autem, qui Noricis proximi, itaque in Vindelicia erant, Regem habuiſſe Gibuldum,

A.Chr. hoc mortuo Chunimundum nomine; ſub utroque Rege autem Vid. App.
crebris Alamannorum incurſationibus & devaſtationibus Nori- Num.
cum usque ad Anaſum patuiſſe: quibus reſiſti haud facilè potue-
rit, eò quòd Romanus miles, ſtipendiis in turbato Romanorum
ſtatu non adjutus, ex præſidiis diffluxiſſet. Jornandes populos 767.
eosdem modò in Suevos & Alamannos diſtinguit, modò pro- 764.
473. miſcuè his compellationibus utitur. Teſte eo Gothi ſemel tan-
tùm in Suevos & Alamannos expeditionem duxêre, & quia im- 767.
proviſi irruerunt, Suevis damna illata ſunt, ſed vires eorum
haud ita multùm debilitari poterant. Gallia id experta eſt, in
496. quam multitudo Alamannorum & Suevorum irrupit, & vix non 773. a.
Clodovei Regis Francorum exercitum oppreſſiſſet, nî Clodo-
veus rebus ſuis jam nutantibus, voto Chriſtianitatis concepto,
Dei potiùs beneficio, quàm ſuis viribus, victoriam adeptus eſ-
ſet. Notari meretur, quàm arduum opus, & quantæ felicita-
tis, Theodericus Rex Italiæ, in gratulatoriis ad Clodoveum li-
teris reputaverit, Alamannum acerrimum à Clodoveo devictum,
& innumerabilem nationem partim ferro, partim ſervitio ſub-
jugatam eſſe.

§. 10. Hæc igitur gens fuit, cum qua Bojoariorum novæ Reipublicæ de ſumma rerum contendendum erat. Maxima & potentiſſima pars quidem, illa nempe, quæ in Rhætia Theoderico, & trans Licum usque ad Rhenum Clodoveo jam parebat, favore utriusque hujus imperantis jam præoccupato (de quo infrà) à Bojoariis abſtinere neceſſe habuit; aſt ſupererat non minùs adhuc ſe ſolâ pollens gens intra Oenum, & Licum, quæ jugum à novello populo ſibi imponi, intentatis armis, & demiſſis manibus, certè paſſa non eſt. Ut quid ergo meras fabulas hìc videt Brunnerus? an ipſum offendit oratorius ornatus, geſta bellica populi Bojoarici contra populum Alamannicum, in pompam pro affectu, quo ferebatur, deſcribens? an nomen exercitûs *Romani*, quem cæſum, & *Romanorum*, quos in Italiam fugatos dicit Aventinus? priore notâ ſanè nec ſe ipſum Brunnerus, nec facilè alium quempiam vel antiquiorum vel noviorum ſcriptorum, gentis ſpecialis ſibi conjunctæ facta enarrantem, eximet; poſterior verò nota ex uſu ſeculi illius purgatur. Quemadmodum enim Eugippius in vita S. Severini omnes provincia- 796. ſeqq.
les Norici, paſſim Romanos, limitem eorum Romanum, imperium in eos Romanum vocat, quanquam ex coloniis vix quisquam verorum Romanorum ſuperfuerit: ita Aventinus Vindelicos pro Romanis, & exercitum eorum pro Romano habet, quòd Romanum ſuo modo Imperium, æquè ac Norici, adhuc reſpicerent.

§. 11. Aventinus Boicæ expeditioni in Vindelicos eam cir- 857.
cumſtantiam addit, quòd inſtinctu Regis Francorum Clodovei
ſuſcepta ſit. Brunnerus indirectè hoc refellit, dicendo: *Theode-* 862.
rico Italiæ Rege volente, Bojos in Vindelicia ſedem poſuiſſe, nec
527. aliter ob ejus potentiam potuiſſe: poſt Theoderici mortem ve- 863.
rò, dum Reges Francici ad Bojos usque arma proferrent, Bojos
rebus ſuis voluntaria deditione conſultum iviſſe; cúmque in Theo-
deri-

A.Chr. derici ſucceſſoribus nihil ſpei eſſet, maluiſſe orientem fortunæ Vid. App.
Francicæ ſolem, quàm Gothicum jam in occaſum vergentem, Num.
adorare: leges quoque à Theoderico Rege Francorum ſuſcepiſ-
ſe. Rectè habet Brunnerus, quòd Bojoarii, Rempublicam ſpecialem in Norico meditantes, conſenſu Theoderici Regis Italiæ omnino indiguerint; Rhætiis enim Theoderico ſubjectis ad Comitatum Tyrolenſem confines erant Vindelici, & jure Italiæ tam ditio in Vindelicos, quàm in Noricos ad Theodericum pertinebat. Aſt quid obſtat, Bojoarios itidem Clodovei Francorum Regis aſſenſu, quin & inſtinctu, fultos fuiſſe? Franci, à quo tem- 792.
428. pore occidentale Romanorum Imperium ſeculo quinto diffluere cœperat, rei ſuæ augendæ intenti, Regiam ſuam à Mœno in Belgium transferebant, ibíque Romanis magnam partem terræ adimebant. Romani contrà nitebantur: & horum exemplo quoque novi acquiſitores Italiæ, Odoacer Rugus, & Theodericus Gothus. Ille Thuringos, dum Francicas terras ad Mœnum occupâſſent, in protectionem ſuſcepit, & poſſeſſionem ha-
476. rum terrarum ab Auguſtulo confirmari curavit. Orto inter Odoacrum & Theodericum Gothum bello, Clodoveus Rex Franciæ occaſionem captat, Thuringos jam ad Danubium latè, ad
491. Noricum usque, extenſos, bello invadendi, & ſub jugum mittendi, cujus expeditionis tamen fructu, eò quòd Thuringi protectorem alterum in Theoderico invenirent, caruit. *vid. cap. XXVI.* §. *2. 3. 4.* Clodoveus igitur interim in aliam partem, in
496. Alamannos nempe Regno ſuo infeſtos, movet, eóſque ſubjugat, ùt *ſuprà* §. *9.* Huic acquiſitioni, utpote per bellum extortum partæ, Theodericus Gothus contraire nequiens, id tamen 773. a.
gratulatoriis ſuis, reverà dehortatoriis literis egit, ne Clodoveus anſam prehenſaret, ultra eam partem Alamannorum, quæ irruptionis in Franciam rea fuerat, omnes Alamannos & Suevos, adeóque & Vindelicos jugo ſuo attrahendi. Quod itaque Clodoveus propriis armis exequi diſtinebatur, concitatis Bojoariorum armis effecit, atque inde ſibi novam Regni portionem, quocunque commodum fuerit tempore, facilè capeſſendam præparavit. Effectus is omnino, non quidem ſe vivente, ſed Theo- 859. 863.
derico filio regnante, poſt mortem Theoderici Gothi ſubſecutus eſt.

§. 12. Cæterùm Aventinus novæ Bojoaricæ Reipublicæ terminum ponit Italiam & Danubium. Italia intelligenda de Rhæ- 858. 773. a.
tia; certum eſt enim, Alamannos in Rhætia ſubfuiſſe Theoderico Gotho, Regi Italiæ: Rhætia igitur terminus erat ad Meridiem, ad ſeptentrionem verò Danubius. Terminus is correſpondet deſcriptioni Pauli Diaconi, qui disertè Danubio claudit Bo- 873.
joariam; conformis quoque eſt Jornandes, qui à ſeptentrione 767.
Thuringos locat. *Eckhardus de reb. Franc. orient.* per plures authoritates probat, Thuringiam tunc temporis ad Danubium usque extenſam fuiſſe. *vid. cap. XXVI.* §. *2.*

§. 13. Ex dictis hucusque id pro originibus Slavicis ſat me eviciſſe puto, per hiſtorias Boicas conſtare, quòd dudum ante ſeculum ſextum medium, itaque ante migrationem Slavorum

Digitized by Google

A. Chr. Antharum in Dalmatias, Slavi alii, ſeu ſpecifico nomine Slavi- Vid. App. Num.
ni, circa terras Noricas, & partim in iisdem, domicilium ha-
buerint. Unde & rectè argumentari licet, inde quoque Sla-
vos, qui pòſt Bohemi, dudum itidem ante ſeculum ſextum me-
dium, in ſeculo nempe quarto finiente, in Bohemiam emigra-
re potuiſſe. Quod verò Aventinus hac occaſione addit, tam 857.
Slavos, quàm Hunnos Noricos, usque ad A. 508. *incertis ſedibus
vagantes* fuiſſe, vel conjectura eſt ex proprio ſenſu Aventini de-
prompta, vel ſi id in hiſtoriis domeſticis legit, eam interpreta-
tionem habet, quòd neuter populus propriis tunc adhuc auſpi-
ciis terras, quas incolebat, tenuerit, ſed juri clientelari & be-
neficiario Romanorum nexus fuerit, certas autem ſedes, & re-
giminis proprii, demum tunc jure armorum ſibi comparaverit.

§. 14. Id porro pro originibus Slavicis uſu venit ex hiſtoria
561. Boica Aventini: Hunnos, qui audita morte Clotharii Franco- 860.
rum Regis in Franciam antiquam, & Thuringiam arma move-
runt, ex Norico infra Anaſum fuiſſe. Boicæ ſanè hiſtoriæ hic
credendum eſt, quia viciniſſimæ ſedes Hunnorum Noricorum
& Bojoariorum erant, & Bojoarii ſimul cum Francis contra
Hunnos pugnârunt.

§. 15. Brunnerus S. Ruperti adventum in Bojoariam ad an- 875.
num 616. collocat; aſt ex hiſtoria Salisburgenſis Eccleſiæ patet, 879.
699. eum non ante annum 699. advenire potuiſſe, quoniam tunc ad-
huc Epiſcopus Wormatiæ erat. Repugnat quoque adventui de
718. A. 616. Dies obitûs S. Ruperti, nempe VI. Cal. Apr. A. 718. 884.

§. 16. Duces Bojoariorum ſæpius jugum Francicum à ſeſe
amoliri, & independentes ſe reddere niſi ſunt. Inter hos præ-
578. cipuè fuit Garibaldus I. qui Thaſſilonem I. abſentem pro mortuo 861.
declarari fecit, portionem ejus hæreditariam ad ſe traxit, &
590. Regis titulum ſibi attribuit, aſt eapropter à Childeberto Rege
Franciæ Ducatu privatus eſt, reſtituto in Bojoariam Thaſſilone.

725. §. 17. Carolus Martellus bello petit Grimoaldum Bojoaric- 925.
728. rum principem, dein ſucceſſorem ejus Hugibertum: Bojoariós-
que ad officium & fidelitatem Regum Franciæ reducit.

§. 18. Thaſſilo III. demum, Odilonis filius, totis viribus,
763. & variis vicibus, jugo Francico ſe ſubtrahere ſtudet. Triplici 927.
787. autem exercitu Francorum petitus Carolo Magno quidem ſe ſub- 928.
mittit, & terras ſuas in feudum ab eo accipit; ſed ſequente an-
788. no à fidelitate reſilit, Hunnos in Francicum Imperium conci- 929.
tat: ideóque in Comitiis à proceribus tum Bojoaricis tum Fran-
cicis condemnatus Ducatu deponitur, & unà cum filiis duobus
in monachum tonſuratur, Bojoaria verò impoſterum à Carolo
Magno Comitibus regenda traditur, itaque in provinciam Fran-
cicam redigitur.

CA-

Digitized by Google

A. Chr. Vid. App. Num.

CAPUT XXVI.

De Thuringis.

§. 1. PTolemæus Teuriochæmas collocat *ſupra* Sudetos mon- 448. 457.
tes, (ergo à ſeptentrione Bohemiæ) & Nariſcos *ſub*
dictis montibus, (ergo ad occaſum Bohemiæ) dein Gabretam
ſilvam. Thuringi itaque tunc erant vicini Bohemiæ circa Al-
bim, & hodiernam Thuringiam. Seculo quinto, dum Clodio
Rex Francorum (qui A. 428. regnare cœpit) populares ſuos 792.
Francos in Belgium duxiſſet, bonâ ejus veniâ Thuringi Franco-
rum ſedes veteres à Boda amne uſque ad Viſurgim occupârunt.
451. Sydonius Thuringorum mentionem facit inter ſocios Attilæ. 755. c.
464. §. 2. Regem Thuringiæ Biſinum Regina Baſina deſerit, in 793.
Franciam venit, & Childerico Regi conjungitur, unde natus
475. Clodoveus. Biſinus Rex Thuringorum Francicos pagos (id eſt
provincias) Salageve, & Wirogeve, ſeu Franciam ad Mœnum,
in vindictam avulſæ uxoris, vaſtat. Porrò Thuringi Mœnum
476. transgreſſi terras Suevorum ad Danubium uſque occupant, ultra 793. 797.
Danubium quoque in Noricum graſſantur. Hi Thuringi Nori-
cum Ripenſe circa Anaſum, Alamanni circa Ænum vexârunt, 796. 797.
ùt de utriſque S. Severini hiſtoria teſtatur. Auguſtulus Impe-
rator Thuringis ſedes in Francorum regionem extenſas confir- 792. 793.
mavit; unde ab illo tempore Thuringia ad Danubium uſque ex- 509. 510.
tenſa fuit, in eáque erant fluvii Reganus (Regen) Nabis, Mœ- 512. 873.
nus, Radantia (Rednitz) Sala, Tubera (Tauber) & civitates
Wirzeburgum, Norimberga &c. 921.
491. §. 3. Thuringi hucuſque tuti erant à vi Francorum, patro- 793.
cinio Eurici Veſegothorum, & Odoacri Italiæ Regis. Dum ve-
rò bellum inter Odoacrum, & Theodericum Gothorum Regem 794.
in Italia adhuc ferveret, Clodoveus Francorum Rex occaſionem
commodam ſibi adeſſe ratus, injuriam Francis ſub patre Childe-
rico à Thuringis, Odoacri patrocinio ſuperbis, illatam vindi-
candi, Thuringis bellum infert, eóſque Francis tributarios fa-
cit.
500. §. 4. Thuringi nihilominus comiter tantùm auctoritatem 794.
Clodovei colebant, quin etiam eidem ſe ſubtrahere molieban-
tur. Hermenfredus enim Rex Thuringorum amicitiam ac pro-
tectionem Theoderici Regis Italiæ ſibi acquirit, ductâ Amale-
bergâ, nepte ejus ex ſorore Amalofrida. Ex eo Franci à vi in
Thuringos deſtitêre.
527. §. 5. Poſt mortem Theoderici Gothi, Theodericus Fran- 852.
cus, Auſtraſiæ Rex, bellum contra Thuringos movet, fratre
ſuo Clothario Sueſſionum Rege adjuvante, qui ſeparato exerci-
tu Thuringos ad Nabim colentes domat & ſubjugat. Theode-
ricus ſuis copiis adversùs Herminfredum Regem Thuringorum
non prævalens, Saxones ſibi in auxilium conciliat: auctis ſic vi-
ribus

A.Chr. ribus Herminfredum iteratò aggreditur, caſtrum ejus capit, Vid. App. Num.
534. Thuringos ad internecionem fermè cædit, & tributo annuorum quingentorum porcorum impoſito (quod duravit uſque ad tempora Henrici Sancti Imp. A. 1002.) ſub jugum Francicum mittit. Thuringia adhuc ad Danubium uſque extenſa manſit; ſed ab ea ultra Harticos montes pars ſeptentrionalis avulſa, & Sa- 509.510.
554. xonibus in præmium præſtiti auxilii attributa eſt. Clotharius 852. 853.
Thuringiam vaſtat, ob ſuppetias Saxonibus rebellantibus latas.

561. §. 6. Hunni Norici, compertâ Clotharii Francorum Regis 854.860.
morte, ſuper Sigebertum ejus filium irruunt; quibus ille *in Thuringia occurrens*, eos *juxta Albim fluvium* potentiſſimè ſuperavit, eiſdémque petentibus pacem dedit. Thuringi & Saxones irruptionis hujus auctores fuiſſe perhibentur, utpote qui jugum Francicum excutiendi occaſionem híſce in turbis quæſivêre, armáque unà cum Normannis ſive Danis ſociis ſuis in Sigebertum ſumpsêre.

562. §. 7. Prælium cum Saxonibus, Danis, & Thuringis geſtum 854.
eſt ad amnem Friſiæ Bordaam, iíque uſque ad Lohnam fluvium à Francis cæſi & fugati ſunt.

567. §. 8. Hunni, rupta cum Francis pace, iteratò in Thuringiam irruunt, & Sigeberti Regis Franciæ exercitum graviſſimè cædunt. Pax tunc ſempiterna inter Francos & Hunnos inita. 854.860.

§. 9. Quoniam circa hæc tempora Slavi Sorabi inter Salam & Albim inveniuntur, putat Eckhardus, eos jam A. 561. ſocios expeditionis Hunnicæ primæ fuiſſe, & terras eas in poſſeſſionem accepiſſe, quæ pace de A. 567. confirmata fuerit. Aſt Boica hiſtoria circa expeditionem primam ſolos Hunnos Noricos memorat, ut Slavi Sorabi tanquam clientes Avarum, non Hunnorum Noricorum, ſecundæ expeditioni tantùm adfuerint, & ſedes novas tunc primùm acceperint. *vid. cap. XXIV.* §. *25. 26.* Per Sorabos Slavos itaque Sigebertus ex hac parte, ſicut per Hunnos, novos amicos, ex altera parte, Danubii ſcilicet, Thuringos intermedios in officio continere poſſe ſperabat. 511. 860.

596. §. 10. Childeberto II. Francorum Rege mortuo, Hunni à 856.
Pannonia in Thuringiam ingreſſi, bella graviſſima cum Francis geſſerunt. Brunichildis tunc Regina, cum nepotibus adhuc puerulis Theudeberto, & Theuderico, regebat Gallias, à quibus Hunni acceptâ pecuniâ, ad propria revertuntur.

§. 11. Seculo ſeptimo initiante, dum in Francia Majores 885.
Domûs creari cœpiſſent, & res Franciæ, ob diſtractam inter Reges & Majores Domûs potentiam, ſegniùs, præſertim in Auſtraſiæ Regno, gererentur, Saxones & Thuringi paulatim in majorem libertatem ſeſe vindicabant. De Slavorum Croatarum irruptione in Thuringiam *vid. cap. XXII.* §. *22.*

640. §. 12. Radulphus Thuringorum Dux apertè rebellat Sige- 887.
berto III. Regi Franciæ, Regiam poteſtatem affectat: bello petitus, & in caſtro quodam obſeſſus Francos cædit; pacem obtinens comiter tantùm Reges Franciæ & verbis obſervat, factis autem dominationi eorum reſiſtit, cum Slavis aliiſque gentibus

ami-

A.Chr. amicitias contrahit, itaque gentem ſuam in libertatem quaſi aſ- Vid. App.
ſerit. Num.

704. §. 13. Hedenus Thuringiæ Dux Wirtzburgi in hodierna 512. 921.
Franconia ſedit, eámque Franconiam hodiernam unà cum Thuringia hodierna gubernavit. Thuringia ejus temporis à Francia Rhenenſi Speſſarto ſilvâ diſtinguebatur, ad Danubium uſque extenſa, atque Sueviæ & Bojoariæ confinis erat. 873.

717. §. 14. Hedenus Dux Thuringiæ, & Thuringus filius ejus, 922.
in Vinciacenſi prælio, inter Chilpericum Regem Franciæ, & Ragenfredum Majorem Domûs ex una, & Carolum Martellum, itidem Majorem Domûs, ex altera parte, commiſſo, in quo hic victor evaſit, interierunt. Contra Carolum Martellum Chilpericus & Ragenfredus Saxones concitant, qui hac occaſione Thuringiam Duce deſtitutam invadunt.

724. §. 15. Thuringia hoc tempore diviſa erat in Occidenta- 513.
lem, & Orientalem. Hæc à Viſurgi uſque ad Salam Albi influentem ſeſe extendebat, & Thuringos nunc adhuc ſic dictos, comprehendebat. Occidentalis autem terras Nicro, & Danu- 923.
bio fluviis, atque Odonicâ, Speſſarto, & Buchoniâ ſilvis incluſas complectebatur. Francones hodierni tunc dicebantur Thuringi.

740. §. 16. Thuringi occidentales à jugo Saxonum liberati, & 923. 924.
Francico Regno incorporati ſunt. Unde regio illa ſenſim reſpectu Franciæ Rhenenſis antiquæ nova Francia, item reſpectu ejus Franciæ ad Occidentem ſitæ Francia Orientalis, nec non diminutivè Franconia compellata fuit.

CAPUT XXVII.

De Saxonibus.

§. 1. De populi Saxonici SITU & STATU antiquo uſque ad ſeculum nonum medium Originibus Slavicis quædam neceſſariò interſerenda fuerunt: Saxones enim 1mò. non tantùm à ſeculo ſeptimo Slavis diverſis Borealibus inter Albim & mare Balthicum ſedentibus, & Slavis Sorabis latus Bohemiæ tunc ad ſeptentrionem cingentibus vicini coluerunt, ſed etiam, dum faſtigium Romani Imperii in Henrico Aucupe virtute ſua acquiſiviſſent, unà cum Slavis pleriſque Borealibus Slavos Sorabos & Bohemos poteſtatis ſuæ fecerunt, & reſpectivè nexui Romano-Germanici Imperii illigârunt; unde videndum mihi fuit, à quo tempore eos inter & Bohemos geſtum quid per hiſtorias prodatur. 2dò. Ut ſit, quod Francicis annalibus antiquis ad quoslibet Slavorum, jugo cum gravitate immodica mox intentato haud acquieſcentium, ſed pro aris & focis ac libertate, quoad ſpes affulſit, ferro decertantium motus, vel leves etiam, meras ſtatim rebelliones inclamantibus, atque huic veſtigio pariter inſiſtentibus novioribus aliis ſcriptoribus rationabiliter op-

A.Chr. opponeretur, Saxonicæ omni decore bellico ab antiquitus & vi- Vid. App. Num.
ctoriâ plurium populorum illuſtris gentis exemplum mihi adducendum erat, ut teſtarer, Slavis æquanimi judicio ſuccenſeri haud poſſe, quòd, ùt primùm fortunam ſuam inclinatam, & victos ſe quadantenus viderint, meliore vice fors victores & libertatis ſuæ vindices ſe fore animo non deſponderint, ſed aleam armorum repetitim tentandam duxerint, probè gnari, quid hoc in merito libertatis ac larium tuendorum præter alias gens vicina Saxonica polleat, utpote quam à ſeculo ſexto medio uſque in ſeculum nonum contra Francicos dominationis proferendæ procos ſub armis ſudare contemplati ſunt. Hanc duplicem ob cauſam igitur cùm Saxonicorum primordiorum quoque ſerie, ea tamen generaliori tantùm, indiguerim, ſufficere inſtituto meo ratus ſum, ſynopticas mihi profuturas narrationes ex *Georgii Fabricii Chemnicenſis opere rerum Germaniæ Magnæ & Saxoniæ univerſæ memorabilium* decerpere, & has patrias traditiones ex fontibus uberioribus antiquis delibatas, in rebus præcipuè Francicis, tanquam ad ſcopum meum quàm maximè facientibus, ex chronico *Reginonis Abbatis*, *Annalibus Francorum Fuldenſibus*, & cæterùm ex collectore Francicarum originum perdiligente *Joanne Georgio ab Eckhard in commentario de rebus Franciæ Orientalis*, pro elucidatione & firmitate interpolare & ſupplere. His præmiſſis ſedes Saxonum primævas Ptolemæus, ſeu potiùs Marinus Tyrius, inter flu- 448.
vios Albim, & Chaluſum (qui Trave hodie cenſendus) itaque 450. 505.
in Holſatia hodierna, collocat; & cùm idem Ptolemæus Saxonibus & Sudetis montibus intermedios recenſeat Angilos Suevos, Langobardos, Semnones, Illingas, Lucones, Bænochæmas, Teuriochæmas, Bateinos, & Corcontos: longè tunc adhuc diſſiti erant Saxones à Bohemia.

§. 2. Saxonibus hiſtoriæ patriæ eaſdem adhuc ſedes ſeculo 786. Geog.
quarto, in litoralibus nempe Oceani Germanici, aſſignant. Et quemadmodùm reliqui populi Germanici, animo & viribus præſtantiores, bellicæ laudi ſibi comparandæ omni conatu & labore incumbebant: veluti Cimbri antiquiſſimi, paritérque Gothi, & Vandali, peregrè arma inferendo, & per totum penè Orbem graſſando: nec non Suevi, gentes ſibi circumvicinas armis exagitando: ùt hæc ſuis locis alibi ex ſcriptoribus antiquis allata ſunt; ita quoque Saxones veteres tum gentibus juxta ſe poſitis, tum longè diſſitis præſertim Gallicis, tum quoque mari ipſi, utpote rei nauticæ admodùm periti, bellum vix non perpetuum intentabant. Unde Slavis etiam, dum illi partibus Europeis innoteſcerent, quòd bellici non minùs ardoris & roboris ſpecimina edere geſtierint, vitio vertendum non erat.

§. 3. Saxonum nomen à glorioſis facinoribus commendatum in populo ſolo, cui primitus adhærebat, non conquievit,
ſed ſeculo quinto potiſſimùm in alias latè gentes, quæcunque in- 504. 505.
ter Rhenum & Suevum fluvios è latere Francorum, hoc nomine tunc adinvento inſignitorum, dein Cattorum, Thuringorum, & Suevorum, in Oceanum uſque ſeſe diffudit. Gens quoque hæc magnâ ſui parte lares antiquos extenſioni popularium ſuorum

ce-

Digitized by Google

A.Chr. cedens in Angliam transfretavit, atque navata ibidem egregia Vid. App. Num.
449. militari opera, ad quam accerſita ab indigenis fuerat, Regni ſpe- 504. 505.
cialis condendi & ſuo nomini aſſerendi facultatem aſſecuta eſt. 790. 791.
Ubi & poſteritas ejuſdem & nomen in hodierna uſque tempora perſeverat.

534. §. 4. Saxones patriæ primævæ inſiſtentes, ſeculo ſexto Francis auxiliares ſe contra Thuringos præſtando, itidem ibi lo- 509. 852.
corum in mediterranea Germaniæ ſedes ſuas proferendi occaſionem nanciſcuntur, & Thuringiæ veteris partem borealiorem ſeu Northuringiam ad Salam fluvium uſque à Theoderico Francorum Rege poſſidendam accipiunt.

§. 5. Dum autem his acquiſitionibus non contenti, ſed more majorum poteſtatem ſuam magis magiſque propellere cupien-
554. tes, fines Francicos carpere ſatagunt, clade ad Viſurgim accepta à Clothario I. Franciæ Rege repelluntur. Pacem deinde pe- 853.
555. tentes, aſt nullo pacto exorare valentes, cum Francis confligunt, eorúmque exercitum penè delent, ita ut hi pacis exorandæ viciſſitudinem ſubire neceſſe habuerint.

556. §. 6. Rebus his ſecundis elati Saxones, & ultrò in vindi- 858.
ctam abolitorum jam jurgiorum à Childeberto Francicarum partium Rege inſtimulati, pacem cum Clothario compoſitam diſſolvunt, Galliam invadunt, aſt fortunâ ad cauſam meliorem Clotharii conversâ ſuperati, jugum, quo ſinè quieti eſſe poterant, ſibi arceſſunt, & TRIBUTO ſubjiciuntur; quod dein dum ægrè ferrent Saxones, & affulgente qualibet opportunitate & ſpe à ſeſe amolirentur, totius bellicæ inter Saxones & Francos molis, à ſeculo hoc ſexto in nonum uſque vario Marte protractæ origo & anſa exſtitit, ùt nunc brevibus pro exemplificatione rerum Slavicarum inſinuandum erit.

562. §. 7. Prælium cum Saxonibus, Danis, & Thuringis, ge- 854.
ſtum eſt ad amnem Friſiæ Bordaam, iique uſque ad Lohnam fluvium à Francis cæſi, & fugati ſunt.

568. §. 8. Langobardis Italiam occupaturis Saxones jugi inviſi 855.
Francici tædio ultra viginti millia virorum, ſe jungunt; in quorum emigrantium locum Sigebertus Rex Auſtraſiæ Suevos & Haſſos inducit. Suevi hi magnam partem Diœceſis Halberſta- 506. 904.
denſis trans Bodam fluvium occupavêre, ubi Pagus, ſeu provincia, Suabigau dictus, diu adhuc poſteà, nempe A. 748. ſuperfuit. Pagus Haſſorum, Haſſingau, extendebatur uſque ad Salam fluvium, & limites ejus Sala, Willerbach, & Wippera fluvii erant.

572. §. 9. Saxones in Italia inter Langobardos propriis legibus 856.
vivere non permiſſi, Langobardorum autem imperio ſubjacere renuentes, per Gallias in patriam redire ſtatuunt; à Mumolo
573. Patritio Romano victi, tandem à Sigeberto Rege Franciæ reditum in patriam obtinent, aſt à Suevis & Haſſis, qui eorum ſedes occupaverant, repelluntur.

§. 10. Seculo ſeptimo initiante, dum in Francia Majores 885.
Domûs creari cœpiſſent, & res Franciæ, ob diſtractam inter Reges & Majores Domûs potentiam, ſegniùs, præſertim in Auſtra-

A.Chr. ſiæ regno, gererentur, Saxones & Thuringi paulatim in majo- Vid. App. Num.
rem libertatem ſeſe vindicârunt.

604. §. 11. Saxones Weſtphali cum Francis pugnant, magna ſtra- 886.
ge utrinque edita.

631. §. 12. Dagobertus Rex Franciæ Saxonibus tributum annuum 886. 898.
500. vaccarum inferendalium, erga promiſſam operam, cohi-
bendi Slavos Sorabos, Franciæ regno ad Thuringiam finitimos,
remittit, quæ tamen promiſſio nullâ factorum efficaciâ eſt ſtabi-
632. lita. Anno ſequenti igitur Dagobertus filium Sigebertum III.
Auſtraſiæ regno, ut motus ulteriores ſuâ præſentiâ cohiberet,
præpoſuit; & inde jam ceſsârunt irruptiones Slavorum.

692. §. 13. Ditericus Rex Saxonum patri Sighardo ſuccedit, & 888.
patris ditionem contra Reges Francorum annis quinquaginta
acriter defendit.

715. §. 14. Saxones, diſſidio Regni Francorum in ſuum com- 901.
modum uſi, Pagum Hattuariorum ſeu Hazzuariorum, id eſt Cat-
717. torum ſeu Haſſorum devaſtant; Thuringiam dein Duce deſtitu- 901. 922.
718. tam invadunt; ſed à Carolo Martello victi ſunt.

722. §. 15. Carolus Martellus cum Friſiis & Saxonibus, armis 901.
724. decertat; Saxones debellat, & regione devaſtata gentem Saxo-
738. num ex parte tributariam facit.

740. §. 16. Thuringi, qui pòſt Francones, à jugo Saxonum li- 923. 924.
berantur, & Franciæ regno, remiſſo quoque tributo, incorpo-
rantur; ergo Saxones contrà, quàm Eckhardus ad A. 717. & 901. 922.
718. aſſerit, non abſtinuerunt anteà, ſed nunc primùm à Thu-
ringia Franconica.

743. §. 17. Edelhardus Rex Saxonum, primum bellum gerit con- 902.
tra Carolomannum Caroli Martelli filium, in finibus Weſtpha-
liæ, quod pactis dirimitur.

744. §. 18. Pace rupta Edelhardus ſecundum bellum movet, ope 903.
Diterici, qui fratris Bertholdi filius erat. Ditericus à Francis
capitur. Hoc bello non tantùm Weſtphali ſed & Oſtphali Sa-
xones impliciti fuêre.

747. §. 19. Tertium prælium Edelhardi cum Francis. Saxones 904.
tunc à Pipino ad tributum 500. Vaccarum, à Clothario olim im-
poſitum, à Dagoberto verò remiſſum, iterum adacti ſunt.

753. §. 20. Quarto prælio ad Viſurgim Pipinus, jam Rex Fran- 905.
ciæ, cruentam victoriam de Edelhardo & Saxonibus refert.

758. §. 21. Quinto prælio Edelhardus vitam amiſit; Saxones vi- 906.
cti tributo annuo equorum trecentorum ſubjiciuntur.

772. §. 22. Cœpit bellum Saxonicum Caroli Magni, quod tri- 907.
ginta tribus annis protractum eſt.

§. 23. Saxones tunc diviſi fuerunt in Weſtfalaos, ſive oc- 908.
cidentales ad Iſallam pertingentes: Oſterlingos aut Oſtfalaos ſi-
ve Orientales à Viſurgi ad Albim extenſos: & Angarios ſeu An-
grivarios, montibus Teutonicis à Weſtfalais, Viſurgi ab Oſtfa-
lais, & Dimola ab Haſſis diſtinctos. Weſtphalia dicebatur an-
tiqua Saxonia.

§. 24.

Digitized by Google

A.Chr. §. 24. Witechindus Rex Saxonum Wittebergam à ſe di- Vid. App.
779. ctam condit, & filium ſibi cognominem Sorabis Magiſtrum Do- Num.
mûs ibidem conſtituit. 912.
782. §. 25. Saxones ſe ſubdunt iterum Carolo Magno, ſeditio- 914.
ſos extradunt, ad quatuor millia quingentos viros. Hi partim
interficiuntur, partim exilio damnantur; ex quibus multi per
deſerta Diœceſis Wirzeburgenſis in Franconia locati ſunt, ut
ſub certo cenſu terram excolerent.
796. §. 26. Hoc & ſequentibus annis multitudo Saxonum in alias 919.
798. terras translata. Slavi Obotriti quoque partem Saxonicarum 920.
terrarum conſecuti ſunt.
803. §. 27. Hoc anno bellum Saxonicum, exceptis Wigmodiis, 958.
& Transalbinis Saxonibus, ad finem perductum eſt. Saxonia
plenariè fermè tranſiit in ditionem Francorum: amiſit enim jus
principum ex propria gente ſeligendorum, jus Magiſtratuum
creandorum, jus legum ferendarum, jus judiciorum, & jus
conventuum publicorum, ſua authoritate congregandorum.
804. §. 28. Pacificata quoque nunc Saxonia in Wigmodiis, Ho- 959.
ſtingis, & Transalbinis populis, eorum translatione in diverſas
alias regiones. Terras Transalbinorum Obotritis, Slavis Borea-
libus, poſſidendas dedit Carolus Magnus.
§. 29. Capitulare Saxonicum à Carolo M. anno 803. edi-
tum, ab *Eckhardo lib. 27. cap. 17.* exſcriptum docet, Saxones di-
ſtinctos fuiſſe in nobiles, ingenuos, & ſerviles, ſeu Germanicè
841. in *Edelinge*, *Frilinge*, & *Lüde*, ſeu *Laſſen*. Libertini & homines 960.
proprii magnam conſpirationem contra formam regiminis Fran-
cicam, & dominos ſeu Nobiles fecerunt, aſſumpto ſibi nomine
842. Stellingarum, id eſt, reſtitutorum in priſca jura; oppreſſa au-
tem eſt anno ſequente gravibus ſuppliciis hæc conſpiratio.
852. §. 30. Comites & judices à Francis Saxoniæ præpoſitos non 961.
usquequaque Juſtitiæ & æquitatis ſectatores, ſed poteſtate mul-
tifariam abuſos fuiſſe, docet hiſtoria de Ludovici Germanici iti-
nere per Saxoniam, judiciorum viſitandorum causâ ſuſcepto.

CAPUT XXVIII.

De Regno Moravorum.

§. 1. IN Regno Moraviæ commentariis hiſtoricis illuſtrando præcipuè deſudavêre Thomas Joannes Peſſina de Czechorod, Epiſcopus quondam Samandrienſis, & Metropolitanæ Eccleſiæ Pragenſis Decanus, atque Joannes Georgius Stredovsky, Proto-Notarius Apoſtolicus, & Parochus Pawlowicenſis; opus illius, Mars Moravicus, hujus, Sacra Moraviæ hiſtoria, intitulatur. Egregiæ uterque diligentiæ fuit; aſt in primordiis novi Regni Moravici, Quadicum inſecuti, aliter planè ordiendum, & in tanta antiquitatum obſcurita-

Digitized by Google

A.Chr. te omnis ſcintilla fermè ex aliarum gentium hiſtoriis elicienda eſt. Vid. App. Num.

358. §. 2. REGNI QUADICI ad finem vergentis STATUS ex Ammiano Marcellino ſat adhuc eruitur ſequentem in modum. Primò in Campis Patentibus ſeu Marchfeld Auſtriæ hodiernæ: nec non in parte Moraviæ & Sileſiæ, Hungariam hodiernam ſuperiorem attingente, Arahario ùt Regali, ſeu potiùs ùt inter Optimates Primati, ſuberant Quadi Transjugitani; *vid. cap. VI.* §. *20. 27.* Secundò in remotiore parte Moraviæ ad latus Bohemiæ: dein in Bohemiæ parte, Moravis vicina: & in alia Bohemiæ parte, Auſtriæ vicina: nec non in ipſa Auſtria inter Danubium & Bohemiam, diverſi erant populi, Suevicæ originis, ſub Regalibus & Optimatibus; *cap. VI.* §. *24.* Tertiò in Hungariæ hodiernæ ſuperioris transdanubianæ parte ſeptentrionali, Moraviam, Sileſiam, & Poloniam attingente, ſub Uſafro Regali ſeu Primate, habitabant Sarmatæ à transjugitanis Quadis dependentes; *cap. VI.* §. *21. 22. 23.* Quartò in parte ejusdem Hungariæ meridionali à montibus Auſtriam ab Hungaria ſeparantibus, usque ad Granuæ fluvii exitum in Danubium, ſub Regalibus, ſeu Primatibus, Vitrodoro & Agilimundo, atque partim ſub aliis Optimatibus & judicibus, ſedebant Quadi Cisjugitani; *cap. VI.* §. *26.*

§. 3. Infra Quados cis Danubium erat Noricum & Pannonia: has provincias ſub Conſtantio II. juri & ditioni Romanorum ex integro ſubfuiſſe, ex tota hiſtoria ejus certum eſt. Sub Quadis trans Danubium ſedes obtinebant duæ iisdem Quadis fœderatæ nationes Sarmaticæ, nempe Jazyges à divertigio Granuæ fluvii, usque ad Tibiſcum: *cap. VI.* §. *16. 17.* dein ſub his Limigantes, ſeu Slavini, inter Tibiſcum, Danubium, & Alutam fluvios, & Transſylvaniam, in Bannatu Temesvarienſi, & parte Wallachiæ; *cap. XI.* §. *17. ſeqq.*

373. §. 4. De debilitate Quadici Regni circa hoc tempus, teſtatur Ammianus, dum Quadorum nationem parum nunc formidandam, ſed immensùm quantùm antehàc bellatricem & potentem vocat. Reſpectu potentiæ de præterito provocat ad geſta Quadorum & Marcomannorum ſub tempore Marci Aur. Antonini Imperatoris; ergo & ab illo tempore deducit imminutionem potentiæ Quadicæ, & rectè; *vid. cap. V.* §. *20. 21.* 685. 588. 589.

§. 5. Mirum videri poſſet, cur Ammianus jam hoc tempore nationem Quadicam *parum formidandam* dicat, cùm, excepta Pannonia ſuperiore, omnes terras adhuc, ùt quondam ſub Marco Antonino, poſſideret; principalis igitur cauſa emarceſcentis Regni Quadici fuit diſcerptio populorum in tot regimina & Reſpublicas particulares: quibus idem fatum, quod aliis Germanicis Rebuspublicis, evenit, ut, dum ſingulæ pugnarent, univerſæ vincerentur. Memorat quidem Ammianus Regem Quadorum Gabinium: quem ad epulas corrogatum Marcellianus, Dux Valeriæ Romanus, trucidari fecerit; ſed ſecundùm Ammiani priora relata ad A. 358. Gabinius ille pro *excellente inter* 685. 673.

Digitized by Google

A.Chr. *ter Optimates* potiùs, ſeu Primate, & quidem in parte tantùm Vid. App. Num.
gentis, quàm pro vero Rege habendus eſt.

375. §. 6. Humiliationem Quadorum Valentinianus Imp. adauxit, dum duplici exercitu eos, ex parte Carnunti circa Campos Patentes Duce Merobaude, & ex parte Jazygum circa Granuam fluvium ſe ipſo ducente, invaſit, cæcidit, & vaſtavit. 693.

§. 7. Circa eadem hæc tempora Hunni ex terris trans Mœotidem erumpunt, Gothos omnes ſedibus pellunt, Daciam veterem ſeu Transſylvaniam occupant, & terras trans Danubium ſitas ad Quados & Marcomannos usque, *cap. IX.* §. *15. 18.* quin
378. & provincias Romanas cis Danubium, usque ad radices Alpium Juliarum, pervagantur, *cap. IX.* §. *25.* Demum ſedes pacificas
401. etiam in Pannoniis, circa A. 401. *cap. XXIV.* §. *5.* conſequuntur, & circumjacentes populos plerosque ſuo dominatui mancipant; *cap. XXIV.* §. *10.*

§. 8. Inter hos populos ſubactos certè Quadi fuêre, quoniam viciniſſimi Hunnis in Pannonia erant, & ſolo Danubio 751. c.
451. diſcernebantur; unde & Hunnorum ſocios in expeditione Gallica Attilæ ſe præbuerunt; *cap. XXIV.* §. *11.*

§. 9. In ſuperioribus capitibus ſat, puto, per auctoritates & argumenta fides facta eſt, ut nunc hic per compendium aſſeri poſſit, ditionem Quadicam partim ſub Attila, partim poſt Attilam, ex veteri ampliſſimo ambitu in limites ſolius Moraviæ hodiernæ, & partis ſuperioris Sileſiæ, coarctatam fuiſſe. Heruli primarias ſedes ſuas trans Danubium, à jugis montium, Auſtriæ hodiernæ Transdanubianæ partem, ſeu Campos Patentes, hodie Marchfeld, ab Hungaria ſuperiore diſterminantium, verſùs Granuam fluvium habebant: paulatim verò dominium ſuum in omnes terras transdanubianas ſeptentrionales, quondam Quadicas, finitimis ſibi gentibus jugum tributarium imponendo, extendebant. *vid. cap. XVI.* §. *4. 5. 6. 7.* Gentes, quæ circa Herulos dictis terris Quadicis pro tempore inſiſtebant, erant Rugi: *cap. XVI.* §. *10. cap. XVII.* §. *10. ſeqq.* Scyri: *cap. XVII.* §. *4. 8. 9.* Langobardi. *cap. XX.* §. *4. 5.*

§. 10. Pro meliori elucidatione, quo loco veterum Quado-rum res circa hæc tempora fuerint, examinetur ſyſthema de An-
491. nis 491. & 493. Ex dictis *ad cap. XVI. & XX.* certum eſt: Lan-
493. gobardos tunc in Campis Patentibus, ſeu Marchfeld Auſtriæ hodiernæ, Herulos verò in vicinia Langobardorum, in aliis terris Quadicis, nempe in Hungaria ſuperiore transdanubiana ſediſſe. Anteà Rugi in eadem Hungaria ſuperiore circa Tibiſcum ſuperiorem habitaverant, nunc eam regionem Procopius vocat *incultam ſolitudinem*, eò quòd Rugi inde jam A. 474. & 476. migraverint. Idem dicendum de ſedibus Scyrorum, qui eas itidem ſibi locorum A. 476. deſeruerant; *vid. cap. XVII.* Procopius dicit, Herulos, non habentes, quos deinceps invaderent, 783.
Langobardis, licèt jam tributariis ſuis, ex mera animi libidine bellum moviſſe. Non abs re hinc inferre licet, nec Quados, Herulis (æquè ùt Langobardi) viciniſſimos, à tributario jugo immunes

A.Chr. munes perſtitiſſe. Dein verò ex dictis neceſſariò ſequitur, nec Vid. App. Num.
in Campis Patentibus nec in Pannonia ſuperiore locum ampliùs Quadis veteribus fuiſſe: ſed hos jam dudum regiones eas omiſiſſe, & partim aliò migrâſſe, partim in Moraviam hodiernam ac Sileſiam ſuperiorem, tanquam reſiduas ſedes ſuas, ſeſe contraxiſſe.

§. 11. De MIGRATIONE dubium eſſe nequit, quoniam Moravia & pars Sileſiæ toti populo ex aliis terris Quadicis recipiendo non ſuffeciſſet. Migrationi Quadorum occaſio præcipuè duplex obtigerat: prima, dum A. 406. Vandali, Alani, & Suevi in Gallias, & dein A. 409. in Hiſpanias concederent: ibidémque Vandali, & Suevi ſimul, Gallæciam: Vandali Silengi 749. a.
autem Bœticam provinciam, pro ſedibus ſuis ſortirentur. Quadi natione Suevi, & ſitu Vandalis ad Viſtulam vicini erant. Cùm igitur Hunnorum dominatus circa idem tempus jam Quadis immineret, quidni migrationi popularium & vicinorum ſuorum ſe adjunxiſſent? Sub Imperatore Marco Aur. Antonino 599.
Quadi, quoniam Marcus in ipſorum finibus aliquot caſtella extrui mandaverat, quod illi ferre nolebant, tota cum gente ſua mutatis ſedibus ad Semnones migrare conati ſunt, & intentionem hanc executi fuiſſent, ni Marcus itinera, quibus eis transeundum erat, obſtruxiſſet, & hoc modo eos impediviſſet. Haud ambigendum ergo, illos idem conſilium migrationis cepiſſe, dum ſeculo quinto graviora incommoda non tantùm ab Hunnis, ſed & à ſociis eorum Herulis, Rugis, & Scyris, terras Quadicas pro lubitu occupantibus, impendêrent.

§. 12. Altera occaſio emigrandi accedebat cum ipſo Attila, A. 451. Gallias invadente; illi ergo Quadi, qui Hunnis & Herulis vicini eouſque in patria manſerant, & conditionem ſuæ ſervitutis ſenſerant, nunc certè opportunitatem arripuêre, jugo ſeſe eripiendi, & vel in Gallia, vel in reditu, ad Rhenum & Danubium, popularibus ſuis ibidem conſidentibus, poſthabito patrio ſolo tot calamitatibus afflicto, adhærendi. Illud ſanè 755. c.
conſtat, Quados Attilæ ſocios in expeditione Gallica ſe exhibuiſſe, & magnum numerum ex ſociis Attilæ domum non redi- 754. b.
iſſe, ſed in Hiſpanias tranſiviſſe: inter quos ex omni præſumptione Quadi Suevi, utpote popularium ibidem ſuorum celebrita- 754. c.
te allecti, numerandi veniunt. Porro Paulus Diaconus fidem 841.
facit, à Langobardis, poſt devictos & expulſos Herulos, etiam Suevos ſubjugatos eſſe: quod de aliis non, niſi de Suevis Quadis ob connexitatem ſedium, intelligi poteſt. Hic ergo fuit rerum Quadicarum epilogus.

§. 13. Diſpiciendum nunc, quandonam ex ruinis Quadici novum Moravicum Regnum exſurrexerit. Clades & emigra- 783.
493. tio Herulorum nondum rem Moravorum ſublevare poterat, quamdiu Langobardi in Campis Patentibus hærebant; dubitari enim nequit, Langobardos victores in devictorum locum ſedes ſuas extendiſſe: quin immo illi, ut jam dictum, in dominatum
526. quoque Herulorum ergà vicinas gentes ſucceſſerant. Dum au- 841.
tem Langobardi terras trans-Danubianas derelinquerent, & totam gentem ſuam in Pannonias transferrent, jam amplam occaſio-

Digitized by Google

A. Chr. caſſionem Moravi, ſeſe in priſtinas Quadorum prædeceſſorum ſuorum terras dilatandi, nanciſcebantur, quam negligere nequibant, ſi unquam reinvaleſcere cupiebant. Vid. App. Num.

§. 14. Omnibus illis terris replendis cùm ſolæ coloniæ Moravicæ nullatenus ſuffeciſſent, neceſſe omnino fuit, aut aliarum gentium arbitrio, quæ immigrare vellent, acquieſcere, aut certam gentem in ſocietatem ſedium adſciſcere. Quidquid autem horum factum ſit, certum eſt, Slavos fuiſſe, qui Moravis in nova Republica coaluerunt. Id docet lingua Slavica, poſthàc in Moravicis terris principaliter & vulgariter frequentata: docent hiſtoriæ, Moravos Slavorum nomine vocitantes: docent nomina Regum ſubſequorum Slavicam derivationem habentia. Dialectus linguæ Slavicæ, quæ hodiéque in Moravia & in Hungaria ſuperiore viget, proxima eſt Dialecto Bohemicæ; unde 721.
inferre licet, Slavos Moraviæ & Hungariæ ſuperioris, eandem cum Slavis Bohemis originem trahere, ac proinde æquè à Sarmatis Limigantibus, ſeu Slavinis, quondam Temesvarienſis Banatûs & Walachiæ incolis, deſcendere.

526. §. 15. Hos Slavinos in terras olim Quadicas brevì poſt egreſſum Langobardorum immigrare cœpiſſe, dein circa annum
548. 548. vel integraliter, vel ſaltem potiſſima ex parte, commigrâſſe, ſeſéque Moravis conjunxiſſe, per varia argumenta, auctoritatibus fulta, jam *ſuprà cap. XXI.* §. *19. 20. 21. 22. 23.* deduxi. Nunc ergo cœpit nova RESPUBLICA SLAVO-MORAVICA, cui omnes terræ olim propriè Quadicæ trans Danubium, uſque ad Hercinios ſaltus Bohemiæ, Viſtulæ fluvii ortum, montes dein Sarmaticos & Carpaticos, patebant. Nunc novi Regni Slavo-Moravici fundamenta jacta ſunt, quod ſucceſſu temporis, nempe ſeculo ſeptimo initiante, in Pannonias cis Danubium, & ad Tibiſcum uſque trans Danubium ſe extendit, & in florentiſſimum ſtatum crevit; deinde verò à ſeculo octavo, primùm à nova tunc ex terris trans Mœotidem immigrante Hunnorum multitudine, poſteà à Francis quoque in varios turbines actum eſt, uſque dum ſeculo initiante decimo demum planè concideret.

§. 16. Dico, ſeculo ſexto, poſt migrationem Langobardorum in Pannonias, *Rempublicam* exſurrexiſſe Slavo-Moravicam; de Regio nomine enim & Regibus creatis ex hiſtoriis ante ſeculi ſeptimi finem nihil ſuppeditatur: nec facilè ante hoc tempus Regum verorum uſus invaluiſſe cenſendus, quoniam utriuſque gentis, Slavicæ, & Suevicæ ſeu Quadicæ, mos antiquus patrius erat, in Ariſtocratica Republica vivere, & per Optimates regi, ùt Procopius de illa, & Ammianus Marcellinus de hac teſtatur. 721. 2.
Vocat quidem Ammianus Rectores Quadorum ſui temporis, ſeu ſeculi finientis quarti, partim Reges & Sub-regulos, partim Regales: ſed vim vocabuli explicat adjiciendo, eos inter Optimates excelluiſſe, ergo propriè Primates Optimatum, non Reges fuiſſe. Porro Zizain *Sarmatarum Limigantium Regalem*, igitur æquè Primatem, Regis titulo noviter à Conſtantio II. Imp. mactatum dicit, ſed hic titulus vix aliquid poteſtatis majoris apud gentem ſuam Zizai attribuit. Jornandes ad A. 472. & 473. Sarmatarum 673. 657. 677. 672. 676. 766. 768.

A. Chr. tum Rectores, Babaim, & Beugam, itidem quidem Reges no- Ann.
minat: aſt rurſus Romanorum potiùs more, qui devictos gen- Num.
tium ductores bellicos, Slavis Woywodas dictos, Reges compellare, victoribus glorioſius reputabant, quàm quòd in effectu Regia poteſtas eis adhæſerit.

§. 17. Novam illam Rempublicam Slavo-Moravicam à ſuc-
553. creſcentia repentina ultra proprias olim Quadicas terras ſecun-
558. da immigratio Hunnorum Ponti accolarum in Gepidiam, ſeu Tranſylvaniam, dein brevì pòſt aliorum Hunnorum, qui ſe Avares nominabant, continuit. Avares hi, jam Gepidis everſis Daciæ veteris domini, dominatum ſuum quaquaverſùm dilatare ſatagentes, de Dacia Ripenſi cis Danubium & Sirmio (quam utramque Gepidarum quoque poſſeſſionem jure victoriæ ſibi vindicabant) Romanis moleſti ſunt, ab armis autem, uſque dum,
568. Langobardis in Italiam migrantibus, totâ Pannoniâ potirentur, temperant: interim tamen in Thuringiam Francorum provinciam, ad Danubium uſque extenſam, & pòſt in Romanas provincias irruunt: varias deinde belli & pacis viciſſitudines ſerunt;
601. demum verò, multis cladibus attriti, ex terris trans-Danubianis ſuperioribus, & Pannoniis maxima ſaltem ex parte aliò dilabuntur. Videantur hæc *cap. XXIV.* §. *11. ſeqq.* Horum Avarum præpotentia durante, Reipublicæ Slavo-Moravicæ magis curæ eſſe debebat, à vicinis talibus illæſos ſe intra ditionem ſuam conſervare, quàm augmenta extra eam quærere: unde in eodem ſtatu, quo cœperat, manſit; nihil enim in hiſtoriis proditum exſtat, Avares ultra Pannoniam in ſeptentrionaliores terras, olim Quadicas, impetum feciſſe: ſed præter excurſiones aliquot in Occidentem, ſeu Francorum provinciam Thuringicam, principale objectum armorum ſemper in meridiem & Orientem contra Conſtantinopolitanum Imperium tendebat.

§. 18. Recedentibus ſecundùm dicta Avaribus propriè ſic dictis, remanſerant in Norico & Pannonia Hunni antiqui, quos ad diſtinctionem Avarum Noricos voco: eis immixtam adhæſiſſe partem quandam Avarum, qui ſedes relinquere, & Orientem ſequi nolebant, credibile omnino eſt; exercuerunt enim illi, ad exemplum planè Avarum, quorum & nomen retinuêre, poteſtatem quaſi ſupremam in reliquos vicinos populos, Slavones, Dalmatas, Croatas: atque ut eò validiores eſſent, cum Lango-
599. bardis & Francis fœdera, haud tamen ſtabilia, nectebant. Pri- 889
624. mi, qui jugo huic recalcitrârunt, Slavi Croatæ ſeu Carantani fuêre, conſilio ac operâ Samonis cujusdam Franci: quem ob id quoque, præter morem ſuum, Regis nomine ſibi imperare paſſi ſunt. Hoc ducente Croatæ non tantùm primo prælio victores, ſed & per 35. annos Regni Samonis, Hunnis ſemper ſuperiores exſtiterunt.

626. §. 19. Tertio anno Regni Samonis Avares, rem ſuam circa Pannonias malè agi cernentes, invitatoriis Chosrois Perſarum Regis locum dederunt, atque propoſitæ fortunæ meliori Orientem petendi obſecuti ſunt; aſt magna parte exercitûs mulctati, domum reliqui inglorii redierunt. *vid. cap. XXIV.* §. *47.* Tunc

ergo

A. Chr. ergo partim armis Croatarum, partim emigratione illa nova, vires Hunnorum vel maximè diffluere cœperunt. Tunc jam cogitandum erat Reipublicæ novæ Slavo-Moravicæ, ad exemplum Croatarum, ex eadem ſecum gente Slavica prognatorum, Hunnis utrique genti intermediis inſtare, eóſque in priſtinos Norici ſub Anaſo limites, ſeculo præcedente ex condicto cum Croatis & Bojoariis obtentos, reconſtringere. Vid. App. Num.

670. §. 20. Ultima geſta Hunnorum, circa Pannonias adhuc agitantium, concernunt tempora Grimoaldi Regis Langobardorum. Aſt ab hoc tempore fœdus Hunnorum cum Langobardis exſtinctum eſt, & Hunni jam undique infeſtis viciniis circumdabantur: *cap. XXIV.* §. *44. 45. 46.* ita ut Hunnorum potentia, in epocha eorundem ſecunda, planè conciderit, & econtrà Slavo-Moravorum ad faſtigium aſcenderit.

690. §. 21. Circa hoc tempus primus in hiſtoriis & traditionibus Moravicis Rex proditur *Marotb*, ſeu Maravod, de quo *Peſſina* refert, Regiam ejus ſedem Veſprinii in Pannonia fuiſſe, ac regiminis ipſius tempore Regnum Moraviæ florentiſſimum exſtitiſſe. Hìc nunc accedo Peſſinæ. Priores autem Reges, quos aſſerere nititur, hiſtoriæ non ferunt. 964.

§. 22. Vult ille primum Regum BABAKUM, eundem illum, qui à Theoderico Regis Gothorum filio A. 472. (A. 473.) in conflictu occiſus ſit. Narrat porro: Babakum hunc de Bogi, *Antarum* Regis, in Dacia (magna ſcilicet) quondam *ſub Valente Imp.* dominantis, ac poſtmodùm à *Vitbimiro* Gothorum Rege prælio victi, & cum aliquot filiis ac ſeptuaginta Primatibus gentis occiſi, progenie fuiſſe: filium Bogi unum cladem evaſiſſe: *in Marcomanniam veterem* (ubi Quadorum terras ſimul intelligit) veniſſe: *homines ſua Lingua* offendiſſe: hoſpitium petiiſſe: & facilè, utpote apud *populares* ſuos impetrâſſe: ex ejus poſteris Babakum prodiiſſe, & poſt mortem Attilæ, dum aliæ nationes à jugo Hunnico in libertatem, aſſumptis ex ſuo gremio Regibus, ſe aſſererent, apud ſuos Primatum obtinuiſſe: magna bella cum *Gepidis* primùm, dein Gothis geſſiſſe: demum à *Theoderico* occiſum eſſe. Peſſina paucis tantùm primordia Regni Moravici, ad uberiorem geſtorum ſeculi octavi campum nimiùm feſtinans, attigit: obindéque proximam occaſionem, quâ genus Slavo-Moravorum ex antiquitate educere poſſet, arripuit. Incidebat igitur ille in relationem Jornandis de reb. Get. cap. 48. ubi is hiſtoriam de *Vinitbario* Ermanarici ſucceſſore, ejuſque victoriam de Booz Antharum Rege pariter, ùt Peſſina, refert. In Ammiano Marcellino, auctore coævo, æquè inveniebat Peſſina, ſucceſſorem Ermanarici ſeu Ermenrichi nominari *Vitbimirem*. Hiſtoriam igitur Jornandis amplexus eſt, & Bogum Antham, Slavo-Moravorum Regiæ ſtirpis ſatorem, Babacíque progenitorem fecit. Sanè Babakum hunc ex Bogi Antharum Regis progenie deducere, nulla neceſſitas Peſſinæ viſa fuiſſet, ſi ad eas auctoritates, quæ (ùt *cap. X.* §. *5. ſeqq. & cap. XI.* §. *6. ſeqq*) Sarmatas Limigantes, ſub Conſtantino Magno, è regione Pannoniæ ſecundæ & Mœſiæ ſuperioris, trans Danubium, in hodierno Temes-

962.
473.
658. b.
657. a.

A.Chr. meſvarienſi Bannatu ſedentes, diverſos planè à Sarmatis Anthis vid. Epp.
Ponti Euxini accolis faciunt, reflexiſſet. His viſis Babakum ge- Num.
nere Antham, & Marcomanniæ Regem nunquam ſtatuiſſet. Taceo de filio Bogi, qui in Marcomannia *populares ſua lingua* offendiſſe dicitur, quod certè in Moravia, de qua tractat Peſſina, tempora poſt, non ante Attilam requirit, ùt *ſuprà* §. *15.* dictum. Taceo *bella Babaci cum Gepidis*, de quibus hiſtoriæ nihil produnt, ſed potiùs Gepidas cum Slavico populo Babaci, aliiſque vi- 766.
cinis, ſocios libertatis vindicandæ contra Gothos referunt. Id tantùm adhuc commonendum: Jornandem, ubi locorum re- 768.
gio Babaci fuerit, ſat indicare, dum Singidonum Romanorum civitatem ab eo occupatam fuiſſe dicit, quæ ſecundùm itineraria Romanorum alibi non, quàm in vicinia hodierni Belgradi, è regione Bannatûs Temesvarienſis, ſita fuit. Babakus igitur, ſeu, ùt Jornandes eum vocat, Babai, nullatenus ſuo tempore, quo Heruli terris Quadicis potiſſima ex parte dominabantur, Slavo-Moravorum Rex eſſe poterat, ſed Rex, vel potiùs Primas & Woywoda erat Slavorum Limigantium ſeu Slavinorum,
526. qui poſt quinquaginta annos à morte Babaci ad Moravos commigrare cœperunt.

§. 23. A Babako incipiendo, de ſerie Regum Slavo-Mora- 963.
vorum non interrupta Peſſina perſuaſus, ſileri ab hiſtoriis dicit ſucceſſores ejusdem, usque ad SAMONEM, qui demum per Pannoniam, Noricum, & Moraviam ab anno 629. usque 664. regnaverit. Samo hic ſecundùm Annales Francicos, & chro- 891.
624. nologiam à Regibus Francicis, qui cum eodem Samone bella geſſerunt, deductam, Rex fuit Slavorum Croatarum ſeu Carantanorum ab A. 624. usque 659. Regnum ejus erat ad utrumque latus Dravi ſuperioris, à Carinthia ad Slavoniam hodiernam us- 858. 868.
que. Vicini ejus erant versùs Occidentem Bojoarii, versùs Septentrionem & Orientem Hunni Avaribus permixti. Hi Noricum infra Anaſum, & Pannoniam, itaque terras Croatis & Moravis
670. intermedias adhuc tunc poſſidebant, & A. 670. illarum virium erant, ut magnum exercitum in Forum Julium contrà Lupum Ducem mitterent, & Langobardorum Regi Grimoaldo reſtitutionem Fori Julii denegare auderent: *vid. cap. XXIV.* §. *44.* Stantibus his credibile non eſt, tempore Samonis Croatas & Moravos, ex nulla parte vicinos, in unum Regnum coaluiſſe; fœdus tamen inter utramque gentem de reprimendis in antiquos limites Hunnis interceſſiſſe, tum communis ſecuritas, tum nationis paritas ſuadet. Hoc ergo Samone ex ſerie Regum Slavo-Moravorum omiſſo, quærere non refert, an filius, ùt Peſſina 963.
opinatur, an quis alius ei in Regno ſucceſſerit? Quin nec Samo 935.
ſucceſſorem Regem habuit, ſed ex omni præſumptione forma regiminis Ariſtocratica reaſſumpta eſt, usque dum demum ſeculo ſubſequente ingruentes novi motus Hunnici creationem Regis exigerent.

690. §. 24. Ante ſupradictum MAROTHUM igitur Rex Slavo-Moravorum agnoſci nequit. Tunc autem ex dictis *cap. XXIV.* §. *46. ſeqq.* & *cap. hoc XXVIII.* §. *17. ſeqq.* Hunnorum rebus in epocha

A. Chr. cha ſecunda maximè depreſſis, potentia Reipublicæ Slavo-Moravicæ ad faſtigium excreſcebat. Tunc ergo etiam more aliarum gentium Slavo-Moravi pro ulteriore tutamine tam vaſtorum limitum Regem ſibi ſtatuendi anſam habebant. Vid. Appe Num.

720. §. 25. Marotho in Regno Moraviæ ſucceſſit filius Suates ſeu SUATOSS. De hoc Rege eò minùs dubitandum, quoniam præter hiſtorias domeſticas Moravicas etiam Hungaricæ luculentum teſtimonium perhibent. Sub hoc Rege cœpit *tertia Hunnorum* imperii circa terras Danubianas *epocha*. Progenies Hunnorum illorum, qui ſeculo quinto medio poſt mortem Attilæ Pannoniâ expulſi ad Pontum Euxinum remigraverant, nunc ſedes priſtinas repetitum venit. Gens ea, primùm in Transſylvania ſeptem diviſis exercitibus & caſtris (unde & Regio illa ſeptem caſtrenſis, ſeu Slavicè Sedmi-hradsko vocata) ſe locat: dein ad 744. Regem Moraviæ Suatoſſium legatos cum donis mittit, receptionem in terras regni tunc Moravici petit, &, dum de inculta parte regionis Suatoſſius agi crederet, facilè obtinet: mox verò omnes terras quondam ab Hunnis poſſeſſas ſibi cedi poſtulat; repulsâ acceptâ Moravos vi adoritur, bino prælio fundit, & ad Vagum fluvium usque, in confinia hodiernæ Moraviæ recedere cogit. 964. 965. ſeqq.

§. 26. Peſſina dicit: eâ plagâ Rex Suatoſs non ſolùm utramque Daciam, cis & ultra Tibiſcum, quatenus à Grano flumine cum Danubio ad Pontum Euxinum usque excurrit: verùm & Pannonias amiſit. Nimiùm quantùm hìc extendit Peſſina regni Moravici priores fines ad Pontum Euxinum usque. Danubium inferiorem accolebant eo tempore Slavi Anthæ & Bulgari, quos ſub imperio Moravorum fuiſſe nulla hiſtoria prodit. Quin nec Transſylvania Regem Moraviæ reſpexiſſe videtur; alioquin enim Hunni, novi advenæ, ibidem propria authoritate caſtra ſua non poſuiſſent, aut ſaltem de hoc auſu in prima legatione pacifica ad Suatoſſium excuſationem quandam attuliſſent: quod non fecerunt, ſed ſolummodò de extenſione ulteriori ſedium ſuarum Suatoſſium interpellare cenſuerunt; ut nihil juris ei in Transſylvaniam competiiſſe, ſed regnum Suatoſſii, ùt quondam Vannii, ſaltem Tibiſco fluvio finitum fuiſſe dicendum ſit. Porro Pannoniam inter Dravum & Savum partim Slavones, partim Croatæ Slavi: latus autem Pannoniæ ad Murum & Arrabonem ſuperiorem, unà cum Norico infra Anaſum, Hunni poſt Attilam ibi reſidui poſſidebant. 970. 490.

§. 27. Secundo prælio Peſſina Baruchum Carantanorum Ducem cum auxiliaribus copiis Suatoſſio adfuiſſe ſcribit. Idem hic Baruch eſſe videtur cum *Boruth*, quem hiſtoria Juvavenſis Eccleſiæ & Boici annales Carantanorum Ducem memorant, & circa hæc planè tempora regnâſſe aſſerunt. Contra hunc Boruthum in ſua propria ditione novi illi advenæ Hunni (absque dubio poſt devictos jam Moravos, itaque poſt A. 644.) bellum geſſerunt, ſed ope Regum Francorum repreſſi ſunt. *vid. cap. XXII.* §. 24. 969.

A.Chr. §. 28. Hungarici annales expreſsè teſtantur, in Pannonia Vid. App.
Hunnos poſt Attilam manſiſſe, & modò contra novos advenas, Num. 968.
cognatos ſuos, ex ignorantia hujusce cognationis, Suatoſſii Moravi caſtra ſecutos eſſe. Id prætermittit Peſſina. Videatur *cap. XXIV. §. 42. & ſeqq.* ubi dictum, Hunnos hos antiquos à tempore Sâmonis Carantanorum Regis Noricis ſedibus ſuis reincluſos eſſe. Cùm verò Moravis ſeſe auxiliares præbuerint, ſequitur: eos, ſi non clientelæ, ſaltem amicitiæ fœdere Moravis adſtrictos fuiſſe.

§. 29. Hungarici annales Suatoſſium in fuga ex prælio aquis 966. 968.
Danubii periiſſe perhibent: Peſſina verò eum incolumem evaſiſ-
ſe, in oppido Welehrad novam Regiam condidiſſe, nec non 969.
ad vada fluvii Vagi munitiones, atque alibi alias tutaminis ſpecies ordinâſſe contendit.

§. 30. Suatoſſio in Regno Slavo-Moravico ſucceſſit SAMO- 972.
MIR Baruchi ſeu Boruthi Carantani minor natu filius. Hiſtoria quidem Juvavenſis Eccleſiæ & annales Boici (*vid. cap. XXII. §. 24.*) de alio Boruthi filio, quàm Caratio, non meminerunt, fides tamen adhibenda eſt authoritatibus à Peſſina ex Comenio allatis, adeóque Samomiri imperium incideret circa annum mor-
750. tis Boruth 750. Is regni Moravici fines denuò ultra Vagum fluvium protuliſſe, & Polonos quoque Slavos, quanquam irrito
760. conatu, armis circa annum 760. infeſtâſſe dicitur.

§. 31. Samomirum in Regno Moravico excepit SAMOS- 972.
791. LAW. De hoc ſequens hiſtoria à Peſſina refertur: Carolus M. A. 791. expeditionem contra Hungaros ſuſcipit, exercitum in duo agmina dividit, cum uno ipſemet per Bavariam & Noricum vadit, cum altero Duces ſuos per Bohemiam & Moraviam ire jubet. Rex Moraviæ Samoslaus Francos à tranſitu prohibere conatur, monita amica de tranſitu in communes hoſtes innoxio ſpernit. Franci itaque, effracto per fortia in regnum aditu, & exercitu Moravico limitaneo profligato, Regiam Moraviæ Welehradium, & in ea Regem ipſum obſident, atque ad deditionem compellunt. Peſſinæ relata exſcribit & ſequitur *Stredowsky lib. 1. cap. 9.* Hæc hiſtoria ex malè intellecto Reginone, Adelmo, Aimoino (quos citat Peſſina) compilata eſt, & aliquantùm ei ſuffragantur annales rerum geſtarum à Carolo M. Collectionis Reuberianæ, qui ad A. 791. inter alia referunt: alias verò copias, quibus Thedericum, & Meginfridum præfecerat, per Bohemos viâ, qua venerant, reverti præcepit. Res autem ex aliis annalibus ſic ſe habet: Carolus M. *om-
nem* ſuum exercitum collegit *Ratisbonam*, & duxit à latere meri- 946. 947.
dionali Danubii usque ad *Anaſum fluvium:* ergo usque ad limites hodiernæ ſuperioris & inferioris Auſtriæ. Dein peracto triduano jejunio eum ſic diviſit, ut ipſe in ripa Danubii meridionali cum parte exercitûs maneret, & versùs *Comagenos* civitatem, hodie *Zeiſelmaur*, ubi munitio una Hunnica erat, altera pars exercitûs autem, ſub Theoderico & Meginfredo cum copiis Saxonicis & Thuringicis, tranſito Danubio, in ripa ſeptentriona-

li

Digitized by Google

A. Chr. li verſus alteram munitionem Hunnicam ad *Kamb* fluvium, haud procul à *Crembs*, tenderet. Claſſis porrò in flumine media inter duos exercitus ferebatur. Hunni tantam vim contra ſe venire cernentes, non expectârunt impetum, ſed dimiſſis præſidiis munitionum in fugam ſe converterunt, uterque autem Caroli exercitus Pannoniam introivit. Ex hac deſcriptione itineris apertum evadit, potuiſſe quidem Saxones ex patria ſua per Bohemiam iter agere Ratisbonam; inde autem ad Anaſum & Kambum fluvios ulterius iter per Moraviam minimè convenire: quidquid de reditu in patriam per Moraviam ſit, quem annales reliqui quoque juſſu Caroli rectà inſtitutum commemorant; ſed de tanta deflexione versùs Welehradium ejúsque obſidione & captivitate nulla ſit mentio. Vid. App. Num.

§. 32. Sanè, ut detur, in hoc reditu Moravos Caroli copiis reſtitiſſe, victósque vel fugatos eſſe: præſumendum non eſt, Francicos ſcriptores de tam glorioſa Regiæ Moravicæ Welehradenſis, & ſimul idololatriæ expugnatione (vult enim Peſſina; 973. civitatem non modò deditam, ſed & conditionem fidei Chriſtianæ ſuscipiendæ à Moravis initam) tacuiſſe, ſi reverà ita res ſe habuiſſet.

793. §. 33. Sub Rege Samoslao Peſſina memorat incidiſſe primum 974. 975. bellum Moravorum cum Bohemis vario Marte geſtum, pace de-
800. mum inter utramque gentem compoſitum. Res ipſa per hiſtoricos omnes Bohemicos comprobatur; circumſtantiæ quædam exceptionem patiuntur. Peſſina occiduæ Regni Moravici plagæ Præfectum vocat *Drzevicenſem*, quem cum popularibus ſuis, nec non cum *Hermundurorum* Marcomannorúmque montana incolentium *reliquiis* in Bohemos Slavos Samoslaus immiſerit. Hermundurorum nomen, olim florente Romanorum Imperio celebre, nunc aliquot ſeculis obliteratum erat, & Hermunduri vel in nomen Thuringorum conceſſerant, vel cum Alamannis & Marcomannis, Rhenum versùs, ſedes ſuas, itidem amiſſo nomine, tranſtulerant. Quem pro Drzevicenſi Præfecto (*vid. cap. XXIX. §. 25.*) habuerit Peſſina, non declarat. Dervanum Ducem gentis Soraborum ibi Loci, ubi nunc eſt Miſnia, memorat *Fredegarius ad annum octavum Dagoberti Regis Francorum*, Chriſti 629. 894. 896. & 630. ibíque terrarum olim Hermunduri ſederant; ſed inde Moravis auxilium nunc, dum de Teutobroda & limitibus Moravici regni agitur, ferri non poterat. Aſſumptum igitur in Peſſina nomen Hermundurorum ad libitum eſt pro populi illius veteris reliquiis, qui ex genere Suevorum, ſive Marcomannorum, ſive Quadorum, in montanis Bohemiæ & Moraviæ conterminis remanſerant, & hinc Slavis Moravis, illinc Slavis Bohemis intermedii incolebant. Præterea Peſſina in præcedente Hiſtoria de A. 791. Mnatam Principem Bohemiæ ſimpliciter, in hac verò de A. 793. vel Mnatam vel Krzezomislum nominat. Inter Mnatam & Krzezomislum Wogenus & Wnislaus Principes, quorum ille 28. hic 22. annis regnâſſe dicitur, interceſſerant: ita ut nulli alternativæ in regimine Mnatæ vel Krzezomisli

A.Chr. locus eſſe poſſit, & omni ratione dicendum ſit, Krzežomisli Vid. App. Num.
temporibus utramque hiſtoriam deberi.

§. 34. Samoslao Regi Moravorum fatis functo ſucceſſiſſe refert Peſſina LECHUM, Lecho occiſo autem HORMIDOREM. 976.
Lechus ex catalogo Regum Moraviæ (ùt ipſe Peſſina quoque non adverſatur) expungendus eſt; fuit enim ductor exercitûs 1014.
Neclani, Principis Bohemiæ, in bello contra Caroli M. filium
805. Carolum A. 805. dum Bohemia ſub jugum dicti Imperatoris miſſa eſt.

CAPUT XXIX.

Corollarium ad origines Slavicas.

§. 1. ORdine, quem hucusque ſectatus ſum, nunc capitibus adhuc aliquot res Slavo-Bohemorum & Moravorum (quæ primarium mihi in originibus Slavicis contexendis objectum ſunt) per tempora Carolingicorum Imperatorum Francicorum, & ultrà in Ottones Saxonicos (ubi demum ad dilucidiora, tum in patriis, tum in exteris annalibus, pervenitur) proſequi, inſtituti ratio exigere videretur. Complexionem eam originum jam ab olim (à quo nempe ſpecimen induſtriæ octennalis Academicæ, de Archi-Pincernatu, & connexione Regni Bohemiæ cum Imperio Romano Germanico, in alma Univerſitate Pragenſi, 17. Auguſti A. 1716. edere præſumpſeram) ceu fundamentum ſpeciminis iſtius, qualemcunque id eruditorum calculum mereretur, conari & explere pro viribus, animo volvebam; aſt abſtruſo huic, & fatigationibus frequentiùs interpolatis vix cedenti labori exantlando, otium non niſi per fata ultimò elapſi quadriennii à fine anni 1740. nactus ſum. Quantum igitur per hocce tempus (paucis antehàc excerptionibus præmiſſis) mihi anniſu haud levi licuit, tantum cùm præcedens introductionis Series, tum Apparatus hanc in rem triplex complectitur. Quod æqui bonique, pro temporis præferenter officio, quo fungor, impendendi anguſtia, benevole Lector, ut conſulas, te obnixè rogatum velim. Colophonem nunc operi imponere, obindéque quæ mihi latiùs adhuc molienda forent, in arctum ſub Corollario capitis hujus faſtigiare neceſſitor.

§. 2. Originum, in ſpecie Bohemo-Slavicarum, ad Carolingica & Ottoniana tempora deducendarum, baſis quaſi eſt notio diſtinctior, quibus populis ante immigrationem Czechi & Lechi, fratrum & ductorum gentis Slavicæ, tum inſeſſa tum circumdata fuerit Bohemia. Populos indigenas vetuſtiſſimos ſat, ùt reor, alibi in hoc opere inviſi; nunc circumſpicere ſupereſt vicinias. Luculentam hac in diſquiſitione facem pro ævo ſuo Tacitus de moribus Germanorum, & Ptolemæus in Geographia, prætulerunt; ſubſidia etiam quædam in Strabonis Geographia, in

A.Chr. in Velleji Paterculi Hiſtor. lib. 2. nec non in Hiſtoria belli Marcomannici & Quadici ſub temporibus Imp. M. Aurelii Antonini, & demum in Tabula Peutingeriana ſeu potiùs Probiana inveniuntur. Ad primos quatuor fontes excerpta *Apparatûs mei à num. 448. usque 468*: ad quintum *Nus. 601. 602. 603*: ad ſextum *Nus. 491. & ſeqq.* faciunt. Ad meliorem autem intelligentiam dicendorum præmittenda eſt idea generica Plinii & Taciti de Germaniæ totius populis. *Plinius Hiſt. nat. lib. 4. cap. 14.* ſic habet: GERMANORUM GENERA quinque: Vindili (Vandali) quorum pars Burgundiones, Varini, Carrini, Guttones. Alterum genus Ingævones: quorum pars Cimbri, Teutoni, ac Cauchorum gentes. Proximi autem Rheno Iſtævones: quorum pars Cimbri mediterranei; Hermiones: (ergo etiam proximi Rheno, ex alia tamen parte) quorum Suevi, Hermonduri, Chatti, Cheruſci. Quinta pars: Peucini, Baſtarnæ, ſupradictis contermini Dacis. Econtrà à *Tacito de mor. Germ. cap. 2.* tres tantùm populi generales perhibentur: proximi Oceano Ingævones: medii Herminones: cæteri Iſtævones: Ideam Taciti ſic capio: dividit ille omnes Germanos in *Eſt*-ſeu *Oſt-wohners*, id eſt orientales: in *Hin-wohners*, ſeu versùs Oceanum & Occidentem habitantes: & in *Her*-vel *Har*-ſeu *Herd*-& *Erd-wohners*, id eſt mediterraneos, ſeu etiam in *Herd-mannen* id eſt terræ mediæ viros; *Hertum* enim Tacitus pro Deo terræ cultum refert. Plinius Iſtævones ſubdiſtinguit in tria genera: *Iſtævones ſpecificè dicti* apud eum ſunt proximi Rheno versùs Orientem, Rhæti, Norici (quos *cap. 15.* Germaniæ adnumerat) dein ultra Danubium Quadi, Marſigni, Gothini, Oſi, & Burii Taciti, quos Cimbros mediterraneos vocat. *Iſtævones Vandali*, qui ſedes ſæpe mutabant, nempe Burgundiones intra Suevum & Viſtulam fluvios, dein Guttones (Gothones Taciti, Gythones Ptolemæi, Gepidæ Jornandis in antiquiſſima ſede) Carrini, & Varini trans Viſtulam in Sarmatia Ptolemaica usque ad Peucinos. Demum *Iſtævones Peucini, & Baſtarnæ*, qui trans Carpaticos montes æquè in Sarmatia habitabant. In Ingævonibus Tacitus & Plinius conveniunt, quòd ſint Oceani accolæ, à Viſtula nempe usque ad Rhenum; à Viſtula usque ad Albim erant Teutones, & Cimbri, qui Ptolemæo Saxones: ab Albi deorſum non nominat Plinius, niſi Cauchos, ſed eò quoque pertinent populi, quos poſteà recenſet, Marſatii (Tacito Marſi) Sturii, Friſiaboni, Friſii, Canineſates. Ad Hermiones valde notandum, quòd Plinius eos non removeat à Rheno, quin potiùs ſub proximis Rheno, ex parte ſcilicet ſeptentrionali (quorſum ſpectant Chatti ad inferiorem, Suevi ad ſuperiorem Rhenum) comprehendat. Hermunduri in ſpecie ſequebantur ad Danubii ſuperioris latus ſeptentrionale: & Cheruſci denique intimi erant Germaniæ inter Viſurgim & Albim fluvios. Huic interpretationi adverſatur quidem *Harduinus in notis ad noviſſimam Plinii editionem Pariſienſem de A. 1741. d. cap. 4. num.*

Vid. App. Num.

A.Chr. *num. 22. & 23. & in emendatione CV.* dum verba Plinii hunc in mo- Vid. App. Num.
dum: Proximi autem Rheno Iſtævones; quorum pars Cimbri. Mediterranei Hermiones: quorum Suevi &c. puncto (ita ut epitheton mediterranei non Cimbris, ſed Hermionibus jungatur) interſecat, nomen antiquum Cimbrorum Iſtævonum trans-Rhenanis accolis Bergenſibus, Marchicis, Cliyenſibus, & demum Friſiis occidentalibus addicit, Cimbros mediterraneos nullos, nec Hermiones Rheno proximos, ſed Ingævonibus & Iſtævonibus tantùm intermedios agnoſcit. Aſt mihi interpretationi contrariæ, ùt ſuprà, adhærendum videtur, quam ſequentibus adhuc firmare lubet. 1mò. Ea communi Authorum ſententiæ, per Iſtævones denotari Orientales Germanos, correſpondet; Ingævones enim, quos tam Tacitus, quàm Plinius, Oceani accolas indefinitè nominat, ad ſolos Cauchos, Cimbros, & Teutones, in ſeptentrione Oceani, reſtringi nequeunt, ſed & occidentalem Germanicum Oceanum occupâſſe dicendi ſunt. Ingævones itaque fuêre omnes Oceani accolæ à Rheni oſtiis uſque ad Viſtulam; Iſtævones verò, populi ad utramque ripam Viſtulæ, uſque ad fontes ejus, & Sarmaticos montes, qui Iſtævones ſuperinditum nomen Vandalorum habebant: dein ſub his montibus populi omnes uſque ad Danubium & divertigium Granuæ fluvii, ibíque incipientes Jazyges Metanaſtas: ſeu populi omnes, qui Quadorum nomine generaſi poſtmodùm venerunt: nec non ſub Danubio Norici & Rhæti uſque ad fontes & partem ſuperiorem Rheni. His ita poſitis, rectè jam Hermiones, mediæ terræ Germanicæ inhabitatores nuncupabantur, quoniam præter partem mediam Rheni, quam ipſi occupabant, undique ab Ingævonibus & Iſtævonibus circumdabantur. In Harduini opinione autem Hermiones tantùm Iſtævonibus ab Occidente, & Ingævonibus à ſeptentrione medii forent, & Vandali ad Viſtulam, atque Germani alii, quos Plinius cap. 12. inter Pannonica hiberna Carnunti & Jazyges trans Danubium locat, uti & Norici & Rhæti, quos cap. 13.
Agrippa ſub Auguſto, ante eorum devictionem, id eſt ante A. 558.
U. C. 739. Germaniæ accenſuit, ſub generali diviſione Germaniæ populorum Ingævonum, Hermionum, & Iſtævonum non comprehenderentur. 2dò. In diviſione hac antiquiſſima populorum Germanicorum non manendum eſt apud limites Germaniæ, prout ea à tempore extenſionis Romani Imperii ſub Auguſto uſque ad Danubium & Rhenum coarctata erat, ſed recur-
rendum ad antiquiora tempora Julii Cæſaris, dum A. U. C. 696. 537.521.
Vocio, & A. U. C. 700. Critaſirus, utique Germani Principes, Norico, quod in parte Iſtævonum fuit, imperarent, aſt tunc imperium eorum per Boerebiſtam Dacorum Regem everteretur, & Romanis exin, Noricum & Rhætiam, utpote debilitatas jam
valde provincias, impoſterùm, nempe poſt devictum A. U. C. 522.b.
738. atque Dacicis, hodie Tranſſylvanicis, montibus reincluſum Bœrebiſtæ ſucceſſorem Cotiſonem, ſuo dominatui mancipandi occaſio præberetur. 3tiò. Reflectendum hìc ad hiſtoriam

A. Chr. dicti Bœrebiſtæ Dacorum Regis, qui ſub Julio Cæſare regnum Vid. App.
ſuum ex Dacia propria in omnes fermè transdanubianos popu- Num.
los, quin & cis-danubianos Noricos extenderat; quod regnum 521.
verò, adhuc vivo Bœrebiſtâ, ſeditione interna, convulſum & valde imminutum fuit. Unde tunc non tantùm Jazyges, à Mœotide venientes, obindéque Metanaſtæ ſeu extra patriam degentes 490.
dicti, Dacos terris transdanubianis à Granuæ divertigio usque ad Tibiſcum expulerunt, ſed & Germani poſſeſſionem quondam ſuam à montibus Sarmaticis usque ad Granuæ divertigium, in Hungaria hodierna ſuperiore, recuperârunt. Tacitus Mar- 464.
ſignos, & Burios, qui ſermone cultúque Suevos referant, præter Gothinos & Oſos, ibidem loci collocat. Ptolemæus, ex 448.454.
Marini ætate, Buris ſedes priſtinas ad Viſtulam aſſignat. Marſigni Taciti iidem, qui alibi ab eodem, nempe *de mor. Germ. cap.* 2. Marſi vocantur, cenſendi ſunt. Hos populos igitur, cùm ex partibus Oceani Germanici advenerint, Plinius nomine communiori & notiori Cimbros, cum adjecto ſedes novas ſpecificante, mediterraneos appellat, ut eos à Cimbris in originaria 448.451.
ſede ad Oceanum Germanicum permanentibus, nec non à Cimbris dudum anteà ad Ponti Euxini Boſphorum, Cimmerium 530.
obinde nominatum, progreſſis, quà litoralium utrinque, & non mediterraneorum inhabitatoribus, contradiſtingueret.

§. 3. His præmiſſis, POPULI AD ORIENTEM BOHEMIÆ, ſeu versùs Viſtulam fluvium in hodierna Sileſia, varii, generalibus nominibus Suevi, aut Vandali, aut Lygii dicti, in parte Moraviæ verò Quadi ſedebant. De his Quadis ſufficienter actum in anterioribus capitibus. Ad populos veteres Sileſiæ autem præmittendi ex Ptolemæo populi, qui Viſtulæ inferiorem Germanicam ripam occupabant. Juxta Oceanum dicit ille ab 448.
Jado fl. (Viadro ſeu Odera) usque ad Viſtulam fluvium, habitare Ruticlios, (Rugios) dein Elveones minorem populum, & ſub his à Suevo fluvio usque ad Viſtulam Buguntas (Burgundiones) majorem populum. Ptolemæus inter Farodenos (Warinos cis-Viſtulanos) & Sidinos, in oris Oceani, & itidem inter Semnones, & Burgundiones, in mediterraneis, Suevum fluvium pro termino facit. Unus idémque is eſſe nequit, ſed Sue- 450.
vus Warinorum neceſſariò intelligendus eſt fluvius Warne ad Roſtok, vel Rekenitz ad Damgard, in finibus Ducatûs Mecklenburgici, & Suevus Semnonum Spree usque ad conjunctionem cum Havela fluvio. Hunc Suevum Semnonum ſtatuunt quoque omnes fermè ſcriptores Luſatici ab *Hoffmanno* A. 1719. editi. Rugii igitur tenebant olim Pomeraniam trans Oderam, Burgundiones terras inter Spree & Viſtulam fluvios: Elveones verò ad Viſtulam intermedii erant. Porrò ſub Burgundionibus ponit Ptolemæus circa Aſciburgium montem (qui de montanis vel in Luſatia, vel in Sileſia inferiore, circa finem Sudetorum mon- 453.454.
tium Bohemiæ intelligendus) Lutos Omanos, qui Tacito Lygii Manimi vocantur, & Lugos (id eſt Lygios) Didunos, dein usque ad Viſtulam Lutos ſeu Lygios Buros, id eſt aratores, quòd plùs vacarent agriculturæ, quàm alii: ſub his verò versùs fon-

 tes

A.Chr. tes Viſtulæ, ſupra Orcynium nemus, ergo ſupra montes Gla- Vid. App. Num.
cenſem Comitatum & Moraviam à Sileſia ſeparantes, in parte
Sileſiæ inferioris, & in Sileſia ſuperiore, Sidones, Straboni Si- 460.
binos dictos, dein Cognos, & Visburgios. Tacitus ultra con- 464.
tinuum montium jugum, Sueviam dirimens, id eſt ultra Herci-
niam, plurimas gentes agere, ex iisque Lygiorum nomen, in
plures civitates diffuſum, latiſſimè patere dicit, & præcipuos
Lygiorum, Arios, Helveconas (Ptolemæo Elveones) Mani-
mos (Ptolemæo Omanos,) Elyſios, Naharvalos nominat, Bu-
rios autem terga Quadorum claudere refert. Burii igitur, Ta-
citi ævo, ſaltem pro parte, inveniebantur ad Danubium, pro-
pe Jazyges & Daciam: quod & hiſtoria Trajani, M. Aur. An- 577.598.
tonini, & Tabula Peutingeriana ſeu Probiana confirmat. Ta- 491.
citus quoque Burgundionum inter Suevos trans Herciniam non
meminit; econtrà Plinius, ſcriptor Tacito paulò antiquior, ùt
ſuprà, Varinos, Guttones, Carrinos, & Burgundiones Vanda-
lis annumerat. *Oroſius hiſt. lib. 7. cap. 32.* refert: Burgundiones
quondam, ſubacta interiore Germania à Druſo & Tiberio, per
caſtra diſpoſitos (id eſt, terram caſtris vel Burgis inhabitantes)
in magnam coaluiſſe gentem; ut ergo ſilentium Taciti Burgun-
diones à Viſtulanis ſedibus non excludat. In Ptolemæo autem 272.464.
notandum, eum partim ex ſuo, partim ex Marini ævo ſcribere.

§. 4. AD SEPTENTRIONEM BOHEMIÆ, ab Oceano
incipiendo, & Bohemiam versùs inter fluvios Viſurgim & Via-
drum ſeu Oderam progrediendo, ſequentes ordines populorum
à Ptolemæo produntur. *Primus ordo ad oras maris*: à Viſurgi ad 448.450.
Albim, in Ducatu Bremenſi, Cauchi majores: ab Albi ad Cha-
luſum, ſeu Trave fluvium, in Holſatia, Saxones: à Chaluſo
ad Suevum, ſeu Warne fluvium, in Ducatu Meklenburgico,
Farodeni, ſeu Warini: à Suevo ad Viadrum, in Pomerania cis
Oderam, Sidini. *Secundus ordo in mediterraneis*, ſequendo Al- 448.452.
bim versùs caput ejus: à Viſurgi uſque ad Albim medium, ſitu,
qui orientalior ex parte ſit Langobardis, in partibus Luneburgi-
cis, & Marchiæ veteris Brandenburgenſis, Suevi Angili, popu-
lus major: ſub his, &, in idea Ptolemæi ſub Albi, ſecundùm
Strabonem verò, & Vellejum, ad utramque ripam Albis, in 460.461.
Ducatu Magdeburgico, an der Langen Boerde/ Langobardi. 777.
Sub his, itidem ſub Albi, uſque ad Miſniam, Dulgumnii: è re-
gione horum populorum autem, ſupra Albim, uſque ad Sue-
vum fluvium, intra Albim Havelam & Spree, Semnones, po-
pulus magnus: ſub his, ſupra Albim, uſque ad Miſniam, Illin- 453.
gæ. *Tertius ordo*: ſub Cauchis majoribus, ſub Viſurgi in parte
Circuli Weſtphalici, Angrivarii: ſub Saxonibus & Warinis, 452.908.
inter Albim & Viadrum, uſque ad Semnones, in partibus Me-
cklenburgicis & Brandenburgicis, Teutonoari, Viruni, Teu-
tones, & Avarpi. *Ordo quartus*: Cheruſci, ad Viſurgim ſupe- 461.
riorem ſecundùm Vellejum: Chamavi ad Melibocum montem,
circa Comitatum Mansfeldenſem: Lucones apud Albim fluvium 455.
ex utraque ripa: ſub his Bænochæmæ, in Miſnia uſque ad Bo-
hemiam: dein Bateini, in Luſatia inter Semnones & Bohemiam:
de-

Digitized by Google

A. Chr. demum æquè inter Semnones & Bohemiam ſub Aſciburgio monte Corconti. Lucones, Bænochæmæ, Bateini, Corconti, Hermundurorum generi accenſiti videntur, quoniam Vellejus Albim Semnonum Hermundurorúmque fines præterfluere, & Tacitus Albim in Hermunduris oriri dicit; ſi enim Corconti Ptolemaici uſque ad jugum illud Sudetorum montium, quod Albis fontes tenet, ex parte ſeptentrionis ſe extenderint, rectè Albi in Hermunduris, id eſt finibus eorum, ortus addicitur. Seculo tertio tamen, teſte Dione Caſſio, qui Albim ex montibus Vandalicis decurrere pro ſuo ævo refert, jam accolæ ſeptentrionales illius jugi non Hermunduri ſed Vandali vocabantur. Vid. App. Num. 453. 461. 462. 463. 559.

§. 5. AD OCCIDENTEM BOHEMIÆ Ptolemæus ponit quatuor ordines. *Primo ordine*, ab *Oriente* Abnobarum montium, & *ſupra* Suevos (Rhenicolas, ſeu Abnobis montibus & Rheno incluſos, ergo ſitu ſeptentrionaliori) recenſentur Caſuarii, ſeu Chaſuarii, ut Tacitus de mor. Germ. cap. 34. Chatuarii, ut Strabo lib. 7. Attuarii, ut Vellejus Hiſt. lib. 2. inter alios populos ſub Viſurgi, Caninefates, Bructeros, Cheruſcos refert: itaque ſpecies Chattarum, ſeu Cattorum, ad finem ſeptentrionalem Ptolemaicorum Abnobarum montium, circa Mœnum inferiorem: Nertereanes, ſeu Neccareanes, fluvii Necker, ſeu Nicri accolæ, trans Abnobas montes, versùs Danubium: Danduti, inter Franconiam & Danubium, Ratisbonam versùs. *Secundo ordine*: Turoni, ſeu Tuberoni, ad fluvium Tuberam ſeu Tauber in Franconia: Marvingi, ad fluvium Rednitz. *Tertio ordine*: Chattæ, Catti, ſeu Haſſi hodierni: Tubanti in occidentaliore parte hodiernæ Thuringiæ, & parte quoque ſeptentrionali Franconiæ, ſeu ad Werram ſuperiorem in Thuringia, & ad Salam Franconicum: *ſupra Sudetos montes* Teuriochæmæ, in orientaliore parte Thuringiæ ad Salam ſuperiorem Thuringicum, dein in partibus Bohemiæ propinquis ad ſeptentrionem vergentibus, uſque ad Miſniam. *Quarto ordine: ſub Sudetis montibus* Variſti, ſeu Nariſci, in parte Voigtlandiæ, quæ jam ad Occidentem eſt Bohemiæ, & in Marchionatu Culmbacenſi, uſque ad Gabretam ſilvam ſeu Fichtelberg, & fluvium Naab; ſub Marvingis Curiones, Chætuori, & uſque ad Danubium fluvium Parmæcampi. Hi tres populi igitur utramque ripam Nabis fluvii accolebant, à fontibus uſque ad confluentiam cum Danubio. *Ad meridiem* Bohemiæ hìc adjungendi quoque ſunt Adrabæcampi, quos Ptolemæus ſub Marcomannis, & Sudinis, *uſque ad Danubium*, ergo inter Bohemiam meridionalem & Danubium in hodiernæ Auſtriæ ſuperioris parte transdanubiana, ponit. 448. 456. 461. 457. 457. 458.

§. 6. Ad populos ex Ptolemæo recenſitos relata quædam *Taciti de mor. Germ.* huc exſcribenda veniunt. Ait is *Cap.* 32. Proximi Cattis certum jam alveo Rhenum, quique terminus eſſe ſufficiat, Uſipii ac Tencteri colunt. *Cap.* 33. Juxta Tencteros Bructeri olim occurrebant, nunc Chamavos, & Angrivarios immigrâſſe narratur, pulſis Bru-

Digitized by Google

A.Chr. ćteris, ac penitus exciſis. *Cap.* 34. Angrivarios & Chamavos à tergo Dulgibini, & Chaſuari (hi ſunt Caſuarii Ptolemæi, æquè ex ſuo ævo) cludunt, aliæque gentes haud perinde memorabiles. A fronte Friſii excipiunt. Majoribus, minoribúsque Friſiis vocabulum eſt, ex modo virium. *Cap.* 35. Hactenus in Occidentem Germaniam novimus. In ſeptentrionem ingenti flexu redit. Ac primò ſtatim Chaucorum gens, quanquam incipiat à Friſiis, ac partem litoris occupet, omnium, quas expoſui gentium lateribus obtenditur, donec in Cattos uſque ſinuetur. *Cap.* 36. In latere Chaucorum Cattorúmque, Cheruſci nimiam ac marcentem diu pacem illaceſſiti nutrierunt. Tacitus dein Cheruſcorum res ruinam paſſas eſſe ſubjungit. Omnes igitur hos populos Tacitus pro ſuo ævo Germaniæ occidentali inſerit, & latus eorum orientale primùm Chaucis & Cattis, dein Cheruſcis claudit: reliquam verò Germaniæ partem à Suevis populis impleri ſubjicit: Bructeros quoque penitus exciſos, & Cheruſcos (tum per Cattos vicinos, tum per Druſi, & dein Tiberii expeditiones bellicas) ad ima redactos ſua ætate refert. Ptolemæus econtrà Buſacteros, qui Bructeri videntur, & Cheruſcos, pro integris habet, Chamavos duplici in ſede, ſub Cattis & ſupra Cheruſcos, locat, & Dulgumnios, qui Dulgibini Taciti videntur, Albi fluvio propinquos facit. Porrò Ptolemaici Variſti, Curiones, Chætuori, Parmæcampi, & Adrabæcampi, nomine generali Nariſcorum: Corconti, Bateini, Bænochæmæ, Teuriochæmæ, Tubanti, Turoni, Marvingi, & Danduti, nomine itidem generali Hermundurorum Tacito veniunt. Hinc igitur colligendum: Ptolemæum in Germania populos pleroſque non ex ſuo ſed Marini ævo deſcribere, atque Marini notitiis ſuas, quanquam in Germania rariùs, admiſcere.

Vid. App. Num. 559. 461. 448. 463.

§. 7. Ex Tacito ulteriùs notandum: non ille ſtatos & certos limites Germaniæ, ſicut Ptolemæus Rhenum, Danubium, lineam à Danubii converſione borealiſſima apud Granuam uſque ad caput Viſtulæ, & dein Viſtulam uſque ad mare, aſſignat; ſed excepto Rheni alveo è regione Cattorum, & Danubii alveo uſque poſt Quados, qui uterque alveus à temporibus Auguſti in haud dubium jam limitem evaſerat, id terrarum pro Germania habet, quod Germani populi ſuo jure tenebant, & id pro Romano ſolo, in quod ultra Rhenum, ultráque veteres terminos magnitudo populi Romani (ùt ipſe de mor. Germ. cap. 29. ait) Imperii reverentiam protulerat. Hac de cauſa cap. eod. ſubjungit: non numeraverim inter Germaniæ populos, quanquam trans Rhenum Danubiúmque conſederint, eos qui Decumates agros exercent: id eſt, quibus ob navatam militiæ operam, vel alia bene merita, Romani agros in devictorum Germanorum trans-

A.Chr. trans-Rhenanorum terris ſub onere decimarum ad annonam militarem præſtandarum aſſignaverant, obindéque eos beneficiarios Romanos effecerant. Germani econtrà jus faſque ſibi cenſebant, agros, ubicunque vacarent, occupare. Ita, dum de Vid. App. Num.
58. iiſdem agris ad Rhenum inferiorem Tacitus Annal. lib. 13. cap. 55. ad Conſulatum Imp. Neronis III. & Valerii Meſſalæ agit, Anſibariorum Germanorum, qui eoſdem inſederant, Legatum Bojocalum loquentem inducit: Chamavorum quondam ea arva, mox Tubantum, & pòſt Uſipetum fuiſſe: ſicut cœlum diis, ita terras generi mortalium: quæque vacuæ, eas publicas eſſe. Ultra Quados quoque, an populi illorum terga claudentes Marſigni, Gothini, Oſi, Burii, Germanis accenſeri debeant, dubitat Tacitus de mor. Germ. 464.
cap. 43. dubium autem ibidem ſibi ſolvit, dum Marſignos & Burios, eò quòd *ſermone cultúque Suevos referant*, Germanis, Gothinos autem Gallis, & Oſos Pannonibus, ob linguæ commercium, addicere videtur. Paulò antè verò nempe cap. 28. aliter de Oſis ſenſerat, dicens: Sed utrùm Araviſci in Pannoniam ab Oſis Germanorum natione, an Oſi ab Araviſcis in Germaniam commigraverint, cùm eodem adhuc ſermone, inſtitutis, moribus utantur, incertum eſt: quia pari olim inopiâ ac libertate, eadem utriúſque ripæ bona maláque erant. Oſos igitur ibi, quoniam inter Germanos habitabant, pro Germanis, & terram eorum pro Germanica, aut ſaltem non Romana habet, ex regula, quam ſubjicit, utrumque populum, Araviſcos in Pannonia cis Danubium, & Oſos in Quadia trans Danubium, olim, id eſt ante 434.
Auguſti Imp. tempora, iiſdem bonis, nempe libertate, gaviſum, & iiſdem malis, nempe inopiâ, preſſum fuiſſe. Diverſi itaque etiam circa Danubium medium limites erant Romani Imperii, & eundem locum nunc libertas nunc nexus tenuit. Ultra Viſtulam Ptolemæus nihil Germaniæ, ſed totum Sarmatiæ Europeæ attribuit, dubium autem non decîdit, an non Sarmatia Europea idem connotet, ac Sarmatia Germanica? Sanè M. Aur. 593.
Antoninus Imp. Cotinos, id eſt Taciti Gothinos, in meditullio Germaniæ dixit, ergo Sarmatiam Germanicam ſenſit. Tacitus de mor. Germ. cap. 1. Germaniam omnem à Galliis, Rhætiiſque, & Pannoniis, Rheno & Danubio fluminibus, à Sarmatis, Daciſque, mutuo metu aut montibus ſeparari perhibet, ergo minimè Viſtulam pro limite inter Germaniam & Sarmatiam, quæ alia ſit quàm Germanica, agnoſcit, quin & cap. 46. Venedos, Fennos, Peucinos, Sarmatiæ ultra Viſtulam quondam incolas, ùt *ſuprà cap. XIV. §. 3.* dictum, Germaniæ accenſet. Porro Plinius, ùt *ſuprà hoc capite*, §. 2. Vandalos ad & ultra Viſtulam, nec non Peucinos, & Baſtarnas, qui trans Carpaticos montes in Sarmatia Ptolemaica degebant, Germaniæ adnumerat.

§. 8.

A.Chr. §. 8. Sub Imperio M. Aur. Antonini, SECULO SECUNDO (quod & ævum Ptolemæi erat) populi Romano Imperio vicini, circa Bohemiam, plerique in eodem ſitu, ac tempore Vid. App. Num.
172. Taciti, ſeculo eodem inchoante fuerant, perſeverabant. Julius Capitolinus eos enumerat Marcomannos (in Bohemia, nec non Auſtria transdanubiana) Nariſcos (ad Occidentem Bohemiæ) Hermunduros (ad ulteriorem Occidentem ſub Nariſcis) Quados (in Moravia, Sileſia ſuperiore, & Hungaria ſuperiore uſque ad Granuam) Suevos (circa fontes Danubii) Sarmatas (Jazyges, inter Granuam, Tibiſcum, & Danubium) Victofalos (ultra Tibiſcum ad latus Tranſylvaniæ) Latringes (ſupra Victofalos) Buros (ſupra Jazyges ſub Carpaticis montibus). Prælium cum Quadis M. Antonino fuit in Cotino, ſeu in ſedibus Gothinorum Taciti, ſupra Quados in Hungaria ſuperiore ſub Sarmaticis montibus. Ex Taciti populis autem Marſigni, & Oſi, jam non amplius memorantur: neque Nariſci in Auſtria transdanubiana uſque ad Quados extendebantur, ſed Marcomanni eam intercapedinem Danubii & Bohemiæ ex ſe repleverant: tunc verò ad trigeſimum octavum ſtadium à Danubio recedere juſſi ſunt. Factum hoc eſt, ut Vandali illuc collocarentur, tanquam cuſtodes Noricæ & Pannonicæ Romanorum provinciæ ex hac, ſicut Jazyges & Buri in tergo Quadorum ad Danubium ex altera parte. Ex Dione quoque, coævo illius temporis ſcriptore, qui & ipſe Præfecturam Pannoniæ geſſit, diſcimus, populos Germaniæ ad Viſtulam, uſque ad Bohemiæ montes, qui Albim fluvium emittunt, Vandalos nominatos fuiſſe: quanquam Tacitus eos Suevis annumeret, ob eam, ùt videtur, rationem, quoniam Maroboduus Suevus nationes illas ſibi ſubjugaverat, adeóque hæ à populo dominante denominationem Suevorum ſuſceperant. Nec ipſe Tacitus huic refragatur, dicit enim de mor. Germ. cap. 2. plures Germanorum gentis appellationes, Marſos, Gambrivios, Suevos, *Vandalios* affirmari, addendo: *eaque vera & antiqua nomina*. Ut igitur neceſſe ſit, multos populos, quos ille, ſuæ ætatis morem ſecutus, Suevos compellat, Vandalos antiquo more inſigniri debere.

(Right margin: 590. 602. — 601. — 593. 602. — 605.606. — 559. 606.)


§. 9. SECULO TERTIO quinque præcipuè populi validiores Germaniæ exſtiterunt: Vandali, Suevi, Saxones, Franci, Alemanni. Poſtrema duo nomina noviter tunc exorta, reliqua antiqua erant. Vandali, & Suevi, à Germanico *Wandelen*, & *Sueven*, id eſt à mutatione frequenti ſedium, compellationem ſortiti ſunt: quæ quidem haud ſibi abſimilis in utroque populo eſt, attamen id diſcriminis infert, quòd Suevis per terras nativas & vicinas tantùm, Vandalis autem etiam peregrè per totam Sarmatiam, ſedes alias ſectari mos fuerit. Saxones malo ego, cum Reinero Reineccio & aliis, à voce Germanica, diſtinctum à Vandalis & Suevis vitæ inſtitutum connotante *Saſſen*, id eſt incolas, qui ſedibus ſemel captis animo permanendi inſiſtunt, generatim, & ſic quoque habitatores hodiernæ Holſatiæ, tanquam primariæ quondam Saxonum ſedis, *Holſaſſen*, quaſi

Holt-

Digitized by Google

Holt-ſaſſen, ſeu ſilveſtrium incolas, ſpeciatim dictos credere, quàm non ſat communem à teli ſpecie, quo peculiaris Saxonicus populus uſus fuerit, denominationem petere.

§. 10. In nomine Francorum adſtipulari nequeo ſolertiſſimo alioquin rerum Franconicarum indagatori, Joanni Georgio ab Eckhard de reb. Franc. Orient. dum lib. 1. cap. 4. etymon ex antiquis vocabulis *Warge*, *Wrac*, *Fraec*, *Frac*, invenire nititur; ſed acquieſco derivationi aliis probatæ à *Fray*, liber, & terminatione Germanis familiari *ingk*; ut itaque nomen Fraingk, & per ſyncopen Frangk, à populis variis Germanicis ſeculo tertio medio aſſumptum, id denotare videatur, populo ei noviter coëunti inſtitutum placuiſſe, liberum ab alieno nexu dominatum ordiri, eúmque, in quas viſum fuerit regiones quaſi naturali jure adhuc communes, quoad arma valerent, inferre. Huic etymologiæ correſpondet uſus conſervatus in gallico adjectivo *Franc*, *Franche*, & etiam in Germanico frey und franc/ nec non
255. tota hiſtoria hujus noviter collecti populi Francici, qui ab inde mox libertatem, ſedes ſuas in terris Romanis, præcipuè Gallicis, figendi, ſibi vindicavit, & demum quoque Imperio Galliarum, atque aliarum expôſt terrarum potitus eſt. Populos illam collectionem conſtituentes recenſet laudatus Eckhardus lib. 2. cap. 1. Cheruſcorum reliquias, Cattos, Attuarios, Sicambros, Chamavos, Bructeros: præter hiſtorica illius temporis teſtimonia ad Tabulam quoque Peutingerianam provocans. Tabula illa eò magìs ad rem facit, quòd circa eadem fermè tempora ſub Probo Imp. 491. ſeqq.
compilata dici debeat. Ea, in exemplari antiquiſſimo hìc Viennæ aſſervato, ad alveum Rheni infimum populos trans-Rhenanos (more Romanorum loquendo) ſic adnotat:



Literæ medio ſitu: CRHEPSTINI, atramento, reliquæ omnes minio pictæ ſunt. c primum minus rubeum ad Chacos, id eſt Chaucos, in ſuperiore, & ad Chamavos in inferiore ordine pertinet. Figura, & ſitus literarum omnium, nec non puncta, quotquot inveniuntur, cura diligenti ex exemplari ipſo hìc expreſſa ſunt. Figura ſanè Romanis Probi Imp. temporibus convenire haud videtur. Quiſcunque igitur poſterior deſcriptor Tabulæ hujus Probianæ fuerit, mendoſam operam hìc exhibuit, cùm toti antiquitati *Aplivarii* & *Crhepſtini* incogniti ſint. *Bertius* legendum putat:

CHAUCI. AMPSIVARII.
CHERUSCI.
CHAMAVI. QUI ET FRANCI.

Mallem ego ob relata *Taciti ſuprà* §. 6. *in princ.* literas ſic componere & transformare:

H AUC I. A N G R I VARII.
c C H E R U S I C I.
HA M AVI. QUI ET F R A NCI.

A.Chr. Tot ſunt literæ in hoc ſchemate, quot ſuprà in Tabulæ exemplari. Quidquid autem de ſcriptura ſit, res certè loquitur, eos populos hìc intelligi, qui in nomen commune Francorum cum aliis pluribus coierunt. Porro vel hæc ſola nomina commonſtrant, Tabulæ primam compoſitionem Probianis temporibus deberi. Vid. App. Num.

§. 11. In nomen Alemannorum novum eodem tempore coierunt diverſi Suevici populi, qui idem, quod Franci, ſed præcipuè contra Rhætias & Italiam ſibi propoſuerant, atque nomen tantùm diverſum *Haale-mannen*, id eſt virorum bellatorum & conquirentium adſciverant, ùt *cap. VII.* §. 7. jam dictum. De his Alemannis certum eſt, aliunde non veniſſe, ſed indigenas ad Danubii ſuperiorem partem & montes Abnobas fuiſſe & manſiſſe; ut itaque etiam Francos cum Eckhardo à mari Balthico ex Wagria, Saxonum tunc ſede, velut exules, tacentibus hiſtoriis, arceſſere, minimè neceſſe, ſed ſentiendum potiùs ſit, Francorum nomen, æquè ùt Alemannorum, domi, & primitùs in parte Hermundurorum circa Salam Franconicum (unde ipſe Eckhardus lib. 2. cap. 9. vetuſtiſſimæ Francorum legis Salicæ ſub Pharamundo primo Rege originem repetit) natum, & mox in alias ſuprà recenſitas gentes propagatum eſſe. Simili planè modo Saxonum compellatio, quæ antè ad maris Balthici partem tantùm audiebatur, in plurimos populos Germaniæ intra Viſurgim & Albim, qui pòſt Saxones Oſtvali, & ſub Viſurgi, qui Weſtvali dicti, ſummatim itaque in omnes Plinii & Taciti Ingævones, & partem ſimul Hermionum ſe diffudit. Fœderibus igitur coaluerunt gentes generales Saxonum, Francorum, & Alemannorum, non autem armis ſocietas illa coacta eſt.

§. 12. Præter dictos quinque generales populos Germaniæ fuerunt & alii duo: populus nempe Hermundurorum, & Marcomanno-Quadorum. De hoc in anterioribus ſat actum, & agetur adhuc infrà. Populus Hermundurorum, unà cum Nariſcis, tempore Taciti magnam Bohemiæ partem ſedibus ſuis cinxit. Seculo tertio medio verò pars Hermundurorum ad Salam Franconicum, ùt dictum eſt, in Francicum, pars Danubio proximior in Alemannicum nomen tranſivit. De reliquis Hermunduris in longè diſſitis quidem terris ad Daciam à Dexippo facta eſt mentio, ùt videndum *ſuprà cap. XIV.* §. 27. ſed hìc loci hiſtoriæ tacent, & eorum vice impoſterùm, quanquam ſeriùs adhuc, Thuringi occurrunt. Sicut igitur antehàc Hermunduri Herminonum veterum, de quibus Tacitus meminit, reliquiæ fuerant, ita poſthàc Thuringi reliquias Hermundurorum ſiſtunt. Latè *Falkenſteinius* in noviſſimè collecta *hiſtoria Thuringica lib. 1. cap.* 2. §. *1.* & *2.* in ſententias de origine & nomine Hermundurorum inquirit, & §. *3.* concludit: Duringorum nomen ex vocabulo veteri Hermun-Durorum, omiſſa prima parte, ùt uſum familiarem abbreviationum Germanicarum per plurima exempla adducit, eſſe contractum, atque hanc contractionem jam olim quoque obtinuiſſe, Turonos enim Ptolemæi æquè pro Turingis

A. Chr. gis habet. Sententia hæc omni ratione nititur, & eò acceptabilior eſt, vid. App. Num. quòd reliquæ ſententiæ de Thor Idolo, Thur fluvio Helvetico, & quæ aliæ ſunt, minimè ſatisfaciant. Vetuſtum itaque *Hermen-Duren*, vel, quod idem, *Hermen-Duringen*, ex *Hermen* ſeu Herminonibus, & verbo Germanico *Duren*, ſupereſſe, durare, compoſitum, reſciſſo & ſubintellecto Hermen, in Duren & Duringen ſolum tranſivit. Rectè quoque Falckenſtein Turonos Ptolemæi pro Hermunduris habet, & eò etiam Tubanti Ptolemæi, Franconiæ hodiernæ ad Salam, & Thuringiæ hodiernæ occidentalioris accolæ, pertinent; ſed mirum, quòd Teuriochæmas Ptolemæi, reliquæ hodiernæ Thuringiæ, nec non ſic dictæ Oſtlandiæ Thuringicæ, inter Salam Thuringicum & Albim, ſub Nariſcorum parte olim incolas præterierit, cùm hi propriè *Durbemen*, ergo idem ac *Duringen* ſonent, Turoni autem, ob ſitum ad fluvium Tubarim, ſeu Tuberam, ab hoc potiùs Tubaroni vel Tuberoni, ſine contractione, denominati videantur. Porrò hìc quoque ſtatim, cùm de populo per longum circuitum Bohemis vicino agatur, adnectendum eſt, populum illum ex Hermunduris reſiduum, & ſeculo tertio, dum ex eo magna pars in nomen Francicum & Alemannicum tranſiret, admodùm coarctatum, procedente tempore, præcipuè ſeculo quinto, iterum ad Mœnum, & ultrà ad Danubium, Nabim, & Reganum uſque ſeſe diffudiſſe. Ex profeſſo hanc rem Eckhardus in toto opere de reb. Franc. Orient. quin & in præfatione, cui delineandæ immortuus eſt, & poſt eum Falckenſteinius d. Hiſt. Thur. l. 1. cap. 3. tractat, unde hìc pro originibus Slavicis, & in ſpecie Bohemicis, per compendium tantùm monendum: Thuringiæ hodiernæ fines eſſe, ad Orientem, Salam fluvium Thuringicum: ad meridiem, ſilvam Thuringicam: ad Occidentem, Werram fluvium, qui dein Viſurgis dicitur: ad ſeptentrionem, Unſtrutum fluvium: Thuringiæ veteris magnæ verò fines fuiſſe, ad Orientem, Albim fluvium, & Bohemicos montes ab Albi uſque ad Reganum fluvium in hodiernæ Bavariæ parte transdanubiali: ad meridiem, Danubium fluvium, reſtrictè tamen uſque ad hodiernum circulum Suevicum, quanquam Eckhardus, pro ſubſequis temporibus, Danubium uſque 904. 923.
ad Nicrum intelligere velle videatur: ad Occidentem, Haſſiæ partem, incluſâ Thuringiæ Buchoniâ, ſeu principatu Fuldenſi: ad ſeptentrionem, ſilvam Hartz in latere Ducatûs Grubenhagen.

280. §. 13. Brevì poſt hanc transformationem populorum, ſeculo tertio vergente, *Tabula*, à poſſeſſore ejusdem poſterioribus temporibus Peutingero Peutingeriana vocata, rectiùs autem ab auctore Probo Auguſto Probiana vocanda, utpote ſub Probo 493. ſeqq.
circa A. 280. compilata, quâ nunc Cæſarea Bibliotheca Vindobonenſis gloriatur, populos Romano Imperio trans Rhenum & Danubium vicinos, à Mogontiaco ad Rhenum, uſque Argento- 491.
ratum, Suevos, inde in angulo inter Rhenum & Danubium circa ſilvam Marcianam, itaque in hodierno circulo Suevico, Alamannos collocat, abhinc autem ripam Danubii uſque ad Arrabonem fluvium in tres partes dividit, & primæ Armalauſos, ſecundæ Mar-

Digitized by Google

A. Chr. Marcomannos ſuperiore, & Vandulos inferiore ordine, tertiæ Vid. App. Num.
verò Quados & Jutugos, intermixtis quidem, ſed illos majori-
bus rubeis, hos minoribus nigris literis, adnotat, igitur ſupra-
jacentem ripæ illi continentem ſic diſpertitur, ut ad fluvios,
hodie Rednitz & Naab vocatos, Armalauſi, in Bohemia Mar-
comanni, ſub Bohemia Vanduli ſeu Vandali, in Moravia & Hun-
garia ſuperiore Quadi, ſub Moravia in Auſtria Transdanubiana
Jutugi habitaverint. Notandum hinc venit: 1mò. ex Ta-
bula apparet, quinam populi nomen novum Alamannorum pau-
lò antè ſuſceperint, Suevi nempe & Hermunduri, Danubii ca-
piti, & Rheno ſuperiori uſque Argentoratum, id eſt Rhæticis
provinciis Romanis, utpote quas tentare ſtatuerant, vicini; re-
liqui verò Suevi, hìc Alamannis, & inferiùs Francis noviter
quoque conſociatis intermedii, gentile prius nomen retinuerunt.
2dò. Hermunduri Danubio vicini, qui ſe unà cum aliis Suevis
Alamannos dixerunt, nempe, ſi nomina à Ptolemæo tradita ad-
huc tunc obtinuerunt, Marvingi & Danduti, ex ſedibus ſuis in
ſedes Alamannicas circa Marcianam ſilvam tranſiiſſe, atque ut
Armalauſi peregrè ſubintrarent, locum dediſſe videntur; Arma-
lauſorum enim vocabulum Græcæ à Romanis coloniis vicinis
inditæ nomenclaturæ ex ἁρμοῖ nuper, & λαὸς populus, cenſen-
dum eſt, & populum denotavit, qui nuper primùm eò immigra-
verat. 3tiò. Sub Bohemia & inibi degentibus Marcomannis
Vandali, ut tergum Romanorum contra Marcomannos claude-
rent, & irruptionibus horum obſiſterent, ſeculo priore vergen- 605. 606.
te à M. Aur. Antonino collocati erant; hi ergo erant Van- 607.
dali, quos Tabula ſub Marcomannis adnotat. 4tò. Jutugi, à 491. 495.
Tabula ſub Quadis poſiti, Logiones fors, ſeu Lygii Vandali,
quos Probus A. 277. à Rheni infeſtatione repulerat, ſicut Arma- 631.
lauſi fors Burgundiones, fuerunt. 495.

358. §. 14. SECULO QUARTO quis fuerit ſtatus populorum
circa Noricum, & Pannoniam, Romanas provincias, jam re-
miſſivè ad Caput hujus introductionis ſextum dictum eſt in *cap.
praced. XXVIII.* §. 2. nempe in Bohemia versùs Auſtriam hodier-
nam, & in Auſtria ipſa transdanubiana ſedebant diſperſi in plu-
res parvas Reſpublicas populi Suevici ſeu Marcomannici: in Bo-
hemia versùs Moraviam, & in Moravia ipſa ſeptentrionaliore
idem regimen diſperſum obtinebat: in reliqua Moravia versùs
Hungariam & Auſtriam, atque in Campis Patentibus Auſtriacis,
ſeu Marchfeld, obtinebat major quædam Reſpublica Quado-
rum transjugitanorum ſub Primate Arahario: in Hungaria ſu-
periore in confiniis Sileſiæ & Poloniæ ſedes ceperant jam ab
olim, teſtibus Tacito & Ptolemæo, Sarmatæ ex trans-Carpati-
cis terris, Germanicæ originis: in Hungaria eadem meridiona-
liore uſque ad Danubium degebant Quadi Cis-jugitani in duas
majores, ſub Primatibus Vitrodoro & Agilimundo, nec non in
alias minores Reſpublicas ſub ſuis Judicibus itidem diſtracti.
Hìc jam notandum eſt 1mò. Hæ Reſpublicæ diſcerptæ non re-
unitæ ſunt, niſi ſeculo ſexto medio per aſſociationem Slavorum
ex Temeſienſibus ſedibus ſuis emigrantium, eàque aſſociatio Mo-
raviæ

Digitized by Google

A.Chr. raviæ & Hungariæ ſuperioris tantùm, non verò Bohemiæ, ſaltem remotioris, terras reſpexit. 2dò. Non habuit ea Reſpublica nova Slavo-Moravica veros Principes, niſi à fine ſeculi ſeptimi, ùt *cap. præced.* dictum. 3tiò. Nullum jus eadem in Bohemiam ſibi attribuere tentavit, niſi ſub finem ſeculi octavi, ubi primum bellum inter cognatas gentes Slavo-Bohemicam & Slavo-Moravicam exortum fuit. 4tò. igitur ad origines Slavo-Bohemicas nihil ex parte Moraviæ dicendum ſupereſt, niſi uſque ad dictum tempus ſeculi octavi. Vid. App. Num.

374. §. 15. Illo ipſo tempore, quo Czechus & Lechus ex Croatia in Bohemiæ plagam borealiorem ab antiquitùs vaſtam, ſilvis horridam, cæterà inconditam, cum populo ſuo haud magno, ex impatientia aſperæ admodùm tractationis hucusque in Illyrico à Præfecto Prætorio Probo toleratæ ſeſe receperunt, & domicilium Romanum, quondam ſub Probo Auguſto & verè probo in Temeſienſi regione cœptum, & inde in Croatiam propagatum, nunc ſub Probo omnis probitatis experte mutârunt, vicinia Romani Imperii alios quoque advenas, nempe Burgundiones Vandalos, in magno ſanè numero octuaginta millium (ùt ſuprà *Cap. XV.* §. 24.) ex terris Viſtulanis Bohemiæ contiguis, ſuſcepit. Locus receptionis certè fuit, teſte S. Hieronymo coævo, Rheni ripa Germanica, & in ſpecie regio circa ſilvam Marcianam, ergo Alamannica; ibi enim teſte Ammiano Marcellino itidem coævo jam A. 359. pars Burgundionum, & expòſt A. 430. teſte Socrate, proximo illorum temporum ſcriptore, magna Reſpublica eorundem Burgundionum, quæ Hunnico Optaris Regis dominatui ſeſe opponere, & quietem armis ſibi comparare ſuffecit, inveniebatur. Inde colligendum nunc 1mò: quoniam jam ſeculo vergente priore, ſub Probo Imperatore, Burgundiones & Logiones, ſeu Lygii, utrique Vandali, & iterum alii Burgundiones ſeculo, de quo mihi nunc locutio, quarto, teſte S. Hieronymo in verbis, *quot nunquam antè*, ſæpiùs, & ſpeciatim A. 374. in numero 80. millium, terris patriis Vandalicis Viſtulanis exierunt, neceſſe eſt, cultores earundem terrarum rarefactos eſſe, obindéque Czechi coloniam Slavicam in Bohemia, quod ſibi à populis illis Viſtulanis in propaganda nova Republica timeret, non habuiſſe. 2dò. Cùm ſeculo priore Burgundiones, Lygii, aliique Vandali, ad Rhenum progreſſi, ſed inde à Probo repreſſi, ad Danubium ſaltem, & quidem ſub nomine ipſis indito Armalauſorum circa Bavariam hodiernam, ſub nomine Jutugorum circa Moraviam, ſedem vacuam invenire, Vandali autem reliqui ſinè ſuperaddito nomine, in ſedes jam tempore M. Aur. Antonini ſub Bohemia obtentas regredi potuerunt: ſignum eſt evidens, diſcerptas Reſpublicas Marcomannicas & Quadicas, Bohemiæ & Moraviæ immorantes, nec his ſedibus ſibi contiguis pro populo ſuo extendendo eguiſſe, nec, ut ab aliis caperentur, adverſatas eſſe, minùs ergo poſthàc Slavis Czechiis, quin vaſtitates Bohemiæ antiquas in habitationem ſibi converterent, invidiſſe. 3tiò. Quòd Burgundiones A. 359. circa ſilvam Marcianam lapides terminales cum

A.Chr. Alamannicis poſſeſſionibus habuerint, & A. 374. aliis octuaginta millibus ibidem locandis ſolum non defuerit, ſignum itidem eſt manifeſtum, Alamannos jam circa hæc tempora maximam partem in novis abhinc in hiſtoria celebratis Alamannicis ſedibus cis-Danubianis, id eſt in Rhætiis egiſſe. 4tò. Igitur Slavi Czechii, novi tunc in vaſtitudines Bohemicas advenæ, præ hoſtilitatis metu, tam ab Occidente, quàm à meridie, & Oriente, in utramque aurem ſecuri dormire poterant. Vid. App. Num.

406. §. 16. SECULO QUINTO initiante multæ myriades ho- 749. a.
409. minum, ex Alanis, Vandalis, & Suevis, primùm Gallias, dein Hiſpanias, quaſi inundârunt, & regiones ibidem inter ſe ita diviſerunt, ut Alanis provincia Luſitanica & Carthaginienſis: Vandalis, cognomento Silengis, Bœtica: Vandalis aliis & Suevis Gallæcia obtingeret. Vandali hìc produntur duplices; Silengi nempe, & alii ſinè ſuperaddito nomine: illi ſeparatam provinciam, hi communem cum Suevis ſortiti ſunt: quod indicium facit, ante migrationem quoque illos longè à Suevis, hos mixtim, aut in vicinia coluiſſe, proptereáque ſocietati ad invicem adhæſiſſe. Suevi in Hiſpania ſupra utrumque alterum populum cre- 754. c.
verunt, & A. 440. Bœticam quoque & Carthaginienſem provincias ſibi ſubjecerunt: unde Suevi in migratione de A. 406. potiſſimùm, non qui antehàc Rhenum & Danubium ſuperiorem accolebant, & poſteris etiam temporibus ibidem reperiebantur, ſed qui remotioribus in ſedibus agebant, intelligendi ſunt; aut ſi illi maxima ex parte ſedibus exceſſerint, alios remotiores in eorum locum immigrâſſe neceſſe eſt. Quidquid horum ſit, conſequens ex alterutro ſemper eſt, Suevos circa Quados, & Marcomannos, ſummoperè diminutionem multitudinis paſſos eſſe, adeóque & Slavo-Bohemis exinde occaſionem ſeſe dilatandi abundè dediſſe.

§. 17. FRANCI ſtatim à tempore aſſociationis ſuæ, ſeculo tertio adhuc, in Occidentem, ſeu in Gallias tendebant, fortunarum ibi ſat habentes, earúmque Orientem versùs ſimul pro-
428. movendarum tunc haud cupidi. Quin potiùs Clodio Rex Fran- 792.
corum, dum principalem eò usque Francorum ſedem, Diſpargo arce circa Salam Franconicum, in Comitatu hodierno Hennebergico (ùt vult Eckhardus, & conſentit Falckenſteinius. *in Hiſt. Thur. Lib. 1. cap. 5.* §. 7.) quondam ſita, Cameracum in Belgium transferret, favit Thuringis, Hermundurorum reliquiis, ut poſſeſſiones quasdam eò usque Francicas ad Bodam & Werram fluvios occuparent. Hac occaſione autem, cùm populi potentes vicini, Franci, Alamanni, Suevi, Galliis & Rhætiis inſtarent, excrevit novum Regnum Thuringicum, atque in partes quondam Hermundurorum & Nariſcorum, usque ad Danu- 793.
bium & Bohemicos montes, ſeſe dilatavit. Potentia illa tamen invidiam demum Regum Francicorum excitavit, unde hi ſubſequis temporibus non deſtiterunt, donec Thuringos in ſuam redigerent poteſtatem. Factum hoc eſt, ùt vult Falckenſteinius *d. l.* §. 42. A. 524. ùt vult Eckhardus, poſt mortem Theoderici 852.
Gothi, Regis Italiæ (ergo poſt 30. Aug. A. 526.) & poſt aliquot

A. Chr. 534. quot annorum belligerationem A. 534. Citat ille pro ſua opinione chronicon antiquum Ducum Brunſuicenſium, hic Procopium coævum ſcriptorem, qui expreſsè tempus poſt Theodericum Gothum, & protractionem belli aſſerit. Meum non eſt decidere, potiùs tamen aſſentior Eckhardo ex Procopio, cùm conſtet, circa hæc tempora non omnibus annalibus in chronologia fidem tutò adhiberi. Ex Thuringica hiſtoria veteri, præter fata Soraborum Slavorum partis Thuringiæ antiquæ quondam incolarum, de quibus infrà, haud multum ad Slavicas origines ſuppetit; unde eam hìc uberiùs proſequi ſuperſedeo, & ad dicta jam ſuprà *capite XXVI.* me revoco: ex quibus apparet, id tantùm ad res Bohemicas facere, nihil inter Thuringos & Bohemos, quod ſtatum publicum tangeret, ſed totum inter Thuringos, Saxones, & Francos actum, & Bohemiam ex Thuringica vicinia nil inquietudinis paſſam eſſe. Vid. App. Num.

§. 18. De SAXONIBUS par illatio ad origines Slavo-Bohemicas usque ad tempora Saxonicorum Imperatorum, ſeu usque ad Henricum Aucupem facienda: & nec antè Saxones Bohemiæ vicini coluêre, nisì poſtquàm Soraborum, latus Bohemiæ ſeptentrionale obeuntium regio Saxoniæ incorporata fuit. Fata eorum usque ad Caroli M. Imperium, cui ſe ſubdere neceſſe habuerunt Saxones, recenſita ſunt compendio ſuprà *Capite XXVII.* ex quibus id pro rebus Slavo-Bohemicis uſu venit, quòd utì Slavo-Bohemi ſequioribus Francicorum jam Imperatorum, ita Saxones anterioribus Francicorum tantummodò Regum temporibus, libertatis priſtinæ tuendæ honeſto ſtudio totis viribus incubuerint.

§. 19. In tota vicinia Orientali Bohemiæ ſedebat populus cognatus Slavorum Lechitarum ſeu POLONORUM, cum quo intra tempus, cujus origines Slavicas ſcribo, nihil negotii, quod ſtatum publicum reſpiceret, interceſſit. Unde liberrimè quoque illa ex parte Respublica Slavo-Bohemica egit. Reſtant igitur SORABI ad ſeptentrionem Bohemiæ. Quousque Sorabi terras ibidem tenuerint, fidem faciunt *Scriptores rerum Luſaticarum ab Hoffmanno A. 1719. editi.* Ibi *Tomo 1. parte 1. Manlius Comment. rer. Luſ. lib. 1. cap. 30. §. 1.* hæc refert: Luticii ſupra Suevum ad Albim usque in inferiore Luſatia conſedêre. Superiorem Sorabi, antiquiſſimum Sarmatarum nomen referentes, obtinuerunt, unà cum Miſnia tota (oppreſſis in hac Hermunduris Suevica gente) & principio Saxoniæ ſuperioris ad Herciniam. Unde dictæ regiones uno nomine Sorabia appellatæ ſunt. Quicquid enim terrarum eſt ſupra Albim, usque ad montes Sudetes versùs meridiem, ab ortu verò ad caput Suevi fluminis, & ab occaſu ſecundùm Salam, usque ad hujus cum Albi confluentem, id omne Sorabi incoluerunt. Idem Manlius *lib. 2. cap. 3.* ſubjungit: Medii inter Sorabos & Venedos

Digitized by Google

A.Chr. nedos (id eſt Slavos Boreales) ad Suevum amnem fuère Luſatii. Hi tres Slavorum populi, Sorabi inquam, Venedi, & Luſatii, non contenti amplitudine occupatæ terræ, diu multúmque ex una parte Turingorum initio, deinceps Francorum, qui Turingos ſibi ſubjecerant, ex parte altera Saxonum arma exercuerunt: illorum ad Salam terras, horum ultra Albim ad Lunepurg agros, perpetuis deprædationibus infeſtando atque carpendo, adeò ut utrique ſæpe vim bellicoſiſſimarum gentium ægrè ac difficulter ſuſtinuerint & repreſſerint. Vid. App. Num.

§. 20. Sorabos etiam vocatos fuiſſe Sorbios, Serbos, Sworbios, Swerbios, Sirbios, Swirbios, *Tom. 2. Neſenus in hiſt. Luſ.* §. *13.* refert. Etymologia nominis videatur in Apparatu meo *num. 943.* Etyma Luſatiæ diverſa ex auctoribus colligit & recenſet *Tom. 2. Frencelius in Nomenclatore utriusque Luſatiæ ad vocabulum Luſatia*, ipſe autem ſententiam eam complectitur: natales voculæ Luſatiæ non alios quærendos eſſe quàm Slavicos ſive Sorabicos: ex veritate ab Aventino Luſatos vocari gentem paludibus ſeptam: communem ſententiam eſſe, ab Luzicis ſive Luſicis, vel Luzice, ſeu inferiore Luſatia, translatum ac propagatum vocabulum Luſatiæ fuiſſe in ſuperiorem regionem: obindéque ortum natúmque eſſe ex vocabulo Sorabico Luza / ſeu Bohemico Lauze / palus, lacus. *Neſenus d. Hiſt. Luſ.* §. *2.* ſic inter alia habet: alii verò Luiticios, ſive Luticios Sclavos, quorum frequens in annalibus Francorum, ac antiquis hiſtoriæ Germanicæ ſcriptoribus memoria, Luſatiæ nomen dediſſe conjiciunt. At enim Luiticiorum Sclavorum generale quoddam nomen fuit, hos quatuor complexum populos, Tholenzos, Redarios, Circipanos, & Kyzinos: id quod Helmoldo lib. 1. cap. 2. affirmanti credimus. Præterea ex eodem Helmoldo aliiſque clarum, Luiticiorum ſedes ad Occidentem declinâſſe; cùm Luſatia magis ad Orientem vergat. Reſtat igitur dicamus, Luſatiam à Luzicis, qui iidem fortè cum Lunſinzanis à Continuatore Reginonis ad A. 963. laudatis, ſive Luſicis, peculiari Sclavorum gente, nomen accepiſſe. §. 3. Ab his Luſicis ipſa, quam incoluerunt, provincia Luſici & Luſiz fuit dicta, cujus mentio fit in diplomate Ottonis I. de fundatione eccleſiæ & epiſcopatûs Miſnenſis A. 968. item in Ditmari Mersburgenſis Chron. lib. 7. & aliis junioribus. Eodem *Tom. 2. Kunſchke in diſſ. hiſt. de Luſatia Sect. 1.* §. *5.* illorum ſententiæ accedit, qui à populis Luſicis, aut Luzicis, regionem eam nomen ſuum accepiſſe dicunt; §. *3.* quoque hanc in rem affert, per hiſtorias tradi, Luiticos

A.Chr. ticos etiam in Luſatia fuiſſe, & nomen illuc ſecum intuliſ- Vid. App. Num.
ſe.

§. 21. Quo tempore Sorabi in has terras advenerint, ſcriptores rerum Luſaticarum apud dictum Hoffmannum in dubio relinquunt. *Manlius in Comment. rer. Luſ. lib. 1. cap. 28.* §. *1.* contentus eſt dicere, à Slavis occupatas eſſe terras Luſatiæ longè ante Caroli M. imperium. *Krüger Diſp. hiſt. de Serbis puncto 2.* §. *3.* omnium optimam & probabiliſſimam dicit ſententiam eorum, qui putant, circa tempora Attilæ, Vandaliâ à ſuis incolis deſertâ, Germaniâ per Hunnos vaſtatâ, & reliquis inter ſe diſſidentibus, non quidem ſimul & ſemel, ſed ſucceſſivè in Germaniam immigrâſſe. Idem §. *4.* ſubjicit: Cæterùm, quòd videntur quibusdam Serbi noſtri è Serbia Boſnenſi deſcendiſſe, indéque nomen ſuum derivâſſe, nobis luſus vocabulorum videtur. Multò minùs credimus, Sorabos omnes eſſe colonos per Czechum Ducem Bohemiæ in haſce terras introductos. In notis ibidem, ſententia Curæi in annal. Siles. affertur: à Czecho immiſſos novos colonos in illum tractum, qui eſt inter Albim atque Salam, Sorabos dictos, & alios ad mare Balthicum Windos appellatos. *Cramer Diſp. chorograph. de Luſatia.* §. *20.* Sententiæ Curæi inſiſtit, Vandalos (ita compellat Slavos) Luſatiam ſub Czecho, fratre Lechi, gentis Sclavoniæ ductore, invaſiſſe, & ſedes à Suevo fluvio ad ipſam usque ditionem Brandeburgenſem extendiſſe. *Neſenus in Hiſt. Luſat.* §. *11.* pro veroſimili habet, imperante Valentiniano III. (ab A. 425. usque 455.) immigrationis hujus initium factum eſſe. *Mirus in Orat. de reb. Luſat.* idem ſentit. *Kunſchke Diſſ. Hiſt. de Luſat. Sect. 3.* §. *4.* Slavos in Luſatiam pòſt adveniſſe exiſtimat, quàm Attila cum Hermunduris Suevos & alios Germaniæ populos ſecum in Galliam duxit, cæsúsque ab Aëtio fuit. Idem in fine ibidem addit: Verùm enim verò, quòd circa Slavorum in Germaniam adventum nihil certi auctores in medium proferre audeant, alii contrà plerumque in diverſa abeant; nullam aliam ſubeſſe cauſam exiſtimo, quàm quia Slavicæ nationis populi non una vice, ſed ſæpiùs repetitis, Germaniam inundârunt. Econtrà *Falckenſteinius in Hiſtoria Thuringica* (quam ex omnibus aliis collegit) *lib. 2. Sect. 1. cap. 5.* §. *2.* ſtatuere non dubitat: poſt cladem Hunnorum in Thuringia ad Albim per Sigeberti Regis Franciæ arma victri-
561. cia de A. 561, tractum Thuringiæ Francicæ, inter Salam & Albim, cùm incolis fermè careret, à Sigeberto Venedis Slavis, ſeu Sorabis, eo pacto, ut Francis fidi eſſent, conceſſum eſſe. §. *3.* ex Venantio Fortunato colligit, Hunnos à Thuringis & Saxonibus ad invadendam Thuringiam pellectos fuiſſe. §. *4.* dein
567. addit: invaſione per Hunnos A. 567. repetitâ, & obtentâ contra Sigebertum victoriâ, ac pace perpetuâ compoſitâ, ſimul inter partes, ùt conjecturari fas eſſet, conveniſſe, ut ratæ & fir-

Digitized by Google

A.Chr. mæ haberentur ſedes ibi terrarum per Sorabos Hunnorum ſocios Vid. App. Num. 511.
captæ. Idem planè ſentit *Eckhard de reb. Franc. Orient. lib. 8. cap. 2. & 15.* Materiam hanc tractavi *ſuprà Cap. XXIII. §. 9. & 10. & Cap. XXIV. §. 25. 26.* ubi ejus opinionis ſum, Sorabis Slavis non A. 561. ſed 567. ſedes obtigiſſe in Thuringia. Nec facilè aliud creditu eſt, illo enim anno Hunni cæſi & fugientes, hoc autem anno victores & longiusculùm in terra devicta commorantes erant, ut hoc, non illo anno, de colonia ex ſociis relinquenda cogitare potuerint.

§. 22. Sorabi hi Thuringici ſeculo ſubſequente ſeptimo jam in eas vires excreverant, ut fidelitati erga Francos hucusque conſervatæ renuntiare, in Samonis Charentanorum Slavorum Regis protectionem ſe conjicere, & unà cum Charentanis Thu-
630. ringiam reliquam Francicam ultra Salam fluvium armis laceſſere præſumerent. Tractata hæc materia eſt *ſuprà Cap. XXII. §. 21. 22.* & *Cap. XXIII. §. 11. 12. 13.* in Apparatu verò à *num. 892. usque 899.* Cauſa defectionis ea fuiſſe videtur: *Falckenſteinius in Hiſt. Thur. lib. 2. ſect. 1. cap. 9. §. 6. in nota a.* ex Aimoino & Fredegario refert, à Dagoberto Franciæ Rege devictis à ſe civitatibus Sorabicis præfectum fuiſſe quendam Dervanum, qui belliducis Francici officio functus fuerat; hunc itaque, vi imminenti reſiſtere deſperantem, ſeſe quoque Venedis, id eſt Charentanis, & Samoni, in depopulandis terris Francicis adjunxiſſe. Franci ergo, qui in receptione Soraborum in terras Thuringicas A. 567. eorum ſolo clientelari nexu, quem gentis patrii mores & genius ferebant, contenti erant, nunc Sorabos ſubjectionis lege devinctos voluêre, iis verò refragantibus civitates eorum occupavêre, & Præfectum ipſis Francicum conſtituêre: unde illi, occaſionem irruptionis Charentanorum nacti, libertatis recapeſſendæ voto tenebantur; quod & aliqua ſaltem ex parte ſucceſſiſſe videtur, ùt *Cap. XXIII. §. 13.* dictum. Hanc
cauſam defectionis ita ſe habere indigitat Fredegarius, dum Da- 892.
gobertum ad ſubjiciendos ſibi Avares ſeu Hunnos Noricos, & Sclavos ſeu Charentanos, à vicinis gentibus Auſtraſiæ, id eſt à Bojoariis jam Franciæ jugum ferentibus, impulſum eſſe dicit; unde idem conſilium adversùs Sorabos Thuringicos arctiùs ſubigendos captum eſt.

§. 23. Ex his originibus Slavorum Soraborum Thuringicorum ad origines Slavo-Bohemicas ſequentia colligenda nunc ſunt: 1mò populus Slavicus, qui primitùs inter Albim & Salam beneficio Francicorum Regum conſedit, non fuit colonia à Czecho, gentis Slavo-Bohemæ conditore, emiſſa; omnis enim traditio & hiſtoria Bohemica fidem facit, Czechum longè à monte Rzip ſedes populi ſui, utpote haud ampli, non protuliſſe, minùs ergo ultra longinquiores montes Bohemiam claudentes populum à ſe dimiſiſſe, cùm ægrè valdè Lecho fratri conſenſerit, ut partem populi in ſedes novas, quanquam Czechicis contiguas, in Kurzimenſem tractum educeret. 2dò. Nec toto temporis intervallo à Czecho usque ad Primislaum, id eſt usque ad A. 652. in mea ſententia, vel ſaltem usque ad A. 639. (*vid.*

Cap.

Digitized by Google

A.Chr. *Cap. XV. §. 28. 29.)* coloniam illam à Slavo-Bohemis exiiſſe credi poteſt, quoniam Slavo-Bohemi vaſtitatum, quas ad culturam redigerent, ſat in propinquo, id eſt in ipſa Bohemia, habebant, ut eas ultra Bohemiam quærere minimè neceſſe fuerit. Documento eſſe poteſt, quòd, referente *Hagecio Hiſt. Bob. ad A. 821.* ſub Wogeno principe adhuc, diu poſt Primislaum, circa civitatem hodiernam Caadanenſem, quæ cis montes, habitationem veterum Soraborum Thuringicorum reſpicientes, jacet, cultores defuerint, & tunc ibidem habitaculum primum exſtrui cœptum ſit. 3tiò. Sorabi Hunnorum ſocii ante A. 567. vel ſaltem ante A. 561. non inſederunt terram inter Albim & Salam, cùm tunc à Fredegario aliiſque ſcriptoribus adhuc Thuringica terra vocetur, & de Sorabis vel aliis Slavis indigenis nulla fiat mentio. 4tò. Circa id tempus autem, & non ſeriùs, Sorabi poſſeſſionem ibidem cepiſſe dicendi ſunt, cùm poſt circiter ſexaginta annos, ſcilicet A. 630. motus contra Francos & Thuringos ciere non dubitaverint, adeóque viribus ſuis jam fiderint. 5tò. Sorabi illi ex ſe quoque impleverunt terrarum partem ultra Albim in Luſatia hodierna ſuperiore, quoniam ibi, ùt teſtantur omnes ſcriptores Luſatici, idem nomen Soraborum obtinuit. 6tò. Econtrà, iisdem teſtibus, Slavi in inferiore Luſatia peculiaris populus Slavicus fuerunt, qui æquè non ex Bohemia, ſed ex terris borealioribus, &, ùt vel maximè opinari licet, Luticiorum Slavorum, immigrârunt, & poſtmodùm in unam gentem cum Sorabis Slavis coaluerunt. 7mò. Slavo-Bohemi nec A. 567. cum Hunnis & Sorabis, nec A. 630. & ſequentibus cum Slavis Charentanis & Sorabis, in invaſione terrarum Thuringicarum Francicarum, tacente omni deſuper hiſtoria, ullam partem habuerunt. 8vò. Econtrà iidem quoque ab omni infeſtatione Francorum hucusque, ùt in *Apparatu num. 900.* pluribus dictum, immunes, & ſuis montibus clauſi, ſecuri, & pacifici degebant. 9nò. Nihilominus nunc, ingruentibus circa ſe motibus vicinorum populorum, anſam abundantem nacti ſunt, à regimine primævo Optimatum, in Primatum & paulatim in Principatum, more aliarum gentium, ut quis pro neceſſitatibus improviſis rector populi cum auctoritate certiore & efficaciore eſſet, deflectendi.

Vid. App. Num.

902.

§. 24. Nunc ad SLAVO-MORAVOS redeundum eſt. Nec Bohemica, nec Moravica, nec ulla alia hiſtoria, altercationem priorem inter Bohemos & Moravos, quàm ſub Carolo M. non quidem jam Imperatore, ſed adhuc Rege Franciæ, & nominatim de A. 793. prodit. Præerat tunc Slavo-Moravis Samoslaus 972.974. Rex, Slavo-Bohemis, ùt continuato errore ab adventu Czechi ſupputat Hagecius, Mnata nepos, ſed omnino ſubſtituendus eſt 266. Krzezomislus atnepos, ſeu quintus deſcendens Przemisli ſeu Primislai, primi veri principis. Cauſa belli inter has cognatas, & à ſeculo ſexto, à quo Slavorum Limigantium Amicenſium ſeu Temeſienſium reſidua pars in terras olim Quadicas, ex tunc Moravicas, immigraverat, pacificè ſibi invicem, hinc in Moravia, illinc in Bohemia, accolentes, ſumma rerum fuit. *Capite præc. XXVIII.*

Digitized by Google

A.Chr. *XXVIII.* §. *25.* *& ſeqq.* dictum, quantum res Slavo-Moravica ſub Vid. App. Num.
744. Suatoſſio Rege per adventum & terrarum Danubianarum inundationem tertiam Hunnicorum populorum, paſſa ſit decrementum: ita ut Slavo-Moravi ex ampliſſimo Regni ambitu, intra Moraviam ſpecificam, & paucas terras, ad fluvium Hungariæ Vagum usque, coarctarentur. Immediatus ſucceſſor Suatoſſii Samomir (ùt *ibidem* §. *30.*) ditionem denuò protulit paulò ultra Vagum, & extenſionem ulteriorem, quam Hunnorum potentia non ferebat, in vicinos ex altera parte, quanquam po-
760. pulares ſuos Slavicæ ejusdem Limigantium originis, Polonos molitus eſt. Conamine hoc in irritum recidente, temperavit ſibi quidem Samomir à cupiditate Regni aliorſum dilatandi; aſt (ùt *ibidem* §. *33.*) alter ſucceſſor Samoslaus non æquè. Cal-
793. car addebat Pipinus Caroli M. filius, qui bello Hunnico totis 974.
incumbens viribus, Slavo-Bohemos, ne fors quicquam hoſtile molirentur, bello Moravico diſtinendos exiſtimabat. Immo certè aliud quid adhuc Pipinus in mente verſabat: ſubactis nempe, ùt proximè ſperabat, Hunnis & Saxonibus, Bohemorum quoque terras, ſicut & Moravicas, Francicæ adjicere ditioni, & interim in finis ejus præparationem populos hos inter ſeſe collidere, & alternas vires enervare. Bellum id Bohemo-Moravicum per incurſiones Germanicarum in finibus Moraviæ reliquiarum, ut gradus fieret, & majoris bellicæ molis anſa à Moravis prehenſaretur, cœptum, dein aperto, aſt vario, nec omnibus utriusque populi viribus fulto Marte, in ſeptennium us- 975.
que languidiùs protractum, demum verò interventu utriusque 976.
800. populi magnatum pace compoſitum eſt.

§. 25. *Capite præcedente* §. *33.* aliqua mentio facta eſt de Præfecto *Drewicenſi*, cujus ductu refert Peſſina irruiſſe Germanos Moravos A. 793. in Bohemiam: & de Duce *Dervano*, qui ductor fuit Slavorum Soraborum, dum unà cum Slavis Charentanis A. 630. invaderent Thuringiam Francicam. Dictum quoque ſuprà *hoc capite* §. *22.* ex hiſtoria Thuringica: Dervanum eum anteà functum fuiſſe Belliducis Francici officio. Lubet nunc conjecturam ſubjungere de utroque hoc nomine. Drewicenſis ille Præfectus nomen geſſiſſe videtur à loco præfecturalis tunc reſidentiæ, cui bene convenit hodierna civitas Trebicz, in Circulo Moraviæ Iglavienſi ad fluvium Jglavam, & haud procul à confiniis Circuli Znoymenſis, ſita, nomine deducto à Slavico *Drewo*, lignum, & mutatis tantùm per abuſum literis D. & W. in affines T. & B. Etymologia par Sorabico alteri Dervano Duci ab eodem *Drewo* applicari, & ſedes ea Ducalis aſſignari poſſet Gerlicium civitas ſuperioris Luſatiæ, quæ ante A. 1131. *Drewnow* vocabatur, & munitio erat; eo autem anno poſt deflagrationem à Sobieslao Duce Bohemiæ reſtaurata nomen antiquum in *Zgorzelice*, ùt Frencelius in Nomenclatore utriuſque Luſatiæ, ſeu in *Zborzelecz*, ùt Hagecius, & Beczkowsky, ſeu etiam in *izborelik*, ùt Continuator Coſmæ Pragenſis in Hiſt. Boh. habet, mutavit. Nomen hoc novum, licèt tripliciter ſecundùm diverſam dialectum Slavicam pronuntietur, idem eſt: locum exuſtum, à præ-

A.Chr. à præpoſitione Z, ex, & *boriti* antiquè vel *borziti* noviùs, ardere, ſignificat: & izhorelik propriè Slavico antiquiſſimo convenit, cùm præpoſitio Bohemica & Polonica Z. Glagoliticè per *iz* vel *is* ſcripta fuerit, & Croaticè per iz adhuc ſæpe, ubi nempe, ob concurrentes alias conſonantes, ſonus z ſono iz proximè accedit (v. g. in *iz-vuſt*, ex ore) ſcribatur & pronuntietur. Ad montana igitur Iglavienſia, & in reliquis confiniis Bohemiæ colebat A. 793. populus ex antiquis Suevicis Bohemiæ & Moraviæ incolis ſuperſtes, qui & Hermundurus cum Peſſina, vocabulo laxè pro Hermionibus Suevos comprehendentibus ſumpto, vocari poterat. Per hunc populum contra Bohemos bellum convenientiùs aperiri, Moravi cenſuiſſe videntur: quoniam ille quaſi repetitum ſedes priſtinas veniebat. Id ſanè ex Hagecio aliiſque hiſtoricis Bohemicis conſtat, Moravos in primis motibus bellicis tum à principe Kurzimenſi, tum à Pragenſi pro receſſu poſtulâſſe, ut Bohemi omnes Moravis ſe dederent. Quibus pactis autem demum, fractis jam tantiſper armis Moravicis, pax inita fuerit, ſcriptum non exſtat. Vid. App. Num. 721. m. & o.

§. 26. Abhinc non niſi triplici tempore inimicitiæ inter Bohemos & Moravos coortæ ſunt. Primò poſt modò dictam pacem ſtatus quidam particulares, qui poſſeſſiones ſuas Moraviæ vicinas habebant, nempe Proſtislaw, Czaslaw, Wozislaw, Polemil, Budhoſt, & Newrzes, Moravorum itidem particularium graſſationes & deprædationes pati nolentes, collectis armis non ſolùm manipulos eos graſſatorios partim trucidârunt, partim abegerunt: ſed et, inſequendo eosdem in Moraviam, ibidémque obvia vaſtando & deprædando, par pari retulerunt. Paravit quidem in eos poſtmodùm Hormidor Rex Moraviæ copias ducere, ſed morte ejus brevì ſecuta propoſitum id effectu caruit: ita refert *Hagecius ad A. 810. & 811.* 2dò. Sub Neclano, Bohemiæ Duce, Kraſnicus Kurzimenſis Princeps, eò quòd regimen totius Bohemiæ affectaret, bello petitus, & principatu ſuo pulſus, ad Moravos fugit, eorúmque auxilium pro recuperando principatu petiit, & obtinuit: ſed Moravis cæſis, & Krasnico ſimul interempto, inimicitiæ quoque illæ finitæ ſunt: *Hagecius ad A. 865.* 3tiò. Sub Hoſtivito, Bohemiæ Duce, Mſtibogius frater ejus, Kurzimenſis Princeps, cupiditate finium ſuorum in Moraviam proferendorum captus, bellum contra Moravos orſus eſt, & fratrem Hoſtivitum, quanquam fruſtra, ad arma conjungenda incitavit, ſed morte ſubitanea ambitionem & vitam depoſuit: *Hagecius ad A. 887. uſque 890.* Chronologia Hagecii hìc turbata eſt, & in veriore Weleslavini, Stranskii, Peſſinæ, & aliorum ſententia, quæ Hoſtivitum A. 856. fatis ceſſiſſe dicit, recenſita in hoc paragrapho ab A. 800. uſque 856. contingere debuerunt. Interim id ad origines Slavo-Bohemicas & Moravicas facit, inter populum utrumque, à pace A. 800. compoſita, non niſi leviores motus bellicos, & ad rerum ſummam non pertinentes, incidiſſe.

§. 27. Ad origines Slavicas ſpectat epilogus epochæ Hunnorum tertiæ, quoniam occaſione reliquiarum Hunnicarum, ad

 fidem

A.Chr. fidem Chriſtianam converſarum, à Moravis autem & Bohemis Vid. App. Num.
bello impetitarum, jugum Francicum tributarium utrique nationi obvenit. Cœperat ea epocha Hunnica (ùt *cap. XXVIII.* §. *25.* dictum) circa A. 744. & finiit A. 799. Sedes principales Hunnorum per Hringos ſeu Circulos, hinc & inde per regiones, in modum caſtrorum perpetuorum, foſsâ, vallo, ſepibus, aliíſque id genus defenſionibus munitos, diſponebantur, taléſque Hringi circa finem tertiæ epochæ, in terris Danubianis per Hunnos poſſeſſis, numero novem reperiebantur. 950.
De duobus Hringis, nempe propè hodiernum oppidum Zeiſelmaur in Auſtria cis, & prope Crembſium ad fluvium Kamb itidem in Auſtria 947.
trans Danubium, nec non de tertio in hodierna Hungaria ad fluvium Tibiſcum, conſtat ex hiſtoriis. 951.
De reliquorum ſitu ſpecifico nihil traditum eſt. Hunni illi tertiæ epochæ ab Hiſtoricis plerumque appellantur Avari, ſeu Avares, quod nomen reliquiis Hunnorum ex ſecunda epocha adhæſit, & à noviter A. 744. advenientibus Hunnis aſſumptum eſt. Quoad Hunni hi ſeu Avares vicinorum ſuorum Slavo-Moravorum & Charentanorum arma exercebant, potentiæ eorum nihil deceſſit. Dum
788. verò Francorum Regum ditionem Foro-Julienſem, & Bojoaricam, inſtigante quidem Thaſſilone Bojoariorum Duce, duplici exercitu laceſſerent, non tantùm repulſi tunc & victi ſunt, ſed 945.
791. & Carolus M. quamprimùm alias ob expeditiones licuit, terras Hunnorum manu forti intravit, & per plura bellorum intervalla rem Hunnorum eò redegit, ut partim in ulteriores Scythicas 946. ſeqq.
799. terras ſe reciperent, partim autem poteſtati victoris ſe committerent, ſimúlque hi Chriſtianæ religioni manus darent. 951. 948.
Hac occaſione in ſuum quoque commodum uſi Moravi populatas magna ex parte terras Hunnicas vellicare, atque priſtinam in eas dominationem proferre cœperunt, ſed ob hanc ipſam cauſam quoque jugum Francicum aliunde imminens ſibi maturârunt. 1014. 1015.

§. 28. Quo tempore jugum illud ſubierint Slavo-Moravi, in comperto non eſt, quanquam Peſſina annum 791. quo Carolus M. Hunnicum bellum cœpit, affirmare non dubitet, ùt dictum *cap. XXVIII.* §. *31. 32.* Statuendum tamen ómninò eſt, Mo-
805. ravos, ſi non citiùs, ſaltem eodem tempore cum Bohemis, id eſt A. 805. poteſtatem Caroli M. reveritos eſſe; illo enim anno Bohemi, ùt infrà dicetur, triplici exercitu Francorum territi, ſub legem tributariam conceſſerunt: adeóque Moravi vel ſpontè tunc, ne copias Francorum in ſe verterent, vel jam antè, Francorum arbitrio acquieverunt. Quin & Rex Moraviæ Mogemir, quamprimùm Moraviæ faſces poſt Hormidorem tenuit, abſque exemplo Bohemiæ, quæ diu adhuc paganiſmo adhæſit, id adjecit, ut & ipſe ſe Chriſtianæ fidei accingeret, & populo pariter Chriſtianis ſacris paulatim initiando auctorem fore polliceretur. In-
822. nuere id videntur ea, quæ Peſſina de Mogemiri itinere Francofurtenſi A. 822. & Stredovsky de literis Eugenii II. Papæ de A. 977.
826. 826. refert, nec non Salisburgenſis Hiſtoria Eccleſiaſtica confirmat. 978.

§. 29.

A.Chr. §. 29. Comperta tamen hæc Chriſtianæ fidei profeſſio de Vid. App.
Mogemiro Rege non eſt, ùt ipſius, & Brynnonis, cui, quà Du- Num.
828. ci ſubordinato, pars aliqua Regni Moraviæ gubernanda, nem-
pe circa Nitraviam & Poſonium in hodierna Hungaria, nec non, 979.
ùt vult Aventinus, circa Brunam in Moravia ipſa, à Mogemiro 993.
commiſſa erat. Brynno hic, quoad Ducatui ſuo præerat, Chri-
ſti gregi non acceſſerat, ſed Ducatu eo pulſus, & exul, Trais- 979.
mæ, id eſt in Traismaur oppido Auſtriæ ad Danubium, Baptiſ-
mum unà cum filio Hezilone, patrino Ludovico Germanico, ſu-
ſcepit, novem annis dein privatâ vitâ exactis, & defectione ad
Bulgaros arrepta, ſed brevi emendata, in Charentanis tractum
837. quendam, primùm beneficiario dein liberiore jure, regendum 980.981.
848. accepit. Cùm ergo Brynno, Moraviæ adhuc immorans, voto
tantùm, non Baptiſmo, Chriſtianus fuerit, idem & multò ma-
gìs de Mogemiro dicendum: cùm, ne Brynno, ob Chriſtiani-
tatis procul dubio ſtudium, à populo gentilitatis tenaci laribus
846. exigeretur, impedire nequiverit, & immediatè poſt mortem ejus
contra Radiſlaum nepotem, in vivis adhuc ex regione Charen-
tanorum jam Chriſtiana pro ſucceſſore accitum, tumultus à po- 986.987.
pulo gentili excitatus fuerit; ut itaque, non niſi occultè fòrs, Mo-
gemir ſacra Chriſtiana colere potuerit. Cæterùm vult Peſſi- 982.983.
na, poſt Hormidorem uſque ad Radiſlaum duos Mogemiros,
nec non Brynnonem in Moravia tota, regnâſſe; veriùs autem 985.
eſt, unicum Mogemirum faſces tenuiſſe, & Brynnonem nun-
quam vera Regia ſed Ducali tantùm poteſtate in parte Moraviæ
polluiſſe.

846. §. 30. Radiſlao Mogemiri ſucceſſori, quanquam firmita-
tem ſolii regalis Francis deberet, & illorum ope ulteriore ad po-
pulum ſuum maxima ex parte gentilem in obſequio tenendum
indigeret, non bene convenit cum Francorum nimiùm quantùm 988.989.
855. abſolutam ſubjectionem feſtinante imperio. Unde mirum non
864. eſt, ad defectionem & arma in Moravis ventum eſſe, quæ ta-
men pactis intervenientibus pauliſper iterum quievêre; gravita-
869. te autem conditionum pacis premente identidem recruduêre,
præſertim cùm libertatis pluſculùm recuperandæ ſpem tum
civilia diſſidia Stirpis Carolingicæ, tum motus ſimultanei Slavo- 990.
Bohemorum & Soraborum injicerent. Ea tempeſtate, ùt quon- 991.
dam Mogemirus Brynnonem, dein Radiſlaum, ita Radiſlaus is
liberis carens Suatoplucum ex fratre Bogiſlao nepotem ex Cha- 992. ſeqq.
rentanis accitum parti Regni Moravici præfecerat. Suatoplu-
cus hic, tametſi in Chriſtiana fide natus & educatus credi poſſit,
nihilominùs Francorum dominationi primitùs unà cum patruo
Rege ſeſe oppoſuit; mox autem, fremente licèt, & ob id quo-
870. que inſidias ſtruente patruo, nexui Francico, cum haud immo- 995.
dicè excreturum confidens, ſe dedit; patruum verò inimicè in-
ſequentem comprehendit, & Carolomanno Ludovici Germanici
filio extradidit. Fidelitatem igitur eximiam aggreſſus eſt Suato-
871. plucus; aſt dum ea ipſi privationem Regalis poteſtatis, & capti- 996. ſeqq.
vitatem, Regno verò ſuo exſpoliationem, & *provinciæ* Francicæ

condi-

Digitized by Google

A.Chr. *conditionem* pareret, vindictæ inde, & defectionis vix non perpetuò duraturæ anſa ei exſtitit. Vid. App. Num.

§. 31. His in motibus tamen nexum eum Francicum, æquis, ſibi gentique non inhonorificis conditionibus, in ſe ſuſcipere minimè adverſatus eſt Suatoplucus: quin potiùs id per interpo-
873. ſitionem Alamanni cujusdam captivi à ſe dimiſſi, Berthrammi 1001.
874. nomine, nec non brevì pòſt per legatos ſuos ad Ludovicum Germanicum miſſos, expreſsè egit. Demum quoque conventum eſt, ut Suatoplucus Regi Ludovico fidelis eſſet, cenſum per annos ſingulos (id eſt tributum, ùt jam tempore Caroli M. conventum erat) penderet, cæterà verò quietè & pacificè à Rege Ludovico viveret, id eſt, ſummam rerum apud ſuos, quæ fidelitati Regis nihil derogет, retineret. His pactis addita affinitas,
876. ductâ à Suatopluco in uxorem Adelhaidâ Ludovici Germanici 1002.
ex Carolomanno nepte, Arnulphi ſorore, quæ marito ſuo tributi nuper renovati liberationem in dotem attulit. Hunc, ſalvo tributo, liberum cæterà ſtatum Moraviæ obtinuiſſe docent
884. annales Francici, qui de termino Regni Bajowariorum 1003.
contra Maravanos, item de termino Bajowariorum, 1004.
quem fratres Vuillihalmus & Engilſcalchus ad illos, id eſt Maravanos ſeu Moravos, prætenderunt, itaque de Francia ad Moravos uſque limitata loquuntur. Mortuo jam Ludovico Germanico A. 876. Carolomanno A. 880. Ludovico 265.
Juniore A. 882. dum Arnulphus ab A. 880. Charentanorum provinciam, unà cum Pannonia, regeret, Carolus Craſſus autem à morte fratrum Carolomanni, & Ludovici Junioris, in Auſtraſiæ Regnum ſucceſſiſſet, Suatoplucus quidem Pannoniam contra fi- 1004.
lios Wilhelmi & Engelſchalki (qui Arbonem, Pannoniæ locò 1005.
patrum ſuorum legitimè præfectum, auxilio quorundam optimatum Bojoariorum, violenter deturbaverant) armata manu, ut fœderato ſibi Arboni ſuccurreret, & abſentis Regis legitimi Caroli Craſſi jura defenderet, intravit, & multis damnis affecit; aſt propterea notam infidelitatis apud Carolum Craſſum non incurrit, ſed præſtito in manus reducis Caroli vaſallagio, ſummam 1006.
rerum apud ſuos non lædente, imperturbatè adminiſtrationem
885. Regni ſui continuavit, & paulò pòſt quoque cum Arnulpho, qui dictis invaſoribus faverat, reconciliatur.

§. 32. Circa hæc tempora eximiè crevit Regnum Moravicum. Annales Fuldenſes ad A. 892. referunt: ab Arnulpho, 1007.
qui cum exercitu Moraviam populabatur, legatos ad Bulgaros (infra Pannoniam in Mœſia ſuperiori antiqua, & reliquis ſubjacentibus Danubii partibus habitantes) non terreſtri itinere (id eſt ex Moravia rectâ per Pannonias) ſed per Regnum Brazlavonis (Wratislai) per fluvium Odogra & fluentes Savi fluminis (ergo Wratislaus erat Rex in hodierna Croatia ad Savum) miſſos eſſe; unde hi legati inſidias Suatopluci per Pannoniam evitabant, & per Bojoarios in Croatiam, exinde ad Bulgaros ſub Savo degentes, iter inſtituebant, adeòque Suatoplucus, in bello contra filios Engelſchalki & Wilhelmi magnam Pannoniæ partem

Digitized by Google

A.Chr. tem ſuæ ditioni adjecerat. Porro dum Arnulphus A. 887. in Vid. App. Num.
locum depoſiti à regnis Caroli Craſſi, patrui ſui, Auſtraſiæ regnum occepiſſet, non tantùm Suatopluco poſſeſſionem Panno-
niæ confirmare neceſſe habuit, ſed & ſpontè, aſt inconſultè,
890. aliis eum titulis augere deſtinavit. Conceſſit enim ei, ùt ait Re- 1033.
gino, Ducatum Bohemenſium: id eſt, quod juris Arnulpho in Bohemiam acquiſitum erat, ceſſit impoſterùm Suatopluco Moraviæ Regi: ut itaque Bohemia à nexu erga Francicum Regnum Auſtraſiæ immediato in nexum mediatum Regis Moraviæ incideret. De hoc uberiùs agetur poſteà, dum ad Bohemiæ fata perventum fuerit. Hìc autem pro ſerie dicendorum nudum factum illud commemoràſſe ſufficiet.

892. §. 33. Vix elabentibus duobus abhinc annis cita pœnitentia Arnulphum cepit de liberalitate erga Moraviæ Regem Suatoplucum exercita. Fidem hic & omnia promiſſa fregiſſe dicitur ab annalibus, facta autem ſpecialia fœdifraga ſilentur. Ingratitudo tanta vix credi poteſt, ut Suatoplucum ſola procacitas, & arrogantia, in Arnulphum affinem, compatrem, & exi- 1007.
893. mium fautorem moverit. Ut ùt verò ſit, ad arma ventum, & 1009.
biennio inter partes pugnatum eſt, ad excidium fermè Moraviæ, cujus priſtina claritas intra poſtrèmum novennium ab A. 884.
894. effulgere cœpit, ſed nunc ſubitò iterum eclipſata eſt; brevì poſthàc etenim Suatoplucus pacem petere, tributo pendendo noviter ſe obſtringere, terras ſuas Danubio viciniores cedere, & filium ſuum Suatobogium obſidatûs pignore tradere neceſſe habuit. Pax ea in autumno A. 894. convenit, & haud multò pòſt Suatoplucus diem extremum clauſit.

§. 34. Hìc jam mentio facienda *quartæ Hunnorum* circa terras Danubianas *epochæ*, cujus generoſa propago hodierni Hungari ſunt. Advenerat populus ille, ſpecificè Hungaricus dictus, teſte Reginone ſcriptore coævo & omni fide digno, A. 889. ex 1008.
889. antiquiſſimis ſuis Scythiæ magnæ ſedibus, ùt jam ſuprà *cap. XIV.* §. *17. & cap. XXIV.* §. *1.* dictum. Sedes has patrias Aſiaticas Regino ad dictum A. 889. in Scythicis regnis & paludibus, quas Tanais ſua refuſione in immenſum porrigit, & proximus illorum temporum ſub Ottonibus Impp. ſcriptor Liuthprandus inter populos Pizenacos & Chazaros (in Colchide, Iberia, & Albania) & Ruſſios (ſupra Tanaim) collocat: ut itaque vix dubitari poſſit, eas inter Mœotidem Paludem, Caucaſios montes, Volgam, & Tanaim fluvios ſitas fuiſſe. Poſt generalem gentis Hungarorum deſcriptionem, pro circumſtantiis illorum temporum exaggeratam, Regino ſpecialem ulteriorem mentionem geſtis anni 894. & morti Suatopluci ſubjicit, quòd Un- 1009.
gari in Marahenſium regione omnia uſque ad ſolum depopulati ſint; proteſtatur enim ipſe ad A. 892. ſe poſthàc recentiora non omnia ſcripturum. Non diſſimulatè autem de factis Arnulphi 1008.
poſterior Liuthprandus, quanquam ſtylo æquè illis temporibus accommodato, ſcripſit, eumque inculpavit, Hungaros in auxilium evocàſſe, ut unicum Maravanorum Ducem debellaret. Porrò annales Francorum Fuldenſes tempus, quo primitùs Hun- 1007.

 gari

Digitized by Google

A.Chr. gari novi advenæ Arnulpho contra Moravos auxilio fuêre, teſtatum reliquerunt ad A. 892. Hinc ergo ad Slavo-Moravicas origines notandum venit : 1mò. Hungari ab adventu ſuo A. 889. uſque ad A. 892. nullibi in terris Francicis aut aliis Germanicis prodiiſſe leguntur : igitur in terris trans-Danubianis Dacicis ſe continuiſſe, & citrà nihil negotii, niſi poſtquàm acciti erant, feciſſe videntur. 2dò. Dum jam acciti Suatoplucum debellare juverant, magna ipſis portio ceſſit Regni Moravici. Vid. App. Num.

892.

§. 35. Ad epilogum Regni Moraviæ procedendo imminuit is, à quo Suatoplucus infauſtum & turbinibus variis actum regimen morte commutavit. Filios ille Regni hæredes duos reliquit, Suatobogium, qui apud Arnulphum obſes fidelitatis paternæ erat, & Mogemirum. De horum geſtis id ſolùm ad Sla-
897. vicas origines commemorandum venit, quòd Bohemis vicinis 1010.
ſuis, eodem quondam genere editis, infeſtos ſe præbuerint, &
898. tandem contra ſe invicem in civilia bella & contentionem de
899. ſumma rerum eruperint, indéque vicinis occaſionem dederint, 1011.
900. res Moravicas pro arbitrio involandi. Deſolatum hoc modo & 1012.
901. diſcerptum eſt celebre olim Regnum Moraviæ, cujus pars eximia 1013.
908. hinc Hungaris, illinc Bohemis obtigit, eorúmque fortunas auxit.

§. 36. Hucuſque de Moravia. Nunc de SORABIS quædam hìc injicienda, antequàm Bohemiæ ſtatus à Caroli M. ævo inviſatur. Contra Sorabos magnarum inimicitiarum fomes ab antiquo, ùt ſuprà dictum, Francis, Thuringis, & Saxonibus ſuppetebat ; unde Saxoniâ A. 803. & 804. (*vid. cap. XXVII. §. 27.*) plenè ſubjugatâ, è re Francica & Saxonica omnino erat, inviſos & infeſtos Sorabos, ſaltem cis-Albinos ſeu in hodierna Miſnia, quò Albis abhinc futuris fors incurſionibus limes certior fieret, in ordinem redigere. Sorabos trans-Albinos ſeu Luſatios negat *Manlius Comment. rer. Luſat. lib. 1. cap. 42.* §. 4. armis Caroli M. tentatos eſſe ; alii, ùt *in notis ibidem*, hac ſuper re diſceptant. Communem tamen ſcriptores Luſatici ab *Hoffmanno* editi complectuntur ſententiam cum *Kunſchke Diſſ. Hiſt. de Luſat. ſect. 3. §. 9.* adventum Saxonum in Luſatiam in Henrici Aucupis tempora incidere, eósque, quamvìs unà cum finitimis Francis, imperantibus Carolo M. & Ludovico Pio, multas expeditiones in Sorabos & Luſicos inſtituerent, & ſæpius ex ſententia rem gererent, firmam tamen ſtabilémque ſedem Henrici Aucupis tempore demum inveniſſe. Idem Kunſchke *ſect. 5. §. 4.* ait : fide celeberrimorum hiſtoricorum conſtat, Slavorum nomine, ſub quo etiam Venedi per Luſatiam comprehenduntur, Caroli M. tempore nihil fuiſſe illuſtrius. Hæc eadem verba habet Neſenus in Hiſt. Luſat. §. 15. & Mirus in Orat. de Luſat. Porro Kunſchke §. 7. ſubjungit : aliquoties igitur victi, animum tamen, priſtinam libertatem recuperandi, Sorabi non depoſuerunt. Cùm enim bellis inteſtinis familia Carolingica ſe ipſam conficeret, opti-

Digitized by Google

A.Chr. optimum Venedi tempus eſſe ducebant, quo in liber- Vid. App. Num.
tatem ſe vindicare poſſent. §. 8. Rebelles verò Sorabos cum reliquis Slavis ita depreſſit Henricus I. Rex Germaniæ, ut Hunnos vocare in auxilium cogerentur. Nihilominùs tamen feliciſſimis laudati Henrici armis eò redacti ſunt, ut jugo Saxonico colla devicta ſubderent. Et infrà: & quò faciliùs Venedorum machinationes reprimeret, captum Soraborum agrum in Marchias diſtinxit, iiſque Marchiones præfecit. Inter reliquos ſcriptores Rerum Luſaticarum *Krüger in Diſp. Hiſt. de Serbis puncto 6. §. 1.* hæc habet: ùt Sorabes omnis miſeriæ atque laboris patientes: ſic cujuſcunque ſervitutis impatientes cum omnibus Slavinis populis. Inde ſemper omnibus modis eò laborârunt à prima ætate, ut monarchiam, aliorúmque dominatum in ſe fugerent: contrà verò in Democratia ſive Ariſtocratia viverent. Quod hìc dicit Krügerius, longè antiquioribus jam temporibus teſtatum reliquit
Witichindus Monachus Corbejenſis Hiſt. lib. 2. de bellis Ottonis Ma- 1078.
gni contra varios Slavorum populos inter alia ſic inquiens: Illi verò (Slavi) nihilominùs bellum quàm pacem elegerunt, omnem miſeriam caræ libertati poſtponentes. Eſt námque hujuſcemodi genus hominum durum & laboris patiens, victu leviſſimo aſſuetum, & quod noſtris gravi oneri eſſe ſolet, Slavi pro quadam voluptate deducunt. Tranſeunt ſanè dies plurimi, his (Saxonibus) pro gloria, & pro magno latóque imperio, illis (Slavis) pro libertate ac ultima ſervitute variè certantibus.

§. 37. His ad illationes infrà dicendas præmiſſis, annales
805. Francici ſat certificant, A. 805. BOHEMIAM armis Caroli M. 1014.
atque triplici quidem exercitu, ex partibus Bojoaricis, Franconicis, & Saxonicis irrumpente petitam, atque hac multitudine copiarum ita exterritam eſſe, ut Bohemi in acie contra hoſtes ſtare animum deſponderint, & in intimis ſaltuum latebris refugium quæſierint. Exercitus Saxonicus, antequàm Bohemiam intraret, Soraborum Regem Samelam vicit, atque duas ejusdem civitates expugnavit. Ex Bohemis occiſus refertur Letzo, ſeu Lecho, id eſt Lech, Dux eorum. Non fuit ille Dux provinciæ, ſed belli ex magnatibus Neclani Principis adhuc impuberis: cui & alii duo viri bellicoſi Milidruhus & Styrus in rebus bellicis gerendis aſſiſtebant; nec hiſtoriæ Bohemicæ ullum noverunt Lechum Bohemiæ verum principem. Hiſtoria Soraborum, ùt ex *Miri Oratione de Luſatia apud Hoffmannum Tom. 2. p. 283.* videre eſt, etiam Ducem Bohemiæ Neclanum, ejusdem autem fidiſſimum & peritiſſimum belliducem Lechum aſſeverat, qui à Neclano ditionem ad Sprevum fluvium, ubi nunc Budiſſinenſis ager,

 bene-

A.Chr. beneficiario jure poſſidendam acceperit, & filiam Suatanam Vid. App. Witikindo Saxonum Duci in matrimonium collocaverit. Cauſa belli in Bohemos à Reginone & annalibus Laureshamenſibus 1015. affertur, quòd Slavi, & nominetenus quoque Bohemi, Avaros (nuper tunc Chriſtianos factos) in ſedibus ſuis (in Auſtria hodierna cis- & trans-Danubiana) infeſtaverint. Hos à Francica evaſtatione ab A. 791. uſque 799. reſiduos, & ditioni Francicæ adjectos Hunnos à Moravorum & Bohemorum (à quo pacem inter ſe A. 800. inierant) vi defenſare, tum Imperii Francici honor, tùm pietas erga religionem ſuadebat. Non minor autem cauſa belli alio ex latere Francorum, Saxoniæ nempe, aderat; Francorum enim & Saxonum res exigebat, Sorabos nimiùm vicinos & immixtos, nec non ab antiquitùs inquietos compeſcere: his verò Bohemi, quò terga à ſerpente ultra Sudetos montes potentia Francorum tutiora forent, auxilio non deeſſe cenſuerunt; unde & eadem expeditione Francica in Sorabos & Bohemos itum eſt. Repetitum hoc quoque anno ſequenti: Caro-
806. lus enim junior, Caroli M. filius, qui priore anno triplici exer- 1017.
citui in Bohemiam, inter Moldavam & Egram fluvios, teſtibus annalibus Francicis, deducto præerat, nunc exercitum in Sorabos duxit, alia autem manus ex Bojoariis in partem Bohemiæ miſſa eſt. Utrinque, tam in Sorabia, quàm in Bohemia alibi loci ac priùs, & quidem in Sorabia trans-Albina ſeu Luſatia, in Bohemia verò in parte orientaliori trans Moldavam, quorſum elapſo anno penetratum non fuerat, actum fuiſſe videtur. Colligendum id ex annalibus Francicis Moiſſiacenſibus, qui priore anno Regem Soraborum Samelam in ſitu circa Weiſſenfelſam, itaque cis Albim victum, & obſidibus filiis datis pacifica- 1014.
tum, ſequente verò alium Soraborum Regem Miſitonem, igitur 1017.
trans Albim, occiſum produnt: & cùm Carolus junior, victoriâ contra Miſitonem potitus, cum exercitu *regreſſus*, non verò Bohemiam, Bojoariis ibidem conjungendus, ingreſſus dicatur, pars Bohemiæ ſuperiore anno devicta, Sorabis vicina, ſinè motibus degiſſe, & novo jugo acquieviſſe dicenda eſt.

§. 38. Mortuo Carolo Magno, ſub Imperio Ludovici Pii, 1018.
816. annales Francici motus tantùm Soraborum ad A. 816. nullos verò nec nunc nec ſequioribus annis ex parte Bohemorum produnt; memorabilia autem alia hoc ſub tempore occurrunt:
817. 1mò A. 817. Ludovicus Pius diviſionem regnorum inter filios fecit, in eáque Ludovico filio, qui Germanicus dictus, Bojoariam, Behemios, Carentanos, Avares, atque Slavos, qui à parte orientali Bajoariæ ſunt, igitur & Moraviam
822. & Bohemiam conceſſit. 2dò A. 822. Ludovicus Pius in Fran- 1019.
conofurt Conventum generalem habuit, & ad hunc ex regnis ſuis optimates convocari juſſit; præter hos autem comparuerunt ibidem legati varii, Slavorum imprimìs Abotritorum, Soraborum, Vilſorum, *Behemannorum*, *Maruanorum*, Predenecentorum, nec non *Avarum* in Pannonia reſidentium, & demum Nordmannorum, id eſt Danorum. 3tiò. Poſt diviſionem

regno-

Digitized by Google

A.Chr. regnorum de A. 817. Ludovico Pio ex altera uxore Juditha, A. Vid. App. Num.
819. ducta, natus eſt A. 823. filius Carolus, qui Calvus dictus;
829. hunc poſteà vix ſexennem inſtigatu Judithæ A. 829. Regem declaravit, eíque regnum in terra Alamannica & Rhætica, & parte Burgundiæ aſſignavit, indignantibus, ac propterea, nec non alias ob cauſas rebellantibus reliquis filiis natu majoribus, quibus portio hæreditaria minuebatur. Unde ab hoc tempore inquietum & diſſidiis ſciſſum fuit Imperium Francicum, & populis aliis devictis majoris libertatis occaſio dabatur. Latè hæc tractat & ex omnibus annalibus Francicis colligit *Eckbardus de reb.*
839. *Franc. Orient. lib. 28.* 4tò A. 839. mortuus eſt Neclanus Dux Bohemiæ, eíque ſucceſſit filius Hoſtivitus. Hiſtoria Bohemica fidem facit, Hoſtivitum ex Bohemiæ Ducibus primum fuiſſe, qui fœdus novum & æquum cum Imperatore Ludovico Pio, paulò pòſt mortuo, percuſſerit, & imperii ſocius factus ſit, id eſt, ſummam rerum apud ſuos ſibi confirmari fecerit. Anno eo 839. Ludovicus Pius, ùt annales Fuldenſes referunt, menſe Januario Rhenum tranſiit; ad initium Quadrageſimæ in Franconofurt: ad Paſcha in Alamannia: poſt Paſcha menſe Majo Wormatiæ: & à menſe Julio in Aquitania commoratus eſt. Dum Wormatiæ eſſet, Hlutario filio ſuo (inquiunt annales) de Italia in fidem ejus venienti reconciliatur, regnúmque Francorum inter eum & Carlum filium ſuum minimum dividit: Hlutario quidem, qui natu major erat, nominis ſui dignitatem & ſedem regni tribuens, Hludovvico verò filio ſuo minori, pro eo, quòd eum offenderat, Bajoariorum provincia tantùm conceſſa. Ad
840. A. 840. pergunt annales Fuldenſes: Hludovicus filius Imperatoris, partem regni trans Rhenum, quaſi jure ſibi debitam affectans, per Alamanniam facto itinere, venit ad Franconofurt, multorum ad ſe orientalium Francorum animis prudenti conſilio converſis. Quo comperto Imperator de Aquitania infecto negotio redire compulſus, &c. in Aquisgrani Paſcha celebravit. &c. Poſt Paſcha autem Imperator collecto exercitu filium per Thuringiam usq; ad terminos Barbarorum perſequitur, excluſúmque à finibus Regni per Sclavorum terram cum magno labore Bajoariam redire compellit. Ipſe verò rebus in partibus illis ordinatis, ad Saltz villam Regiam (Palatium Salæ Franconico adſitum, ita Eckhard lib. 29. cap. 93.) reverſus, dies letaniarum, & aſcenſionis Domini ſolemnia celebravit. &c. Imperator verò Illis diebus morbo correptus ægrotare cœpit, & per Mœnum fluvium navigio ad Franconofurt, inde poſt dies paucos in Inſulam quandam Rheni fluminis prope

Digitized by Google

A.Chr. Ingilenheim delatus, morbo invaleſcente XII. Cal. Jul. Vid. App. Num.
diem ultimum clauſit. 5tò. Mortuo Ludovico Pio Franci 1020.
Lotharium locò patris ſuper ſe regnaturum ſuſcipiunt. Cui autem non conſentientes reliqui fratres Ludovicus Germanicus, & Carolus, contra Lotharium inſurgere parant. Lotharius initis cum Ludovico induciis contra Carolum in Galliam movet. Ludovicus, ut de terris Germanicis ſecurior eſſet, Orientales Francos, Alamannos, Saxones, Thuringos, ſibi fidelitatis juramento confirmat. De Bojoariis non fit mentio, eò quòd illi dudum, patris & fratrum voluntate, ad eum pertinerent. 6tò.
841. Abhinc cœpit graviſſimum bellum civile inter fratres hos, per 1021.
quod vires Francici Imperii penè exhauſtæ ſunt. 7mò. Pax tan- 1022.
843. dem & diviſio Regnorum in tres partes inter tres fratres convenit: Ludovicus citra Rhenum omnia accepit, indéque Germanicus dictus eſt. 8vò. Bellum hoc civile & ſciſſio Imperii Francici nationibus exteris per Francos antehàc devictis occaſionem majoris libertatis capeſſendæ adauxerunt.

§. 39. Hìc jam videndum eſt, quo loco RES BOHEMORUM SUB CAROLO M. ab A. 805. & ſub LUDOVICO PIO fuerint? Populi Germanici à Francis devicti in provincias Francicas redigebantur. A. 740. (ùt *cap. XXVI. §. 16.*) magna Thuringiæ pars, ab inde nova Francia & Franconia dicta, Regno Francico incorporabatur. A. 788. (ùt *cap. XXV. §. 18.*) Bojoaria Thaſſilone Duce depoſito, Comitibus impoſterùm regenda tradebatur. A. 803. (ùt *cap. XXVII. §. 27.*) Saxonia amiſſo jure propriorum Principum, Magiſtratuum, Legum, Judiciorum, conventuum, in unum idémque corpus cum Francia jungebatur. Nihil tale Slavicis populis per Francos devictis evenit: ſed, ùt natione & linguâ ſejuncti, ita & ſuorum jurium compotes manſerunt, & non obſtante nexu fidelitatis erga Imperium Francicum, & tributi quotannis pendendi, ſummam rerum apud ſuos retinuerunt. Factum hoc ſimiliter cum Hunnis ſeu Avari- 1014.
bus, Auſtriæ & partis Pannoniæ ſub Carolo M. incolis, ùt expreſsè teſtantur annales Francici. Hunc ſolum nexum agnoſcunt hiſtoriæ Bohemicæ, *Coſmas* enim ſcriptor ſeculi XII. inchoantis *Lib. 2. Chron. Boh. ad A. 1040.* Legatos Brzetislai I. Ducis Bohemiæ ad Henricum III. Imp. miſſos ſic loquentes inducit. Semper ſalvò tenore veſtræ legis fuimus, & hodie ſumus ſub imperio Caroli Regis: & ejus ſucceſſoribus noſtra gens nunquam extitit rebellis: & tibi in omnibus bellis manſit & ſemper manebit fidelis, ſi juſtitiam tantùm nobis facere velis. Talem nobis legem inſtituit Pipinus Magni Caroli Regis filius, ut annuatim Imperatorum ſucceſſoribus CXX. boves electos, & D. Marcas ſolvamus. Marcam noſtræ monetæ CC. nummos dicimus. Hoc teſtatur noſtratum ætas in ætate: hoc omni annò ſinè refragatione tibi ſolvimus, & tuis ſucceſſoribus ſol-

vere

Digitized by Google

A. Chr. vere volumus. At ſi aliquo præter ſolitum legis jugo nos aggravare volueris, mori potiùs prompti ſumus, quàm inſuetum ferre onus. En genium & indolem nationis, quæ perire maluit, quàm ſub legibus alienis vivere, tributum autem, & fidelitatem generalem, ceu libertati haud officientia, non averſata eſt. Pipinum Coſmas nominat, qui legem tributi Bohemis dederit, quanquam ex annalibus Francicis conſtet, non Pipinum, ſed fratrem ejus Carolum juniorem expeditioni in Bohemiam de A. 805. præfuiſſe. Errorem tamen in nomine non crediderim: ut dicendum potiùs ſit, Bohemos ad Pipinum tanquam mediatorem apud patrem pro pace concilianda recurriſſe, ejúsque officiis eandem obtinuiſſe. Carolus Magnus A. 806. poſt jam devictos Bohemos, in charta diviſionis Imperii Francorum, pro pace inter filios conſervanda, apud *Eckhardum de reb. Franc. Orient. Lib. 27. cap. 34.* inter alia ait. Quicquid autem de Regno noſtro extra hos terminos fuerit, id eſt Franciam, & Burgundiam, excepta illa parte, quam Ludovico dedimus: atque Alamanniam, excepta portione, quam Pippino adſcripſimus: Auſtriam, Nuiſtriam, Turingiam, Saxoniam, Friſiam, & partem Bajoariæ, quæ dicitur Nortgovv, dilecto filio noſtro Carolo conceſſimus. Nihil hìc dicit Carolus M. de Sorabia, Bohemia, Moravia, Avaria: utpote quæ terræ, tributariæ tantùm, & extra corpus Imperii Francici conſtitutæ, eum ob finem armis domitæ, & nexu fidelitatis generali obſtrictæ erant, ut tuti ab invaſionibus eſſent limites Imperii Francici. Hinc quoque Carolus M. libenter quidem Chagani Avarum converſionem ad fidem Chriſtianam ſuſcepit, ſed Slavos Moravos, Bohemos, & Sorabos, in gentilitate perſeverantes, ad fidem recipiendam, ùt Saxones, quos corpori Francico uniendos volebat, haud adegit: quin potiùs Moravi longo adhuc, Bohemi verò & Sorabi longiſſimo tempore, ritibus paganicis innexi relinquebantur: quod factum certè non fuiſſet, ſi eos quoque Carolus M. corpori Francico deſtinâſſet. Ludovicus Pius, ùt §. *præced.* allatum, A. 822. ad Conventum Francofurtenſem *Optimates ex regnis ſuis* convocari juſſit; inter hos minimè repe- riebantur Bohemi, ſed horum, utì & aliorum Slavorum, nec non Avarum, & Danorum, quà *exterorum* & ad corpus Francicum non pertinentium populorum *legati* ad tributa offerenda & fœdera renovanda admiſſi ſunt. Sub eodem Ludovico Pio ad A. 840. annales Francici *terminos Barbarorum ad Thuringiam* exiſtere, & *à finibus Regni* Francici Sclavorum terram incipere, ergo Bohemiam extra corpus Francicum eſſe aſſeverant. Nihil his obſtat: ad A. 817. in diviſione regnorum per Ludovicum Pium facta, comprehendi Behemios, Avares, & Slavos, qui à parte orientali Bajoariæ ſunt, id eſt, Moravos; quemadmodùm enim Avares certò ſummam rerum ſibi reſervatam habebant, & Moravi eandem acriter (ùt *ſuprà* §. 30. *& ſeqq.*) ſibi vin-

Vid. App. Num.

A.Chr. vindicabant, ita Bohemis nihil præjudicii generavit, quòd ſolius tributi nomine diviſioni ei inſerti fuerint. Vid. App. Num.

§. 40. Ut autem Bohemis ſumma rerum intacta maneret, facilè ſuadere poterat tum Slavici generis, ſermonis, cultûs, & morum diſparitas, econtrà libertatis nulli genti inferior & omnium periculorum contemptrix æmulatio, tum quoque apud Carolum M. fracta jam tot laboribus & bellis ætas, apud Ludovicum Pium verò, ejúsque liberos, perpetua ferè diſcordia domeſtica, quæ animum ad plures populos Imperio Francico arctiùs illigandos haud adjicere poterat. Hinc etiam colligendum, veraciter referri à Bohemica hiſtoria, quòd Ludovicus Pius, anno emortuali ſuo, fœdus æquum cum Hoſtivito novo Duce Bohemiæ percuſſerit, per quod absque dubio ſummam rerum Hoſtivito apud ſuos, ſalvo tantùm tributi annui onere, confirmavit: ut de cætero ille reverentiam erga Francorum Imperium, & quietem aleret, ac ingruente neceſſitate auxiliator contra hoſtes Francorum exiſteret. Opportunitas ad hoc fœdus ineun-
840. dum aderat maxima: offenſam patris Ludovici Pii incurrerat filius Ludovicus Germanicus, eò quòd hic ditionem ſuam vivente & invito patre extendere voluerit. Pater ipſum armis per Thuringiam usque ad *fines Francicos*, & *terminos Barbarorum*, id eſt Bohemiam perſequebatur, & *per* hanc *regionem* in Bojoariam ſuam ſeſe recipere cogebat: dein ad Palatium ſuum in Franconia hodierna ad Salam fluvium ſe conferebat. Hoſtivitus, nuper tunc, poſt mortem patris Neclani, Bohemiæ Principatum adeptus, qui Ludovicum Germanicum per Bohemiam fugere viderat, & horum motuum particeps eſſe nolebat, omni ratione induci poterat, ut Ludovicum Pium haud longè à Bohemia commorantem inviſeret, & ſtudia ſua pacis colendæ offerret; unde & gratanter ſuſceptus, & condigno fœdere ſancito amicè dimiſſus eſt. Ludovicus ipſe Germanicus, dum mortuo patre partes ſuas contra fratres fulcire nitebatur, præter Bojoarios, quos ùt patrimonium à patre conceſſum dudum poſſidebat, & fidos ſibi noſcebat, Orientales Francos, Alamannos, Saxones, Thuringos, non verò Sorabos, Bohemos, Moravos, & Avares, ſibi fidelitatis juramento confirmavit. Plura talia extraneitatis & regiminis ſeparati indicia in ſubſequis Carolingicorum geſtis occurrunt.

§. 41. Ipſam cenſûs annui aut tributi penſitationem minimè parere incorporationem vel ſubditelam, docent exempla illuſtrium quarumvis orbis gentium. Macedones & Illyrii, an- 1076.
tequam ob perpetuos motus in provinciam veram Romanam redigerentur, victi ſæpius, triumphati, tributo addicti ſunt: liberi tamen, ſub ſuis legibus & magiſtratibus, manſerunt. Gal- 1077.
li & Britanni æquè primitùs ſub tributo liberi, dein provinciæ Romanæ fuerunt. Thuringia ſeculo ſexto libertatem annuo 1078.
quingentorum porcorum tributo redemit: & demum ſeriùs ſub jugum proprium Francorum cecidit. Saxonia, ùt Saxones ſcriptores omnes tuentur, non niſi ſub Carolo M. in deditionem omnimodam venit: anteà verò tributum quingentorum boum;

dein

A.Chr. dein trecentorum equorum ferre ſalva libertate non recuſavit. Vid. App.
Ipſa Carolingica Stirps Galliæ dominatrix, quæ juga aliis gen- Num.
tibus imponere aſſueverat; ſeculo nono Normannis ſeu Danis 1079.
tributaria fieri non dedignata eſt. Romanum Imperium, quo 1077.
nihil unquam Auguſtius, Gothis, Hunnis, Perſis, Bulgaris, & 1078.
poſtremum ſeculo decimo Hungaris, tributum ſpondere & pen- 1080.
derę neceſſe habuit: aſt propterea gentibus illis lege ſubje-
ctionis non ſerviit. *Tacitus* jam pridem agnovit, tributa non 1077.
unionem imperii ſed extraneitatem ſapere. *Hugo Grotius* quo- 1080.
que ſummum imperium penſitatione certi cujuſdam annui haud
imminui ſenſit.

§. 42. Proſequendo ulteriorem BOHEMICARUM RERUM SERIEM SUB STIRPE CAROLINGICA, dictum jam eſt in Apparatu, ab A. 840. quo Bohemiæ Dux univerſalis Hoſtivitus
cum Ludovico Pio, paulò ante hujus mortem, fœdus æquum 1032.
inierat, in nullis Francicis annalibus quidquam memoriæ proditum eſſe, unde conſtaret, dictum Ducem univerſalem Hoſtivitum, & eo mortuo, filium & ſucceſſorem Borzivogium, hoſtilibus illis Bohemorum ſpecialium principum, aut Toparcharum, incurſionibus in terras Francicas implicitos aut conſentientes fuiſſe. Teſtem nunc (præter *Coſmam*, ſuprà §. 39. citatum) ad-
voco impartialem, coævum, & omni fide dignum, *Reginonem Ab-* 1033.
batem, qui in A. 890. affirmare non dubitat, *Bohemenſes*, qui hactenus principem ſuæ cognationis ac gentis ſuper ſe habuerint, Francorum Regibus fidelitatem promiſſam inviolato fœdere conſervâſſe. Fidelitatem Regino hìc ipſe per adjecta explicat, & eam, quæ *fœderi* congrua eſt, non autem, quæ ex ſubjectionis nexu procederet, intelligit. Omnia igitur, quæ annales Francici de invaſionibus & perfidia Bohemorum memorant, particularium territoriorum ſub-Regulis & Toparchis auctoribus adſcribenda ſunt.

§. 43. Ad hanc illationem ſolidandam neceſſe eſt, ſtatum Bohemiæ interiorem pro illis temporibus, in quantum hiſtoria domeſtica antiqua, mutila licèt & nimiùm incuria, ſuppetit, penitiùs perveſtigare. Hac in re tria potiſſimùm conſideranda veniunt: 1mò. Deſcendentes ſororum Libuſſæ, quæ familiæ principalis Przemisleæ mater & origo fuit. 2dò. Collaterales familiæ hujus Przemisleæ. 3tiò. Optimatum aliorum in genere ordo, & inveterata arrogantia, res familiæ, cui prælatus quiſque, ad modum ſuum gubernandi. Deſcendentes ſororum Libuſſæ *Weleslavinus in Genealog. Princ. Boh.* ex vetuſtis traditionibus per aliquot tantùm generationes memoriæ poſterorum repræſentavit. Primogeniti Kaſſæ Rodislai filius Rodovius, ſecundogeniti Proſtolai filius Chleboslaus, & nepotes Zbraslaus & Rod, noſcuntur in hiſtoriis: reliquæ generationes verò in cineres oblivionis abierunt. Filia Kaſſæ Biela nepotem hiſtoriis cognitum tertiogenitum Sudipravum, pronepotem Hrutam, abnepotem Sukoslaum, & Atnepotem Mileſſium, qui unà cum patre Sukoslao bellum utrique infelix contra Borzivogium geſſit, nec non Stuymirum ſeu Stroymirum, Anti-Principem Bor-

Digitized by Google

A.Chr. zivogii, incertum quo gradu generationis, edidit. De ſemine autem primogeniti ex Biela nepotis Chtibohi, & ſecundogeniti Lidomiri, quoniam paribus facinoribus caruerunt, ſiletur. Tetkæ, alterius ſororis Libuſſæ, unica tantummodò generatio in filio Hes ab inventione ferri minerorum poſteritati commendata eſt: reliqua propago ſilentio communi acceſſit. Non dubitandum autem, ſemen Croci, æquè in poſteris Kaſſæ & Tetkæ, ac Libuſſæ, longè ultrà, quàm hiſtoriæ ex ſolis peculiaribus geſtis recordantur, duràſſe, & ſingularem ſibi inter reliquos optimates præeminentiam vindicàſſe. Illud ad præſentem materiam ſufficiet, conſtare, Toparchas Bilinenſes, & Mileſſovienſes, Sukoslaum, Mileſſium, Stuymirum, auſos eſſe, familiæ principali ſeſe opponere, & regimen ejus involare: ut ſat ſupérque credatur, hos & alios, Croci ſanguine tumidos, de omnibus geſtis ſuis, & præprimìs de vindicandis vicinorum Germanorum injuriis, aut etiam, ſi luberet, de teſtificanda (ùt illi genio ſuo abundantes credebant) heroica & Croci ſanguini digna indole in incurſoriis viciniarum, quoquo prætextu excuſandis exercitationibus, rationem familiæ principali, Regentíque ejus, reddere, haud neceſſe exiſtimàſſe: ſed pro ſuo arbitrio plerumque, donec impunè liceret, verſatos eſſe. Ad hanc deſcendentiam Croci & ſororum Libuſſæ retulerim ſuperbiam Krasnici, Kurzimenſis quondam Reguli, præter familiam principalem, attamen, ùt ipſe apud Regem Moraviæ gloriatus eſt, illuſtriori cæteris proſapia orti: quem Hagecius ad A. 859. & ex eo alii, non altiùs niſi à patre Doliſone repetere ſciverunt, & ejus temeritatis arguunt, ut verum Pragenſem Principem principatu exuere, ſéque in dominatum univerſalem evehere anniteretur; cùm autem id malè & in privationem priſtinæ poſſeſſionis cederet, Regi Moraviæ ſe ſubdere, ejúſque arma in populares ſuos provocare, vano licèt eventu, haud ambigeret. Vid. App. Num.

§. 44. Collaterales familiæ principalis Przemisleæ certiorem in hiſtoriis Bohemicis locum invenerunt. Ex iis ad epocham, de qua mihi modò agitur, Carolingicorum Imperatorum, duæ lineæ commemorandæ veniunt: 1mò. Vnislao, quinto poſt Przemislum Duci, frater fuit Wratislaus, princeps Lucenſis ſeu Satecenſis: cui in principatu filius ſucceſſit Wlaſtislaus, qui Neclano legitimo Principi ex una, ſicut antè dictus Krasnicus Kurzimenſis ex altera parte, de principatū univerſali litem movit; ſed armis per Styrum Neclani Belliducem oppoſitis oppreſſus eſt. 2dò. Ut Principibus Pragenſibus nunquam deeſſent æmuli, Neclanus, præter Hoſtivitum legitimum ſucceſſorem, progenuerat Mſtibogium, qui poſt mortem patris Kurzimenſem principatum adeptus arma primitùs fratri de ſumma rerum: iis autem haud ad opinionem cedentibus, Moravis vicinis, ſuis ſolis auſpiciis, ad ſuum interitum, & reprobante conſilium Hoſtivito fratre, intulit. Incidenter hìc notandum: ab Hagecio, ex abbreviationis epocharum Bohemicarum ob ſuppoſitum adventûs Czechi nimis ſerum ſtudio, Mſtibogii filium, quem Weleslavinus Radslaum & Celidruhum nominat, cum Drslao, qui contra S.

Wen-

Digitized by Google

A.Chr. Wenceslaum in pugna ſtetit, in unum idémque individuum compingi: magna ſat credulitate, nepotem Neclani Drslaum, cum abnepote S. Wenceslao in Campo Martio concurriſſe. Intermedium itaque Radslaum inter Mſtibogium & Drslaum æquè Hagecius hìc in linea collaterali, ac alibi in linea principali Vnislaum inter Wogenum & Krzezomislum, eraſit. Vid. App. Num.

§. 45. Ad Optimatum ordinem monuiſſe interim ſatis erit, quod *ſuprà* §. 26. dictum eſt: optimates tales ſex, Moraviæ vicinos, ſuis itidem auſpiciis, contra Moravos, æquè particulares, bellum cœptâſſe: cui auctor Princeps nullatenus, & ex neutra parte, præſumi poteſt; quoniam pax generalis inter utramque gentem, paulò antè convenerat, obviis quibuslibet & aliter tollendis de cauſis haud temerè infringenda. Unde etiam motus hi, ùt privatim cœpêre, ita & privatis utrinque damnis conquievêre, atque eapropter gens genti aperto bello inimica facta non eſt. Docet autem exemplum hoc, ſi poſthàc in annalibus Francicis arma Bohemorum audiantur, id nec pro inſolito quoquam, nec pro facinore totius gentis, ſed liberiorum potiùs optimatum, aut tandem principum ſimul Satecenſium particularium, reputandum eſſe; his enim interclusi & abſciſſi quaſi à Francicis terris erant Principes legitimi, titulo & jure univerſales, re ipſa verò non niſi Pragenſes ſeu Wiſſehradenſes, quibus ad tempora uſque Imperatorum Saxonicorum Lucenſes ſeu Satecenſes ſub-Reguli perpetuò obnitebantur.

§. 46. Ad narrata ipſa annalium Francicorum nunc pro-
846. grediendo: A. 846. Ludovicus Germanicus ab expeditione in 987.1023.
Moravos reverſus dicitur ab annalibus Bertinianis ob inteſtina bella cum fratribus, & ob hoſtium victoriam. Ultimum hoc explicant annales Fuldenſes, quòd per Bohemannos cum magna difficultate & grandi damno exercitûs ſui reverſus ſit. Hoc in regreſſu, ex Moravia per Bohemiam in Franciam, permeari tantùm poterat pars auſtralior Bohemiæ, unde & ibi, abſque ſcitu Principis Wiſſehradenſis, per tumultuariè collectam optimatum manum exercitus Ludovici damnum paſſus eſt. Expeditio, cujus annales Bertiniani ad A. 847. & Fuldenſes ad A. 1024.
848. 848. contra Bohemos meminerunt, una eadémque, anno tantùm tranſpoſito, contra Bohemos auſtraliores fuiſſe videtur;
849. ſubſequens verò de A. 849. certò de iiſdem intelligenda eſt, quoniam ei expeditioni *Hernuſtus partium illarum Dux* præfuiſſe dicitur, is autem, ùt docet *Eckhardus de Reb. Franc. Orient. lib. 30. cap. 69.* Marchio limitis Auſtriaci erat. Notandùm hìc: 1mò. A. 848. Bohemi pacis gratiâ legatos mittere, & obſides dare coacti: legati quoque illi ſimul cum aliis legatis fratrum Ludovici & Nordmannorum admiſſi, & abſoluti ſunt; quod certè incorporationem Bohemiæ ad Francicum Regnum minimè ſapit. 2dò. A. 849. Bohemi per legatos, non ad Erneſtum primarium Francorum Ducem, ſed ad Tachulphum Sorabici limitis (id eſt Thuringiæ, Eckhard. ibid.) Ducem, tanquam ſcientem leges & conſuetudines Slavicas, directos, promittunt, ſe ob-

A. Chr. obſides daturos, & imperata (quæ ſcilicet cum legibus & con- Vid. App. Num.
ſuetudinibus Slavicis, ſeu ſalva cæterùm libertate ſubſiſtere
poſſent) facturos. 3tiò. dum reliqui optimates Francici arbi-
trium pacis Tachulfo inviderent, & rupto pacis negotio in Bo-
hemos incompoſitè ruerent, aſt cæderentur, ipſi Franci à cla-
de reſidui pro ſecuro regreſſu ad ſua obſides Bohemis victoribus
dare neceſſe habuerunt.

851. §. 47. Sorabi in Thuringia A. 851. magis fame quàm ferro 1025.
856. perdomiti, & qui ex iis Dalmatæ vocabantur, A. 856. tributarii
(quod intelligendum, iteratò) facti ſunt; ergo nihil miri, quòd
Bohemorum pars æquè circa hæc tempora tributario nexui re-
fragata, & in omnimodam libertatem ſe reaſſerere conata ſit.
Dicuntur autem tunc nonnulli ex eorum Ducibus in deditionem,
id eſt in tributi nexum, veniſſe, & quidem illi, quos Ludovi-
cus Germanicus ex Thuringia in Bojoariam tranſibat, itaque
Bohemi occidentaliores in principatu Satecenſi. Ex verbis: *non-
nullos ex eorum Ducibus*, apparet, Francis tot pro Ducibus Bohe-
miæ habitos fuiſſe, quot optimates in fronte collectæ ex ſua tri-
bu manûs, ùt Woywodæ ſeu Ductores, pugnæ ſe offerebant.
Interpretatio hæc neceſſariò fluit ex narratis annalium Fulden-
ſium ad A. 845. ubi quatuordecim ex Ducibus Boeman- 986.
norum cum hominibus ſuis Chriſtianam religionem de-
ſiderantes ſuſceptos & baptizatos eſſe refertur: qui itaque
ne optimatum quidem, ſeu primorum ex qualibet familia aut
tribu ſpeciale, ſed procerum ſeu ſtatuum nomen commune po-
857. tiùs merebantur. Porro geſta Anni 857. ſat commonſtrant, ubi
locorum in Bohemia hucuſque Francis actum fuerit: nempe in
ea parte, ubi civitas *Scalalugati*, ſeu, ùt aliter editur, *Sclavitago-* 1026.
nis, id eſt vel Slawnici, vel Slawatæ, in principatu Satecenſi,
reperiebatur; hæc civitas à multis annis rebellis dicitur, ergo
ei, & viciniæ, non verò Pragenſi principatui, cui nullum ex pro-
ditis Ducibus nomen convenit, motus hi, & anteriores, deben-
tur: neque etiam libero ſtatui Pragenſis principatûs ullatenus
offecit, quòd Ludovicus Germanicus profugum in Moraviam
fratrem Sclavitagonis, principatu Satecenſi, titulo tenus, non re,
858. inveſtierit: cùm ſequenti anno nec Sorabi, minùs itaque Bohe- 1027.
mi, à motibus abſtinuerint.

869. §. 48. Geſta anni 869. docent, Behemos, qui *terminos Ba-* 1027.
joariorum crebris incurſionibus infeſtâſſe dicuntur, intelligi Bojo-
ariæ ad Moldavam ſuperiorem, nec non Moraviæ vicinos. Alii
quoque Bohemi Thuringis vicini, ergo circa principatum Sate-
cenſem ſedentes, Thuringiam invaſerunt, dein verò dextras ſibi
871. à Carolomanno dari petunt & accipiunt. A. 871. iterum de 1028.
Bohemis, qui irruptionem in Bojoariam moliebantur, ergo de
872. vicinis huic provinciæ, agitur. A. 872. ex his in fugam per Fran-
cos acti referuntur Duces quinque, quorum nomina non niſi
particularibus optimatibus, & ùt Peſſina interpretatur, Suento- 1029.
ſlao Bilinenſi, Witoslao Cadanenſi, Hermanno cuidam Thurin-
go, Spitimiro Werſchowitzenſi, & Mſtislao Kadanenſi, conve-
niunt.

§. 49.

Digitized by Google

A.Chr. §. 49. Reliqua geſta uſque ad A. 890. ſat teſtantur, quo loco fuerint res Francicæ, & econtrà vicinorum Slavorum. Francia propriè Salâ fluvio, Thuringico nempe, terminabatur: cis eum reſidebat Dux limitis Sorabici: trans eum erant Slavi Sorabi (A. 874.) Nec non Dalmatii (A. 880.) Slavi Salæ proximi ſeu accolæ erant Francis Fideles (A. 880.) An hæc fidelitas ſubjectionem, an tributi tantùm penſitationem importaverit, dubium quidem, aſt ultimum verius eſt; *Servitium* enim *priſtinum* (de quo ad A. 874. & 877.) in hoc poſteriore anno de ſolito cenſu, itaque tributo explicatur. Par erat tributi conditio Bohemis, ſalva tamen cæterùm libertate; & quanquam *Regna Slavorum Beheimenſium & Marahenſium*, diviſioni regnorum inter filios Ludovici Germanici A. 876. celebratæ, inſerta nominetenus reperiantur: ea tamen inſertio tributi commodum ſolummodò, aut ad ſummum ſpem, regna ea impoſterùm provinciam Francicam fieri poſſe, reſpicit; unde mentio illorum facta eſt, nè acquiſitis fors regnis illis dubium de nova inter fratres paciſcenda diviſione oriretur. Vid. App. Num. 1030. 1031. 1032. — 876.

890. §. 50. Annus 890. inter maximè notabiles eſt pro ſyſthemate antiquo Regni Bohemiæ; præterquàm enim, quòd ex eo cauſa corruptæ chronologiæ illorum & antecedentium temporum, apud Hagecium, ejuſque ſequaces, non modica ex parte petenda ſit, ùt infrà pluribus dicetur: etiam annus is machinam invexit, quâ antiquum faſtigium regium, primitùs Marcomannicum, dein Slavo-Moravicum, convulſum, disjectum, & ſolo æquatum, atque partim in Hungaros, partim in Slavo-Bohemos delatum, ibidémque in ſplendorem perpetuum egeſtum eſt. Regnum illud, dum jam, abolito Marcomannico nomine, Marahenſe ſeu Moravicum vocaretur, ante tertiam Hunnorum epocham, id eſt ante A. 744. (ùt hæc ſuprà *cap. XXVIII.* dicta ſunt) in maxima, pòſt verò in minore quidem, modò de- modò accreſcente, aſt ſemper adhuc eximia celebritate erat. A. 760. (ùt §. *24. hoc cap.*) Rex Moraviæ Samomir terras Slavorum Polonorum, A. 793. Samoslaus ſucceſſor terras Slavorum Bohemorum, ſuæ ditioni, ex vetere fòrs jure Marcomannico, adjicere nitebatur: mollmen utrumque armis repreſſum: illud ſimpliciter exin neglectu, hoc pace terminatum eſt. Quî pax hæc convenerit, ſcriptores tacent; *Chriſtianus* tamen, antiquiſſimus Bohemiæ ſcriptor, eum, qui Moraviæ tempore adventûs SS. Cyrilli & Methudii præerat, id eſt Radislaum ab A. 846. usque 870. rerum potitum, Principem vocat, qui partibus in illis tunc dominabatur, & imperabat univerſæ terræ ceu magnificus Imperator. Idem Chriſtianus paulò pòſt de Borzivogii Bohemiæ Principis baptiſmo agens, eum quodam tempore, negotii ſui populique ſibi commiſſi causâ, Ducem ſuum vel Regem Zvvatopule (prædicti nempe Radislai ſucceſſorem Suatoplucum) adiiſſe, & ab hoc benignè ſuſceptum eſſe refert. Compellat ergo Chriſtianus Regem Moraviæ magnificum Imperatorem, & Borzivogii Ducem vel Re- 1037. 1039.

 gem,

Digitized by Google

A. Chr. gem, quem ille populi ſibi commiſſi causâ adierit. Denotant Vid. App. Num.
hæc aliqualem omnino ſuperioritatem Regis Moraviæ in Bohe-
miam, undecunque demum illa nata ſit. Ignorantiæ & errori
Chriſtiani hìc nullus locus eſt: ipſe enim familia principali ſa-
tus, & Borzivogii pronepos, ætate ſua à Baptiſmo Borzivogii 722.
nec ſeculo integro diſtabat, ùt documento finientis ſeculi deci-
mi originaliter adhuc exſtante indubiè conſtat. Conceſſioni Ar-
nulphi Cæſaris de A. 890. (de qua mox) non attribuenda eſt
hæc ſuperioritas: quoniam Baptiſmus Borzivogii anno multùm
anteriori, & in mea quidem opinione anno 877. debetur. Con- 1041.
ſequens ergo eſt, eam comem reverentiam, quâ Borzivogius 1054.
cauſam populi ſui ad Suatoplucum tanquam arbitrum deferre
inductus fuit, ex triplici fonte: primatûs nempe Moravici inter
Slavos Principes: juris quondam regni Marcomannici in Slavo-
Moravos præcipuè tranſlati: & pacis inter gentem Slavo-Mora-
vicam & Bohemicam A. 800. compoſitæ, promanâſſe. Prima-
tum inter Slavorum Limigantium Reſpublicas meritò ſibi olim
Croatia vindicabat; illa enim non tantùm Slavo-Bohemis &
Polonis ſeminarium exſtitit, ſed & prima ex Slavo-Limiganti-
bus coloniis Regnum, illúdque celebre, ſub Rege Samone A.
624. (ùt *cap. XXII.*) in ſe excitavit: & ex familia ſua regia (ùt
cap. XXVIII.) plurimos, ſi non ad unum omnes Reges in Mora-
viam transplantavit. Cùm autem ſeculo octavo medio (ùt *cap.*
XXII. §. *24. 25.*) Regnum Charentanorum concideret, & ſub
Imperium Francicum redigeretur: meritò iterum primus honor
inter Principatus Slavicos in Reges Moraviæ devolvebatur, ut
hi comiter ab aliis colerentur. Jus quondam Marcomannorum,
longè latéque dominantium, in Quados, & Quadorum in Sla-
vo-Moravos tranſierat: ut ſaltem id Regibus Moravicis pro præ-
textu ad redintegrandos antiquæ ditionis limites, & præprimis
in Bohemiam, tanquam ſedem olim primariam Marcomanno-
rum ſuffecerit: cùm hiſtoriæ ipſæ Bohemicæ teſtentur, in Bohe-
mia Moravis vicina, populorum antiquorum Germanicorum,
utique ergo Marcomannicorum & Quadicorum, progeniem ſe-
culo octavo finiente adhuc ſedes habuiſſe: quas poſtliminio
dilatare Rex Moraviæ Samoslaus ſtatuerat. Armis dein utrin-
que eductis, & alliſis alternis viribus, de pace demum A. 800.
convenit: quâ comem aliquam Bohemorum Principum erga Re-
ges Moraviæ reverentiam pactam credere, nec honor Slavo-
Bohemorum eò minimè imminuendus, nec aliud quid vetat;
aſt potiùs major utriusque cognatæ nationis ex hoc fœdere con-
tra exteros ſecuritas ſuadet: & teſtimonium vix non coævum
Chriſtiani ex familia principali Bohemica orti impellit. Hanc
reverentiam obſervârunt Duces Bohemiæ, tum Hoſtivitus, dum
(ùt Hagecius ad A. 887. tempore tamen nimis ſerotino, & in-
fra annum 856. retrahendo narrat) captos à fratre ſuo Mſtibo-
gio Moravos, ſibi in oſtentationem victoriæ transmiſſos, Regis
Moraviæ poteſtati ſpontè reddidit: tum filius Hoſtiviti Borzivo-
gius, dum (ùt ſuprà) A. 877. Suatoplucum, qui anno elapſo
fami-

A.Chr. familiæ regiæ Francicæ per matrimonium ſe junxerat, accedere, & fœderis antiqui renovationem obire non diſtulit. Vid. App. Num. 1002.

890. §. 51. Hoc prænotato, ad geſta anni 890. regrediendo, narrant annales Francici: inter Arnulphum Cæſarem & Suatoplucum Moraviæ Regem in Omuntesberg conventum celebratum eſſe, in quo Regi Cæſar Ducatum Bohemenſium conceſſerit. 1033. Rationes ad hoc moventes recenſentur: quòd Cæſari, antequam in Regni faſtigio ſublimaretur, Rex familiaritatis gratiâ (id eſt affinitate, ob uxorem Adelhaidam, Arnulphi ſororem) fuerit connexus: & quòd filium Cæſaris Zundebolch (Suatoplucum) ex pellice natum, Rex à ſacro fonte levaverit. Hinc apparet igitur, quanti id juris, quod in Bohemiam habuit, fecerit Arnulphus, cùm tam facilè ob affinitatis & cognationis ſpiritualis connexionem eo ſe abdicare non dubitaverit; unde nihil illud erat, niſi comis reverentia, & tributi haud magni penſitatio. Econtrà ex parte Suatopluci liberalitas illa magni æſtimanda erat; cùm enim inter Slavo-Bohemos & Moravos paritas generis, ſermonis, legum, & conſuetudinum eſſet, ſperare Suatoplucus poterat, Bohemiam ſibi vel ſolo nationis titulo addictam, & ad omnia molienda auxiliatricem, quin & ſenſim, remota familia principali Bohemica, utramque gentem & regionem in unum idémque imperium coalituram fore: quod ſanè ſolium Moraviæ auguſtum, & poſteros Suatopluci gloriâ & potentiâ claros reddidiſſet. Non temperavit autem à præmatura elatione animum Suatoplucus, ſed tum nauſeam ſui Bohemis, tum pœnitentiam facti Arnulpho, ſuperbis & inimicis agitationibus acceleravit. Quæ inde reſpectu Moraviæ conſecuta ſint, jam ſuprà §. *33. & ſeqq.* dictum eſt.

§. 52. Quid ab hoc tempore cum Bohemis actum ſit, ab
897. annalibus Francicis ad A. 897. proditur, dum Duces Bohemorum, Ratisbonam ad Imperatorem Arnulphum venientes, de 1010.
frequentibus hucusque per Moravos perpeſſis oppreſſionibus conqueſti ſunt, & oblatis muneribus regiis auxilium Arnulphi implorârunt. Duces illi gratanter ſuſcepti, verbis conſolatoriis erecti, & donis honorati ad ſua redierunt. Imperator autem totum tempus autumnale ibidem locorum ad Danubium & Reganum fluvium tranſegit, ſi qua fortè neceſſitas Bohemis ſuppetias ferre exigeret. Nihil autem à Moravis impoſterùm contra
898. Bohemos tentatum eſt, quoniam anno ſequenti 898. bellum ci- 1011.
vile inter filios Suatopluci Suatobogium & Mogemirum cœpit.
900. Quin potiùs A. 899. Bojoarii, & A. 900. Bojoarii iterum, & 1012.
ſimul eis juncti Bohemi ex una, ſicut Hungari ex altera parte, Moraviæ diripiendæ incubuerunt: cujus quoque diſcerptio in-
908. ter partes bellum inferentes haud multis annis pòſt ſecuta eſt. Ad finem anni 899. octavâ Decembris mortuus eſt Arnulphus, & ei ſucceſſit filius Ludovicus Infans, ſub quo omnia turbata erant. Nunc igitur ſaltem, ſi non ab A. 890. Bohemi plena libertate gaudebant; Franci enim tributi jure ſe abdicaverant: Moravi potentiâ ſuâ cadebant, & maxima eorum portio Bohe-

miæ

Digitized by Google

A.Chr. miæ accreſcebat. Omnia hæc autem ex præcoci Arnulphi conſilio de cedenda Suatopluco Bohemia fluxerunt. Vid. App. Num.

§. 53. Libertas ea Bohemiæ ad intra, jam omnibus numeris abſoluta, alteri quoque præter Moraviam accremento ad extra occaſionem dedit. Accrementum id Sorabia fuit. Terra illa, vel pars ſaltem, jam olim nexum cum Bohemia inierat: tradunt enim ſcriptores rerum Luſaticarum, ut *ſuprà* §. 37. Caroli Magni tempore Budiſſinenſem agrum à Lecho Neclani Bohemiæ Principis Belliduce, *beneficiario jure* ejusdem Principis, poſſeſſum fuiſſe. Avulſionem ejus terræ à nexu Bohemico *Peſſina in Phosphoro, radio tertio, pag. 130.* ad tempora Hoſtiviti Principis, Neclani filii, refert. De tempore recuperationis *Frencelius in Nomenclatore utriusque Luſatiæ, verbo Budiſſa, Tom. 2. ſcript. Luſat.* ſic loquitur: accedit, quòd annum adeptæ à Bohemis Luſatiæ Bartholomæus Scultetus Gorlicenſis, aliíque,
900. DCCCC. poſt natum Chriſtum ſubductis rationibus faciant. Sorabi itaque, cùm res Francicæ poſt mortem Arnulphi ad infantem recidiſſent, & ſpem nullam duraturæ Francorum gloriæ darent, popularibus ſuis Bohemis pro communi libertate tuenda ſeſe adunârunt. Integer nexus is usque ad primum Saxonicæ ſtirpis Imperatorem HENRICUM AUCUPEM tenuit. Ab hoc autem, à principio ſtatim imperii ſui, Sorabiæ partem cis-Albinam, ſeu Miſniam, Saxoniæ ſuæ terminis adjectam, & obinde bellum ei à Wratislao Duce Bohemiæ motum, aſt amica pactione ſublatum fuiſſe vult Peſſina & Puczalka ad A. 1062.
919. 919. *Gundlingius in Lib. Sing. de Henrico Aucupe* §. 15. ad eundem 1064.
annum expeditiones Henrici Aucupis contra Burchardum Sueviæ, & Arnulphum Bavariæ Duces, regiam poteſtatem affectan-
928. tes ponit, & demum ad A. 928. tam Sorabos Milzenos ſeu Luſaticos, quàm Dalemincios, pòſt Miſnenſes dictos, devictos, & Saxoniæ unitos refert; ut eò usque quoque Bohemos in Sorabiæ poſſeſſione relictos fuiſſe, atque A. 919. deſuper ob urgentiora Henrici molimina dilatoriam interim pactionem interceſſiſſe, fidei conſentaneum ſit.

§. 54. Eodem hoc anno, cùm Henricus Auceps jam pri- 1064.
dem Sueviæ & Bavariæ Duces in ordinem redegiſſet: cum Carolo ſimplici Galliæ Rege pacem & fœdus compoſuiſſet: cum Hungaris inducias novennales firmâſſet: diſciplinam militarem apud ſuos optimè ordinâſſet: Slavos omnes, ſibi extra Bohemiam vicinos, Hevellos, Redarios, Milzenos, Dalemincios, ſubjeciſſet: itaque nunc quoque Sudetos montes tranſcendere non ampliùs diſtineretur: in Bohemiam Thuringiæ & Miſniæ vicinam, id eſt in Principem particularem ſeu ſub-Regulum Satecenſem, nec non Toparcham Bilinenſem, arma Henrici prolata eſſe, fides Continuatoris Reginonis coævi, & Witichindi 1066.
Monachi Corbejenſis exigit. 1068.

930. §. 55. Anno dein 930. S. Wenceslaus Dux Bohemiæ, jure omnino generalis & ſupremus, re ipſa autem, ſeu affectatione aliorum ſub-Regulorum Kurzimenſis, Boleslavienſis, & Satecenſis,

Digitized by Google

A.Chr. cenſis, quin & Toparcharum quorundam, Wiſchehradenſi ſeu Vid. App.
Pragenſi diſtrictui incluſis, armis Saxonum petebatur. De Prin- Num.
cipe hoc piiſſimo, & propagandæ Chriſtianæ fidei in gentiles 1064.
populares ſuos ferventiſſimo, aſt de contrariis ſub-Regulorum 1065.
ſuorum, vel adhuc gentilium, vel gentiliſmo imperii ſui conſer- 1067.
vandi causâ nimiùm conniventium ſtudiis apprimè edocto, cre-
dere cum Peſſina fas eſt, eum arma Henrici, potentis, Chri- 1059.
ſtiani, & pii itidem Regis, non ùt pœnam aut tribulationem à
Deo immiſſam, ſed ùt miſericordiam ſuper populo ſuo, & ma-
ximum beneficium reveritum eſſe; quapropter etiam de vi, quâ
Henricus adversùs S. Wenceslaum indiguerit, nulla apud ſcri-
ptores mentio: immo verba Hermanni Contracti, Henricus
Rex Bohemiam petit: & Witichindi, Pragam adiit cum
omni exercitu, Bohemorum urbem; non inferunt obſi-
dionem Pragæ, ùt velle videtur Sigebertus Gemblacenſis; ſed
S. Wenceslaus Henrico, antequam Pragæ appropinquavit, ob-
viam factus eſt, & ei ſe cum urbe ſubmiſit. Unde Henricus ca-
ſtra quidem Pragæ admovit, ſed exercitûs tantùm locandi, non
obſidionis & expugnationis gratiâ. Quis effectus hujus, ſui &
Urbis, deditionis fuerit, tradit Witichindus dicens: igitur 1067.
Rex Bohemias tributarias faciens reverſus eſt in Saxoniam;
vocat ille Bohemias tributarias, quaſi plures, quoniam Bohe-
mia in plures principatus & dominationes, S. Wenceslai pote-
ſtatem, niſì à quo protectione Henrici fretus erat, leviter valdè
agnoſcentes, diſcerpta fuit. Ad ſubjugationem arctiorem popu-
li Bohemici, natione, linguâ, moribus, & inſtitutis admodùm
diſcrepantis, non proceſſit Henricus, ſed eum ſuæ libertati,
ſalvo tributi & fidelitatis generali nexu, reliquit. Aliter planè
in coadunanda Saxoniæ Sorabia è re ſua cenſuit: quoniam enim
limites Saxoniæ, non niſì incorporatis usque ad Sudetos mon-
tes terris Sorabicis, in tuto collocati viderentur, Sorabiam Sa-
xonicam fecit, &, ùt *ſuprà* §. *36.* præmiſſum, in Marchias di-
ſtinxit, iiſque Marchiones præfecit. Hoc ipſum nomen Mar-
chiarum ſeu *Limitanearum præfecturarum* per ſe, non accedenti-
bus aliis documentis, ſat connotat, Bohemiam extra Corpus
Imperii Saxonici, ùt olim Francici, exſtitiſſe, ſuarúmque le-
gum ac inſtitutorum particularium compotem manſiſſe.

938. §. 56. S. Wenceslao, manu fratris, & conſilio matris im-
piæ & gentilis, martyrii palmam adepto, & Boleslao I. fratrici-
da rerum potito, inverſus erat, reſpectu regiminis Wenceslai,
ſtatus Bohemiæ: ſub Wenceslao, antequam ipſe Henrico Au-
cupi manus dediſſet, ſub-Reguli vel maximè Saxoniæ refraga-
bantur: ſub Boleslao econtrà ſub-Regulus Lucenſis ſeu Satecen-
939. ſis Saxoniæ adhærebat, & Boleslao indignanti obſiſtebat; qua- 1069.
propter Boleslaus bello eum petiit, & civitatem ejusdem cepit,
deſtruxit, & in ſolitudinem reduxit. Sub-Regulus ille erat Do- 1071.
bromirus, ùt teſtantur hiſtoriæ Bohemicæ. Imploraverat Do-
940. bromirus ſuppetias ex Saxonia ab OTTONE MAGNO, & im- 1070.
petraverat: aſt nec ea, nec anni ſequentis expeditio Saxonica

 feli-

A.Chr. felicem habuit exitum contra Boleſlai undique contractas vires; Vid. App. Num.
& quanquam ipſe Otto Magnus cum exercitu ſuperinducto proſperiore uteretur fortuna; protractum tamen bellum id eſt usque in decimum quartum ſui imperii annum.

948. §. 57. A. 948. Boleslaus ille, Dux Bohemiæ, belli faſtidium 1074.
cœptans, obſides conſervandæ impoſterum pacis ad Ottonem Magnum miſit: quos hic populo ſuo præſentari juſſit, ſatis ſuper eis lætatus, ùt inquit Witichindus. Pacta pacis interim
950. in certo collocata nondum ſunt. Otto igitur altero anno denuò exercitum in Bohemiam duxit, & civitatem Novam, nunc veterem Boleslaviam nuncupatam, firmiſſimum tunc in Bohemia 1075.
munimentum, inibíque clauſum Boleslai filium obſedit. Non fervidè egit obſidionem Otto, ſed *prudenti conſilio diremit* (ſeu diſtulit) *prælium*, ne miles Saxonicus conſcenſis muris ad prædas dilaberetur, indéque *aliquod periculum incideret.* Protracta taliter obſidione Boleslaus ſenior ſeu Dux, qui Pragæ morabatur, conſiderata tum Ottonis virtute, tum exercitûs ejus multitudine, urbe (Pragenſi) egreſſus (& in caſtra Ottonis Boleslaviam veniens) maluit tantæ Majeſtati ſubjici, quàm ultimam perniciem pati, id eſt extrema exſpectare: Súbque ſignis ſtans, & Regem audiens, reſponsáque reddens, veniam tandem (id eſt pacem & obliterationem præteritorum) promeruit. Quæ reſponſa reddere, & quas excuſationes afferre Boleslaus potuerit, ipſe Witichindus alibi æquanimiter pandit, 1072.
dum dicit: Tranſeunt ſanè dies plurimi, his (id eſt Saxonibus) pro gloria, & pro magno latóque imperio, illis (id eſt Slavis) pro libertate ac ultima ſervitute variè certantibus. Variè omnino certabatur tum in aliis Slavorum terris, tum in Bohemia: & hìc locorum præprimìs ſitus ingentibus montibus & ſilvis undique, ceu propugnaculo, cinctus, animos Bohemorum bello natos, & tuendæ libertati immori paratos, ad varietatem armorum quacunque opportunitate tentandam provocare poterat. Unde quoque ſat lætatus eſt Otto ſuper obſidibus Boleslai, & demum eò res venit, ut Boleslaus nec extrema exſpectaret, nec extrema paſſus ſit, ſed, ſalvâ rerum ſummâ apud ſuos, reverentiam imperii Saxonici induerit, & tributi penſitatione annua coluerit. Chronologia anni 950. certa eſt tum ex 1056.
Continuatore Reginonis, qui annum eum expreſsè habet, tum 1075.
ex iis, quæ ex Witichindo *num. 1075.* dicta ſunt.

§. 58. In hac ſubmiſſione Boleslai ultimum notabiliorem ERROREM CHRONOLOGICUM Hagecius commiſit, dum eam ad annum usque 964. diſtulit, & de cætero fabellis aſperſit. Prodit hinc, ſe Witichindum in præmiſſo laterculo auctorum, quibus uſus ſit, honoris tantùm causâ nominâſſe: quoniam eo viſo & penſato, geſta inter Ottonem Magnum & Boleslaum, 1069.
quæ Witichindus haud perfunctoriè tractat, ſimpliciter præterire, & illis longè alia ſubſtituere, verecundiæ duxiſſet: aliter 1070. 1074.

quo-

A.Chr. quoque de bello Ottonis contra Boleslaum, ejúsque terminatio- Vid. App. Num.
ne *in decimo quarto imperii Ottonis anno*, neutiquam usque 964. pro-
ducendo, edoceri debuiſſet. Poſthàc autem Hagecius rectæ
chronologiæ demum jungitur, & condigna laude tum à tempo-
ris tum à materiarum digeſtione privandus non eſt. In anterio-
ribus nihilominùs id præcipui ei debetur, quòd materias ibi-
dem pleniùs, quàm quisquam ante ſe, ùt ùt tempori debito ere-
ptas collegerit, & gratæ ob id poſteritati tradiderit; cùm, po-
tiſſimùm ſaltem, narrata ſuis locis ex combinatione aliunde
adveniente reſtitui queant. Tota confuſio chronologiæ anti-
quiorum temporum in Hagecio ex duplici falſo ſuppoſito, nem-
pe adventûs Czechi in Bohemiam de A. 644. & baptiſmi Borzi-
vogii, primi Ducis Chriſtiani, de A. 894. promanare videtur.
Intervallum hìc comprehenſum non niſi ducentorum quinqua-
ginta annorum eſt: quod ita diſpertitur Hagecius, ut primor-
dia Slavo-Bohemorum à Czecho usque ad mortem Primislai cen-
tum, regimen verò ſubſequorum Ducum, Nezamisli, Mnatæ,
Wogeni, Vnislai (quem quidem planè expungit) Krzezomisli,
Neclani, Hoſtiviti, nec non Borzivogii usque ad baptismum,
centum quinquaginta annis includat; & Neclani in ſpecie regi-
men primùm ab A. 852. regnante jam dudum in Francis nepote
Caroli M. Ludovico Germanico, ordiatur: licèt omnis hiſtoria
Bohemica, quin & Sorabica, & Francica, Neclani impuberis
initiis, & vicem ejus gerente Lecho belliduce, Bohemiam ar-
mis ipſius Caroli M. objectam eſſe, ſat ſuperque loquatur. Eò
autem per hanc temporum translationem res Bohemicas redegit,
ut vera licèt in ſe, & materiarum ſerie bene connexa, incredi-
bilia tamen in tempore narret: proùt ex multis unicum exem-
plum anni 869. documento eſſe poteſt. Hoc anno certiſſimum
eſt ex coævis annalibus Francicis, Bohemos ex parte Occiden- 991.
tis Bojoariam Francicam crebrò & forti manu incurſâſſe: ex
parte ſeptentrionis verò Sorabis contra Thuringiam Francicam 992.
ſocios fuiſſe: & nihilominùs Hagecius in bilaterali hoc motu
gentis bellico ad extra, maximum, quod unquam omnibus u-
trinque viribus, & multo ſanguine geſtum eſt, & quod ſolum
ex omni antiquitate deſcribere cenſuit Coſmas, bellum civile ad 1053.
intra inter Neclani belliducem Styrum, & Wlastislaum Princi-
pem Lucenſem ſeu Satecenſem, eidem anno 869. alligare non
hæſitavit: infallibili indicio: ſe nec literam Francicorum anna-
lium vidiſſe; quod certè dolendum eſt, cùm operam ſuam exi-
miam, his aliisque ſubſidiis ſibi comparatis, longè excellentio-
rem reddere potuiſſet. Neclanum ergo Hagecius, ut anteceſ-
ſoribus Principibus, eraſo inſuper Vnislao, locus eſſet, ad quin-
quaginta fermè annos removit: & quoniam baptiſmum Borzi-
vogii ultra A. 894. dimovere nequibat, geſta ejus usque ad
hunc annum, nec non patris Hoſtiviti, locò 54. in 20. an- 266.
norum limites coarctavit. Nullo modo hæc chronologia
convenit relatis *Chriſtiani*, antiquiſſimi & proximi illorum
temporum ſcriptoris. Dicit is 1mò. Borzivogius diem clau- 1042.

A. Chr. ſit ultimum, triceſimum quintum vitæ ſuæ complens Vit. Arn. Num.
annum; 2dò. Spitignev (filius primogenitus Borzivogii) peractis vitæ ſuæ annis XL. luce ex hac migravit; 3tiò. genitore (S. Wenceslai Wratislao, poſtgenito Borzivogii filio) interim ex hac vita migrante annorum fermè XXXIII. 1044.
Vita XXXV. annorum in Borzivogio accipienda abſolutè eſt de 1043.
vita ſpirituali, ſeu à tempore baptiſmi, non verò de vita præcedente gentili ſimul; quomodo enim filius Spitigneus in ætate XL. annorum, patre adhuc vivo, & abdicato principatu vitam privatam agente, ùt omnes hiſtoriæ Bohemicæ aſſerunt, præmori potuiſſet, ſi pater poſt ipſum moriens non niſi XXXV. annos in toto ſuo curſu compléſſet. His conſequens igitur eſt, à morte Borzivogii circa initium anni 911. baptiſmum ejus in trigeſimum quintum annum retrò, id eſt in annum 877. non 894. reponi debere. Huic poſteriori anno quoque refragatur ætas Wratislai XXXIII. annorum, dum moreretur: mors ejus ab Hagecio adſcribitur anno 916. ab hoc anno in XXXIII. retrò computando, nativitas Wratislai incideret in annum 883. Habuit ille fratrem natu majorem Spitigneum; ſi ergo in nativitate ſuppoſititia Wratislai patri Borzivogio ſedecim (ut minimum dicam) anni dentur, natus Borzivogius debebat eſſe A. 867. hinc autem uſque ad A. 916. Hagecius computare debuiſſet 49. non 36. annos, ùt erroneè facit. Nullatenus ergo ſubſiſtit ejus chronologia, ùt in Apparatu pluribus dictum. Error ille in anno baptiſmali Borzivogii à Coſma aſſertus, atque ab Hagecio aſſumptus, ex anno 890. fluxit: quoniam enim Coſmas in Re- 1054.
ginonis Abbatis chronico, quod unà cùm continuatione ejus ad 1056.
manum habuit, Bohemiam Suatopluco Regi Moraviæ ab Arnul- 1057.
pho Imperatore conceſſam legerat, & Borzivogio ante hanc ceſſionem nihil cum Suatopluco commune fuiſſe, erroneè, ùt *ſuprà* §. 50. perſuaſus erat, baptiſmum Borzivogii ante annum 890. collocare vèritus eſt, ac propterea annum 894. pro arbitrio elegit.

§. 59. Hucuſque nuſquam Melchioris Goldaſti, qui prolixum ſat de Regni Bohemiæ incorporatarúmque Provinciarum Juribus ac privilegiis commentarium edidit, memini: ſed ea, quæ origines, quas ſcribo, primariò concernunt, ex fontibus ipſis, quoad illorum aditus poſt tot temporum injurias patuit, haurire anniſus ſum; in iis verò, quæ ex aliarum gentium viciſſitudinibus ad res Slavicas neceſſaria aut proficua duxi, aliorum celebrium virorum induſtriæ, qui fontium eatenus ſpecialium ſcaturigines collegerunt, acquievi: cùm non niſi generalioribus, atque haud ita controverſis exterarum epocharum adminiculis res mea indiguerit, atque pruritus immenſarum citationum haudquaquam me corripuerit. Ne autem *Schminkii in præfatione ad Goldaſtum*, rerum geſtarum commentatores plurimos, Goldaſto inconſulto ſcribentes, Andabatarum more pugnare ediſſerentis cenſuram incurram, pauca de Gol-

A.Chr. Goldaſto ſubjicere opportunum nunc arbitror. Quæ inſtituto præſenti obveniunt, in Goldaſti libro primo & ſecundo continentur: illo quidem, quæ fata Marcomannorum & Quadorum, nec non immigrationem Slavorum ſiſtunt: hoc, quæ Slavo-Bohemorum & Moravorum perpetuam, ùt ille commonſtrare nimiùm quantùm affectat, rebellionem, uſque ad ſeculum decimum medium tanquam metam originum à me deductarum, reſpiciunt. Ad libri primi ſyſthema Marcomannicum, Quadicum, & Slavicum, in longè alia, tum chronologicè, tum materiâ tenus, à me abitur, & abiri neceſſe fuit, ob diſparem, quibus ille & ego uſi ſumus, fontium in geſta illa antiqua derivationem. Non ſuccenſeret mihi, ùt confido, Goldaſtus ipſe, ſi viveret, quòd antiquitates Marcomannicas, Quadicas, & Slavicas in genere ac ſpecie, uſque ad ſeculum decimum, tanquam partem minimam Commentariorum ejus, ego, tanquam totum objectum inquiſitionis meæ, penitiùs rimari conatus ſim. Quo ſucceſſu autem id exegerim, erudito & æquo Lectori lubens ſubmitto, operam meam ſat compenſatam laturus, ſi ea, in re tam abſtruſa, & hactenus ab aliis quibuslibet neglecta, non omni calculo albo exciderit. Vid. App. Num.

§. 60. Ad alterum librum Goldaſti non deterret me laudati *Schminkii in præfatione* effatum: ingentia illa, quæ ipſe viderit, excerptorum volumina, ex quibus pereruditus Goldaſti liber enatus ſit, vel ſola fidem facere, quàm aſſiduè, quàm ordinatè, ſcripta ſua elaboraverit, *quicquid ogganniant maleferiati illi homines, qui fingunt tumultuariam ejus plerumque eſſe operam*: quin dicam, Goldaſtum in undecunque aſſerendas, & qualibet minima ſpecie evincendas rebelliones Bohemorum, & Moravorum, tumultuarium omnino exercitum quaſi auctorum, haud raro ex ordine ſequiori in primum prorumpentium, ex omni ævo exciviſſe, & rebelliones, quæ ex parte Bohemorum & incorporatorum pro tempore ipſi deficere videbantur, ex aliis Slavis ad corpus Bohemiæ neutiquam referendis (ùt *ex lib. 2. cap. 2. uſque ad §. 10.* & alibi, combinanti liquet) emutuâſſe. Cenſuram hanc maxima ex parte, me vel tacente, ipſe *Schminckius* profert. Ait ille 1mò. in præfatione: Dicam quod ſentio: ſæpe nimis cauſæ, quam defendendam in ſe ſuſcepit, velificatur: quod non ſatis moderatum partium ſtudium haud raro auctorem illum in diverſas partes agit. Prætereà ſententiam ſuam frequenter ex turbidis rivulis, & incertis ſub quarta demum luna natis monumentis adſtruere conatur; immo nimia illa ſcriptorum multitudine, quorum vel nulla vel rara eſt fides, quíque commodè omitti potuiſſent, librum ſuum magis oneravit, quàm ornavit: quicquid etiam in præfatione ad ſui defenſionem adferat. 2dò. Ad lib. 2. cap. 3. §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. (ubi Goldaſtus duplicem tantùm expeditionem Henrici Aucupis in Bohemiam de A. 928. contra quosdam ſub-Regulos & Toparchas, & de A. 930. contra Ducem ſupremum Bohemiæ

Digitized by Google

A.Chr. S. Wenceslaum ùt *ſuprà* §. 54. 55. in quinque bella & totidem rebelliones, ſaltem ad ſpeciem, cùm nihil de variante chronologia adjectum ſit, dividit) Schminckius in nota (*) ſubjungit: Perſtringit hìc iterum Balbinus Goldaſtum, quòd tot nova bella ſomniet, cùm unum idémque bellum ſæpe numero ac ferè ſemper in plures annos continuetur. Verùm ſi mentem auctoris noſtri, methodúmque probè inſpiciamus, facilè deprehendemus, nullam eſſe hanc Balbini animadverſionem; nam verba multorum Hiſtoricorum profert, qui bellum illud deſcribunt, uti in reliquis omnibus facit, non quaſi putaret eſſe diverſa variis ab auctoribus diverſos ad annos relata bella, eorúmque quemlibet novum bellum memorare, ſed ut partim ipſis auctorum verbis expeditiones illas bellicas deſcriberet, partim etiam varias circumſtantias enarraret, quarum unus præ alio Hiſtoricus ſæpe plures habet. 3tiò. Ad lib. 2. cap. 2. §. 17. ad A. 849. & expeditionem Francicam in particulares Toparchas Bohemos (*vid. ſuprà* §. 46.) Schminckius in nota (*) poſt relatam Balbini animadverſionem monet: quoniam Balbinum, alióſque Bohemos, id ægrè ferre video, quòd omiſſa ſint à Goldaſto ex ſcriptoribus antiquis, quæ ad laudem gentis ſuæ faciant; adjiciam impoſterùm omnia loca integra, ut conquerendi de malignitate Goldaſti tandem finis ſit. 4tò. Ad librum 2. cap. 1. §. 4. in nota (***) Balbini animadverſionem in generalem Goldaſti exclamationem de rebellionibus Bohemorum perpetuis Schminkius ſic diluendam putat: Diſtingue tempora, & multa, quæ abſona Balbino videntur, conciliabis; ſi enim hæc (Balbini ſcilicet aſſerta: bella pro libertate, pro patria, pro aris & focis geſta, non omnia rebellionis nomine vocanda eſſe) de antiquiſſimis temporibus accipias, fortè neminem habebit ſibi repugnantem. At alia planè facies rerum Slavicarum fuit, cùm Franci ſub Carolingis priſca Germaniæ jura iterum vindicarent, & Bojemiam per peregrinam hanc gentem corpori ſuo abruptam Germaniæ reſtituerent. Victi dum ſæpe & in obſequium Germanorum ſunt redacti Slavi, à quo cùm frequentiſſimè recederent, poſtquàm fidem dediſſent, nonne eos rebellâſſe jure dici poteſt? In hac poſtremùm excerpta nota Schminckius, ùt opinor, *Witiebindi monachi Corbejenſis* excuſationi *ſuprà* §. 36. allatæ: Saxones (& ſic quoque Francos) pro gloria, & pro magno latóque Imperio, econtrà Slavos pro libertate ac *ultima* ſervitute variè pugnâſſe, aliquantum deferet: obindéque, ſi Franci pacis leges Slavis datas, de VII. App. Num.

A.Chr. de ſumma rerum Principibus Slavicis apud ſuos, non obſtante tributi fidelitatíſque generali nexu, conſervanda temeraverint, & Slavos *ultimam ſervitutem* ſubire renuentes, obſequio autem pactis convento minimè refractarios, armis ad extorquendum placitorum arbitrariorum implementum illatis, ad arma viciſſim in defenſionem capienda compulerint, rebellionem ſtatim, & omni in caſu cum Goldaſto, vix inclamabit. Habebit Schminckius exemplum inſigne ad A. 871. in Rege Moraviæ Suatopluco, ex quo etiam omnes fermè motus Moravici ab A. 846. uſque 884. dijudicari poſſunt, ùt *ſuprà* §. *30.* & *31.* Dicta quoque §. *42. ſeqq.* fidem non modicam ex ipſis Francicis annalibus facient, motus Bohemicos omnes, qui à Carolo Magno uſque ad defectum ſtirpis ejus acciderunt, nunquam legitimo, & ſupremo Bohemiæ Principi, Pragæ reſidenti: nec toti populo: ſed particularibus tantùm Bojoariæ & Thuringiæ vicinis ſub-Regulis & Toparchis adſcribendos eſſe. Quin etiam, ſi non ſolis Francicis glorioſa domeſtica extollentibus, ſed quoque Bohemicis hiſtoriis aliquid fidei tribuatur, cùm hæ perpetuò Bojoariorum & Thuringorum incurſationes cis montes Bohemicos incuſent, & de armis Bohemicis ultra eos montes prolatis ſileant, haud levis conjectura videri poſſet, Bojoarios & Thuringos terga horum montium intra Bohemiam ſedibus ſuis, pro lubitu impoſterùm in meditullium ipſum promovendis, omni occaſione ſibi vindicare, & armis aſſerere voluiſſe; quod autem, utpote rei Bohemicæ maximè pernicioſum, Bohemi nunquam concedere poterant. His ita ſe habentibus Schminckius notis ſuis ſat agnoſcit, Goldaſtum omnia in odium Bohemorum à quibuscunque auctoribus prolata promiſcuè corraſiſſe, bella & rebellia, ut numerus fieret, ex diverſitate chronologiæ multiplicâſſe, quæ in laudem gentis forent, ſicco pede præteriiſſe, & quamlibet contingentiam pro rebellione exclamâſſe. Unde quæ lividè Bohemis appinxerat, à Balbino aliíſque acerbè deterſa ſunt. Vid. App. Num.

Hæc ſunt, quæ ad ORIGINES SLAVICAS, præſertim verò SLAVO-BOHEMICAS & MORAVICAS, pro inſtituto meo, quod neutiquam Jus publicum Bohemiæ conſcribendum profitetur, facere viſa mihi fuêre: & quæ in opere tantæ, cùm vaſtitatis, tum, ùt in antiquiſſimis pleriſque, obſcuritatis, primis quaſi lineis adumbrare, mihi tempus ab exacto hinc quadriennio inter turbines bellicos fora remorantes indulſit.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

CONSPECTUS GENERALIS OPERIS
De Originibus Slavicis.

Auctore JOANNE CHRISTOPHORO de JORDAN, S.R.M.Conſ.Boh.Aul.

CONSPECTUS INTRODUCTIONIS

CAPUT I.

De Bojis Celticis, quondam Bohemiæ incolis.

§. 1. Migratio Bojorum in Italiam & Germaniam circa A. V. C. 160.
3. Everſi in Italia A. V. C. 566. migrant ad Tauriſcos in partem Pannoniæ, & ibi demum æquè evertuntur per Dacos circa A. V. C. 700.
4. Migratio altera Bojorum in Aſiam A. V. C. 471.
5. Boji Bohemici infeſtantur per Cimbros A. V. C. 640.
6. Expelluntur per Marcomannos circa A. V. C. 692.

CAPUT II.

De Statu Illyrici, ejúsque acquiſitione per Romanos.

§. 3. Sub Conſulibus Romano Imperio adjecti Illyrii A. V. C. 525.
4. Dalmatæ A. V. C. 599. Japodes A. V. C. 626.
5. Macedones A. V. C. 544. §. 6. Iſtri A. V. C. 577.
7. Thraces A. V. C. 683. §. 8. Dardani, & Mœſi inferiores A. V. C. 679.
9. Scordiſci A. V. C. 644. §. 12. Sub Auguſti temporibus, Carni.
14. Mœſi ſuperiores A. V. C. 728. §. 15. Pannones A. V. C. 738. & 742.
16. Norici A. V. C. 738. & 742.

CAPUT III.

De varia mutatione populorum Illyrici.

§. 1. In Illyrico plurimæ gentes veteres everſæ ſunt.
4. In earum locum ab Auguſto usque ad Conſtantinum alii populi ex partibus transdanubianis tranſlati.

CAPUT IV.

De Marcomannis & Quadis.

§. 4. Marcomanni Bohemici ſecuti Arioviſtum in Gallias A. V. C. 696.
5. In ſtatu adhuc populari extenderunt ſedes ſuas in Pannoniam, unde autem in ſtatu Regio ſe retraxerunt circa A. V. C. 742.
6. Econtra plures populos ad Viſtulam ſibi ſubjiciunt.
8. Potentia Regis Marobodui.
10. Oppreſſio ejusdem A. V. C. 772. Chriſti 19. per Catualdam.
12. Oppreſſio Catualdæ Anno ſequente per Vibilium.
13. Clientes eorum ad Daciam locati.
15. Vannius Rex Marcomannorum per Vibilium regno pellitur A. C. 50.
16. Clientes ejus in Pannoniam recepti.

CA-

CAPUT V.
De imminutione Potentiæ Marcomannorum.

§. 1. Primus lapſus ſub Maroboduo. §. 3. Secundus ſub Catualda.
4. Tertius ſub Vannio, eò gravior, quòd regia dignitas unà cum ſede Regni translata ſit in Quados.
8. Reinvaleſcentia usque ad tempora M. Aur. Antonini.
12. Antonino acriter primùm reſtiterunt Marcomanni.
15. Victi dein, & conditionibus pacis graviſſimis ſubjecti.
19. Ad ima fermè redacti ſunt, & nomen abhinc ipſum Marcomannorum incelebre effectum eſt.

CAPUT VI.
De Statu Quadorum & Marcomannorum usque ad Attilæ tempora.

§. 2. Sub Gallieno reinvaluerunt Quadi occaſione motuum Gothicorum.
7. A tempore Aureliani iterum repreſſi ſunt.
13. Sub Conſtantino reinvaluerunt. §. 14. Sub Conſtantio II. repreſſi.
19. Sarmatæ Limigantes, ſeu Slavi, Quadorum Socii, pace donati.
20. Ut & Quadici, ac Marcomannici populi diverſi.
27. Marcomannia & Quadia regnum propriè tunc ampliùs non erat.
28. Motus Quadorum ſub Valentiniano.
34. Rara ab hinc memoria Marcomannorum.

CAPUT VII.
De Germanorum, præcipuè Alamannorum, & Vandalorum migrationibus.

§. 1. Attenuatio Marcomannorum in Bohemia, adeóque evacuatio ſedium pro recipiendo populo Czechico eſt objectum hujus capitis.
3. Translata Germanorum parte per Auguſtum in Gallias, Germanis ardor crevit, Gallias ſectandi.
6. Seculo tertio medio variæ gentes Germanicæ in Francorum, aliæ in Alamannorum nomen coëunt, illi Gallias, hi partim Gallias, partim Rhetias, & Italiam petierunt.
10. Tertius populus Rhenipeta Vandali erant. Omnes hi populi diverſis temporibus per clades & translationes valde attriti ſunt.
23. Vandalorum Burgundionum notabilis migratio ad Rhenum A. Chr. 374.
25. Migratio magna de A. 406. Vandalorum, Suevorum, & Alamannorum, quibus, ùt anteà ſœpe versùs Italiam, ita nunc in Gallias & dein in Hiſpanias aſſociati erant Marcomanni Bohemici.

CAPUT VIII.
Illatio ex dictis: migrationi Czechi & Lechi in Bohemiam ex parte Incolarum & Accolarum nihil obſtitiſſe.

§. 2. Synopſis Marcomannorum attenuationis in Bohemia.
6. Synopſis eorundem aſſociationis cum Alamannis popularibus ſuis.
12. Vicini Bohemiæ ex nulla parte Bohemiam inſedendam, ſed alias terras petierunt.
18. Ergo nihil obſtaculi circa Seculum quartum finiens Czecho erat, quò minùs Bohemiam penè deſertam intraret.
19. Quin & credibile eſt, Slavis, vaſta ſola, & pacificè quidem, appetentibus, multò anteriùs, ſi voluiſſent, Bohemiæ borealiorem partem pro ſedibus capiendis patuiſſe.

CAPUT IX.
De Gothis.

§. 4. Gothi à Seculo tertio medio infeſti fuêre Romano Imperio.
7. A Claudio, & Probo victi, & partim everſi, partim in priores ſedes repulſi, quieverunt.

§. 11.

Digitized by Google

§. 11. Sub Conſtantino, & Valente, iterum infeſti reprimuntur.
15. Sedibus pulſi ab Hunnis recipiuntur à Valente in Thracias.
20. Malè habiti rebellant, Illyricum vaſtant, Valentis exercitum cædunt, Hunnis ſe jungunt.
26. Oſtrogothi bellô vincuntur, Veſegothi pacificati in Italiam & Gallias migrant.
30. Oſtrogothi ab hinc, ùt populus, non niſi trans Danubium inveniuntur.

CAPUT X.
De Sarmatis ad Pontum Euxinum ſeu de Venedis Antis.

§. 1. Apud veteres Scriptores Scythia & Sarmatia Europea easdem terras denotat.
2. Relata Scriptorum de Sarmatis usque ad Seculum tertium medium Sarmatas Slavos non concernunt.
5. Sarmatæ Slavi ſub Tacito innotuerunt.
6. Sub Conſtantino dividebantur in Antas, & Limigantes, qui & Slavini dicti; hos protegendos ſuſcepit Conſtantinus, illos tanquam dubiæ fidei bello petiit.

CAPUT XI.
De Sarmatis Venedis, qui Limigantes & Slavini dicti.

§. 1. Occaſio migrationis Slavorum à Tanai fuit migratio & reſpectivè attritio populorum Scythicorum versùs Danubium præjacentium.
6. A. 276. ſub Tacito primùm Slavi Hiſtoriis Romanis innotuerunt, eorúmque pars ad latus Septentrionale Daciæ veteris ſeu Tranſylvaniæ, pars altera ad Pontum Euxinum conſedit.
9. Illi, Limigantes dein dicti, circa A. 280. ſub Probo in Daciam meridionalem ad Danubium, in Bannatum hodiernum Temesvarienſem, & Walachiam Cis-Alutenſem, itaque ad Limites Romanos recepti ſunt.
10. A. 332. Conſtantinus eos contra Gothorum inſultus protegit.
11. A. 334. Slavorum Dominorum ſeu liberorum pars à Servis expulſa à Conſtantino in fines Italiæ ad Carnos recipitur.
13. A. 358. Limigantes Slavi, ſedibus Dacicis affixi, conjungunt ſe Quadis, & Jazygibus, in bello contra Conſtantium II. Fides Ammiani, Scriptoris coævi, initia Slavorum ad Danubium indubia facit.
22. Accedit Tabulæ Peutingerianæ teſtimonium de Venadis ſub Probo ad Alpes Baſtarnicas.
23. Ex *Marha*, voce per Ammianum tradita, patet origo Slavica.
24. Conſtantius belliducem Slavorum Zizain Regio titulo ornat, aſt proptereà ex Primate in verum Regem apud ſuos tranſire non fecit.
26. Sub Valentiniano & Valente Quadi Pannonias, Gothi Thracias, Alamanni Gallias & Rhætias pulſabant, quorum motuum præfecti provinciales Romanorum in cauſa fuerunt.
34. Slavi Limigantes, Daciæ veteris incolæ, participes fuère hujus belli, & Socii Quadorum.
42. Aſt per globos voluntarios tantùm, unde & facilè abolitionem & pacem A. 374. ante Quados & Jazyges obtinuerunt.

CAPUT XII.
Generalia quædam Slavicas origines illuſtrantia.

§. 1. Examinantur hìc, remiſſivè ad Apparatûs uberiorem deductionem, vocabula ſequentia: §. 2. Barbarus. §. 3. Scytha. §. 4. Sarmata. §. 5. Venedus §. 6. Anta. §. 7. 8. Slavinus. §. 9. Croata. §. 10. Nomades. §. 11. Latrocinatio. §. 12. De moribus Slavorum, remiſſivè.

CAPUT XIII.
De Varietate opinionum ſuper adventu Czechi & Lechi in Bohemiam.

§. 1. Afferuntur hìc Synopticè ſententiæ Scriptorum Bohem. & Polon. ſequentium: §. 1. Chriſtiani. §. 2. Coſmæ. §. 3. Pulckavæ. §. 4. Æneæ Sylvii. §. 5. Dubravii. §. 6. Kutheni. §. 7. Hagecii. §. 8. Lupacii. §. 9. Codicilli. §. 10. Stranskii. §. 11. Miechovii. §. 12. Cromeri. §. 13. Herburti. §. 14. Decii. §. 15. Guagnini. §. 16. Balbini.

Digitized by Google

CAPUT XIV.

Veroſimillima ſententia de adventu Czêchi & Lechi in Bohemiam.

§. 1. Scythia magna pro hoc opere diſpeſcitur in inferiorem, quæ Dacia magna eſt, in occidentalem à mari Balthico usque ad Boriſthenem ſuperiorem & Tyram inferiorem, in mediam à Ponto usque ad Tanain, & in Orientalem à Tanai in ulteriora Aſiæ.

2. Populi antiqui inferioris Scythiæ ſeu Daciæ magnæ.

3. Populi antiqui Occidentalis Scythiæ. §. 4. Populi antiqui Scythiæ mediæ.

5. Ptolemæus meliùs Strabone deſcribere poterat populos Scythicos, ex notitiis Græcorum emporiorum ad Pontum & Boriſthenem.

6. Alanorum nomen apud Scriptores eſt latè patens.

7. Scythia Europæa olim non immeritò Germania vocari poterat.

8. Cimbri, Germanicus populus, olim ad Pontum in Aſiam usque ſe extenderunt; Getæ antiqui iidem cum Gothis perhibentur; Gepidæ, Tetraxitæ, Tyrigetæ, Exobygitæ erant ſpecies Gothorum ſeu Getarum.

9. Gothorum nomen generaliter ſœpe applicatur gentibus arcticis Germanicis, Herulis, Langobardis, Rugis, Scyris. Herulis Græci alia quoque nomina Boranorum, Boiſcorum, Scyris Alipzurorum, Alcidzurorum indiderunt.

10. Alanorum & Vandalorum nomen æquè generale fuit Germanicorum aliorum populorum, illud græcæ, hoc germanicæ derivationis, ſed ejusdem ſignificatûs.

12. Nomina Hyperboreorum, Sauromatarum, Nomadum, Amaxobiorum, Melanchlænorum, nullam gentem ſpecificant, ſed etiam generalia ſunt.

13. Jazygum & Chunorum nomina per ſe originem Hunnicam non indigitant.

14. Germanæ igitur potiſſimùm originis fuêre Scythiæ Europeæ incolæ usque ad Seculum quartum finiens.

16. Populi Scythiæ Orientalis ſeu Aſiaticæ.

17. Sedes Hunnorum antiquorum inter Caucaſios montes, Mœotidem, Tanaim, & Volgam, ſub approximatione horum fluviorum.

19. Sedes Slavorum antiquorum ſupra hanc approximationem, inter Tanaim & Volgam ſuperiorem.

20. Status Scythiæ Europeæ Slavos in Aſia, ut immigrationis animum conciperent, latere non poterat.

23. Seculo tertio tota fermè Scythia Europea contra Romanum Imperium ex ſedibus ſuis ſe movit.

25. A. 276. etiam remotiores Scythici populi inter Boriſthenem, Mœotim, & Tanaim ſedibus ſuis egreſſi ſunt, & maxima ex parte armis Romanorum perierunt.

26. Hoc igitur tempus erat, quo Slavi usque ad Alpes Baſtarnicas locis vacuis immigrarunt.

27. Circa A. 280. poſt translatos ex Dacia in Romanum Imperium à Probo Vandalos, Slavi, ad Daciam Septentrionalem tunc ſedentes, ad Limites Imperii Romani ſeu Danubium in Dacia meridionali admiſſi ſunt.

30. Fines Slavorum Limigantium.

31. A. 334. ex his ſedibus pars Slavorum ad Carnos in confinia Italiæ migravit.

32. Notabilia hujus migrationis; Arcaragantium nomen eis inditum denotat *Antes vi expulſos.*

33. In montibus Krapina & Pſari ad fluvium Krapina in Croatia fuerunt ſedes quondam Czechi & Lechi, ùt perpetua traditio fert.

34. S. Hieronymus fuit ex genere Arcaragantium ſeu Slavorum, & patria ejus Stridonium ad Murum fluvium, in confiniis Pannoniæ Hunnicæ Muro diremptæ, & Dalmatiæ propriæ Savo terminatæ.

36. Quousque lingua Slavica hodiéque in partibus illis vigeat.

39. Ex hac Croatia migrarunt Czechus & Lechus cum populo ſuo in Bohemiam. Cauſa migrationis disquiritur.

40. Migrationis tempus annus 374. ſtatuitur.

41. Czechus probabiliter ingreſſus eſt in Bohemiam ex parte Occidentis.

42. Vacua Bohemiæ pars pro receptione Czechi cum populo fuit, eámque vacuam eſſe Czechus dudum antè reſcire poterat.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XV.

Solutio contrariorum, & de primordiis Reipubl. Bohemo-Slavicæ.

§. 1. Annus 278. nimis feſtinus eſt pro adventu Czechi in Bohemiam, & Hiſtoriæ de Slavis repugnat.

3. Annus 550. vel quiſcunque alius Seculi Sexti medii, æquè non ſubſiſtit.

4. Auctoritas Procopii nullatenus obſtat ſententiæ de migratione Limigantium Slavorum A. 334. in Croatiam, & inde A. 374. in Bohemiam.

5. Quin potiùs ad id valet ea auctoritas, ut aſſeratur, Limigantium Slavorum tranſitum Danubii circa A. 473. & occupationem Singiduni, ad formale bellum, & invaſionem cum exercitu non pertinere.

6. Item irruptionem eorundem in Romanum Imperium de A. 358. & 371. non cum exercitu, totius gentis nomine, ſed per globos voluntarios patratam eſſe.

7. Quæ cauſa videri poſſit, diſcutitur, quòd Slavi ſub Juſtiniano Imperium Romanum per exercitus gentis nomine emiſſos vexaverint.

8. Annus 644. vel 639. nimiùm tardus eſt pro adventu Czechi in Bohemiam.

9. Slavi jam in Polonia ſedebant Seculo quinto, ad mare Balthicum ſaltem Seculo ſexto, & eodem Seculo in Thuringia.

10. Quin & ubique alibi, exceptis Bulgaris; ut igitur, Seculo ſeptimo primùm Bohemiam à Slavis inſeſſam eſſe, dici nequeat.

11. Traditio antiqua Græcorum, de Patria primæva Slavorum, & Hunnorum, eorúmque migratione ſub Conſtantini Imperio, involucris fabuloſis remotis, pro confirmatione hiſtoriæ Slavicæ, ùt in præcedenti capite ad A. 276. 280. 334. ſuppoſita, adducitur.

17. Hiſtoria Polonica de Lecho gentis ibidem conditore, ſi adventus Lechi & Czechi ad Seculum finiens quartum aſſeratur, rectè convenit, non item, ſi adventus vel multùm anticipetur, vel differatur.

22. Idem obtinet in hiſtoria Ruſſica de Ruſſo gentis ejus conditore.

23. Cromero, Hiſtoriographo Polono, & aliis tempus Attilæ ad initia Slavo-Bohemica & Polonica applicantibus reſpondetur.

24. Sententia pro A. 374. multùm adjuvatur per migrationem Burgundionum ex Vandalia ad Rhenum de illo ipſo anno.

25. Dialecti Croaticæ diverſitas à dialecto Bohemica nihil obſtat migrationi Czechi ſuppoſitæ ex Croatia in Bohemiam, ſed ſuppoſita potiùs firmantur ex uniformitate Dialecti Hungaro-Slavicæ & Bohemicæ.

26. Coarctata ab Hagecio primordia Reip. Bohemo-Slavicæ rectiori chronologiæ reſtituuntur.

30. Sub Czecho paternum, poſt Czechum longiſſimo temporis intervallo primævum & genti Slavicæ agnatum Optimatum, dein ſub Croco, & Libuſſa Primatum, demum ſub Primislao Principum verorum regimen obtinuit.

34. Mores Nomadici in victu, amictu, & habitatione, inconſideratè à Coſma ex Scriptoribus de Scythicis quibusdam populis antiquiſſimis ad primos Bohemiæ incolas Slavos tracti ſunt.

37. Reliqua notabilia de primordiis Slavo-Bohemis.

CAPUT XVI.

De Herulis.

§. 1. Herulorum origo ex inſulis arcticis Germanicis.

2. Sedes primæ extra patriam in Scythia.

3. Tempore Attilæ ſederunt in Hungaria ſuperiore ſupra Jazyges & Pannoniam veterem.

7. Manſerunt in ſedibus his poſt Attilam.

8. Anno 476. autem pars eorum cum Odoacro in Italiam migravit.

9. Reliquus populus, ſedibus dictis adhærens, inde A. 493. à Langobardis pellitur, & Rugorum quondam ſedes ad Tibiſcum ſuperiorem occupat, mox ulteriùs in Gepidiam ſeu Tranſylvaniam progreditur.

11. Aſperè habiti à Gepidis partim in patriam primævam, circumactis Carpaticis montibus, & tranſitis Slavis jam in Polonia hodierna tunc ſedentibus, repedant.

12. Partim Anaſtaſii Imp. beneficio ſedes in Rom. Imperio nanciſcuntur.

Digitized by Google

CAPUT XVII.
De Rugis, Scyris, & Satagis.

§. 1. Populorum horum origo ex oris maris Balthici.
2. Turcilingi erant ſpecies Scyrorum.
3. Populis illis Attilæ ſociis poſt mortem Attilæ ſedes aſſignatæ ſunt in Provinciis Romanis Thracicis.
4. 10. Sedes ſub Attila erant ad Tibiſcum ſuperiorem & Carpaticos montes.
5. Ante Hunnorum eruptionem verò in Scythia inter Gothos & Alanos.
7. A. 469. Satagæ inveniebantur in Pannonia ad Cetios montes.
8. A. 472. Scyri in parte Norici Ripenſis, & ſimul è regione trans Danubium.
11. Rugi partim A. 474. Scyrorum deletorum ſedes Noricas occupant.
12. Partim A. 476. cum Odoacro in Italiam migrant.
13. Rugi ad Noricum A. 487. ab Odoacro evaſtantur.

CAPUT XVIII.
De Gepidis.

§. 1. Gepidæ erant ſpecies Gothorum. Nominis Gepidarum derivatio.
2. Gepidæ erant Attilæ Socii.
3. Sedes poſt mortem Attilæ in Dacia ab Hunnis poſſeſſa.
§. 4. A. 472. Gepidæ cum aliis gentibus contra Gothos pugnarunt.
5. Gothi Gepidas, ùt alias gentes, ſub jugo quaſi habuerunt.
6. Gepidis ſtipendia Romani, & poſſeſſiones in Dacia Ripenſi conceſſerant.
8. Gepidæ everſi à Langobardis A. 553.

CAPUT XIX.
De Oſtrogothis.

§. 2. Sedes Gothorum ante Attilam in Scythia.
3. Gothi Attilæ adhæſerunt. §. 4. Sedes Gothorum poſt Attilam in Pannonia.
5. Attilæ filii à Ponto Euxino cum exercitu redeuntes tentarunt Gothos reſubjicere, ſed cæſi & fugati iterum ſunt.
6. Invaſionis & fugæ ſocii fuerunt Conſanguinei Attilæ in Dacia Ripenſi ſedentes.
7. Oſtrogothi Romanis fœderati ſtipendia percipiebant.
8. In vicinos arma movent, imprimis Satagas, ſed eodem tempore invaſi à Dintzig filio Attilæ, in hunc arma vertunt, & victoriâ ſibi quietem ab Hunnis impoſterùm parant.
10. Oſtrogothorum bella in vicinos quoslibet.
14. In Limigantes Slavos in Temesvarienſi Bannatu hodierno.
15. A. 474. Pannonias deſerunt, & pars in Italiam, dein in Galliam ad Veſegothos populares ſuos migrat.
16. Pars altera Orientem ſeu Imperium Conſtantinopolitanum petit, ibique ſedes novas accipit.
17. A. 488. contra Zenonem novas res molitur, ab eo autem, ut ſe à populo hoc liberaret, in Italiam ab Odoacro invaſore vindicandam, dirigitur; quam illi Anno 489. ingrediuntur, & A. 493. Odoacro occiſo, ſoli obtinent.
18. Oſtrogothi, jure Italiæ, Illyrici gentibus, à Dalmatis usque ad Noricos & Pannones, imperabant. Suevi & Alamanni autem Francis parebant.

CAPUT XX.
De Langobardis.

§. 1. Langobardorum origo ex Scanzia, ſeu Inſulis arcticis Germanicis.
2. Migratio prima A. 379. & ſedes variæ in Vandalia & Scythia.
4. Langobardi A. 476. ex Scythia in Rugorum derelictas ſedes inter Tibiſcum Superiorem & Carpaticos montes migrant, ſub Rege quinto Gudehoc.
5. Sub Rege ſeptimo Tatone in alteram Rugilandiam ad Danubium Norici A. 487. dein in campos patentes, hodie Marchfeld Auſtriæ, A. 491. ſe transferunt.
6. A. 493. Herulos ſuperant, & ſedibus pellunt, itaque Hungariâ hodiernâ ſuperiore potiuntur.

§. 7.

Digitized by Google

§. 7. A. 497. Tato à Wachone Regni invaſore occiditur.
8. Hiſtoria de Riſiulfo filio, & Ildigiſale ſeu Hildechi nepote Tatonis, qui ad Slavos confugit.
9. Langobardi A. 526. ſub Rege Audoin ſedes in Pannoniam transferunt, quæ & à Juſtiniano ex pòſt confirmatæ.
10. A. 548. bellum ortum inter Langobardos in Pannonia, & Gepidas in Dacia; Hildechis ſpe Regni recuperandi à Slavis ad Gepidas ſe confert.
12. Pace compoſita, Hildechis, ut extraditionem ſui evitaret, ad Slavos redit.
14. Paulus Diaconus hiſtoriam Wachonis & Audoini ſtudio gentis ſuæ mancè tractat.
15. A. 549. rupta pace bellum reparatur, mox induciæ biennales placent.
16. A. 551. finitis induciis, Gepidæ acri prælio vincuntur.
17. A. 553. decretorio prælio Gepidarum res evertuntur.
18. Langobardi A. 551. Narſeti contra Gothos auxiliarii, Italiam ſpeculati,
19. A. 567. à Narſete in Romanum Imperium concitati,
20. A. 568. Pannonias Hunnis Avaribus cedunt, & Italiam occupant.

CAPUT XXI.
De Slavinis & Antis.

§. 1. Scriptores nomina Slavorum, Slavinorum, & Antarum confundunt.
2. A. 451. Attilæ non, ſed Romanis auxiliares fuère Slavi.
3. Auxiliarii hi Slavini Limigantes fuiſſe cenſendi ſunt.
4. Slavini ſtipendia à Romanis, ad morem aliarum gentium, percepiſſe non leguntur.
5. In conſervationem eorum id, apud alias quoque gentes, ceſſit.
6. Poſt Attilam A. 454. Slavinorum pars, in præmium præſtiti auxilii, in Romanum Imperium, ad populares ſuos Charvatas, recepti ſunt.
7. A. 472. Slavini cum aliis populis contra Gothos pugnant;
8. A. 473. Rex ſeu Primas Slavinorum Babai à Gothis occiditur, erepto quoque Singiduno, quòd Slavini cis Danubium occupaverant.
9. Gothorum hiſtoria confirmat ſedes Slavinorum in Dacia Trans-Danubiana ad Danubium.
10. Slavini, nec Romanis, niſi comi reverentia, nec Gothis jam Italiæ poſſeſſoribus, ſubfuerunt. Charvatæ Slavi autem Jure Italiæ Gothos recognoverunt.
11. Slavini nec ſub Juſtiniani initiis irruptionum, ab Antis Slavis in Romanum Imperium patratarum, niſi fors per globos voluntarios, participes fuerunt.
12. Procopius Slavinorum nomine, pro generico Slavorum, utitur, & de Antis intelligendus eſt.
13. Hiſtoria belli Langobardici & Gepidici multum lucis originibus Slavicis affert. Fuga Hildechis, ſeu Ildigiſalis, vel Ildisgi ad Slavinos ante annum 515. & iterum A. 548. denotat, eàm primò tempore ad Slavinos in ſedibus Dacicis, ſecundo ad eosdem jam in ſedibus quondam Quadicis conſiſtentes contigiſſe.
14. Irruptio Slavorum in Rom. Imperium de A. 549. ad Antas pertinet.
15. Ut & de A. 550. quo Antæ in Dalmatiis perpetuum domicilium ſibi fixerunt.
16. A. 551. Antæ Thracias diripiunt.
18. Deducitur, irruptiones omnes in Romanum Imperium non à Slavinis, ſed Antis factas eſſe, & Slavinos, potiſſima ex parte, in terras olim Quadicas, pòſt ab Herulis, & demum à Langobardis poſſeſſas, ad condendam ibidem novam Remp. Slavo-Moravicam migraſſe.
21. Inter cauſas migrationis Slavinorum fuit, quòd Antæ in Slavinos dominatum exercere voluerint, & arma propterea moverint A. 545.
23. Hiſtoria Ildisgi mutatas Slavinorum ſedes requirit.
24. Geſta igitur ad Danubium inferiorem poſthàc Antas, non Slavinos, ſpectant.
25. Antarum pars ab A. 550. in Dalmatiis ſedit.
26. Reliqui Antæ Trans-Danubiani Hunnis Avaribus ſe ſociarunt. Eis Scriptores applicant nomen genericum Slavinorum.
27. Geſta Antarum eorum ab A. 559. usque ad A. 664.
31. Slavi Bulgari jam A. 634. Jugum Chagani Avarum abjecerant.
32. Idem de Slavis Antis dicendum, & hi vel tunc, vel ſaltem A. 679. ſub Bulgarorum Imperium conceſſerunt. Juſtinianus II. ex Antarum gente A. 692. immenſum numerum in Aſiam tranſtulit, ex eáque exercitum 30. millium, nomine populi peculiaris indito, elegit.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XXII.
De Slavis Charvatis ſeu Croatis.

§. 1. Anno 454. novum accrementum Charvatis acceſſit ex popularibus Slavinis Limigantibus.
2. Locus migrationis à Jornande certificatur, quod & ſequentibus 3. §§. deducitur.
3. Gothi non poſſederunt totam Pannoniam, ſed latus Cetiorum montium ab Hunnis & Satagis, ſeu Cemandris, pars verò ultra Murum fluvium à Charvatis ſeu Arcaragantibus poſſidebatur.
5. Nec Hunni ſub Attila ante Gothos totam Pannnoniam, ſed usque ad Murum fl. tenuerunt, & inter Murum & Savum, in confiniis Pannoniæ Hunnicæ, & Dalmatiæ propriæ, erat Arcaragantium terra, & S. Hieronymi patria.
6. Charvatarum terra ante Attilam & poſt Attilam paruit Romanis, non Hunnisſub Attila.
7. Non Gothis poſt Attilam.
8. Ab A. 476. ditio ea in Odoacrum jure Italiæ devoluta eſt, qui autem eam negligenter habuit, ita ut Charvatæ, Hunni, & Bojoarii fundamentum ſeparatarum Rerump. inde repetere queant.
9. Crevit hæc libertas ſub diſturbio belli inter Odoacrum Rugum, & Theodericum Gothum annis 489. usque 493.
10. Abinde verò æmulatione inter Gothos & Francos, qui reliquias Imperii Rom. extra Italiam ad ſe trahere nitebantur.
11. Utrorúmque diſſimulatione tres illæ Reſp. A. 508. fines ſuos dilatarunt; Bojoarii quoque Francico Imperio A. 527. acceſſerunt.
12. Charvatæ non item, ſed Gothis obſtricti manſerunt.
13. Usque ad bellum Gothicum A. 535. quo à Gothis liberati, ad Romanos reciderunt, ùt & Hunni Norici.
14. Quæ Procopius ad bellum Gothicum de Hunnis, Romanorum caſtra ſecutis refert, de Hunnis Noricis, & Slavis Charvatis accipienda ſunt, licèt hos modò Sclavenos, modò Antas, nominet.
15. Ad finem belli Gothici ditio Romana in Charvatas à Francis Regibus, per occupatam agri Veneti maximam partem, intercepta fuit.
16. Ab hoc tempore igitur Charvatarum ſubjectioni per Bojoarios ſtudebant Franci. Illi autem fœdus cum Hunnis Noricis, & poſteà etiam Avaribus inierunt.
17. Seculo ſeptimo initiante Hiſtriam non Slavi Charvatæ, ſed Dalmatæ, qui priùs Antæ, occuparunt.
18. Ad idem tempus ſingularia quædam in Fredegario occurrunt. Sclavi, cognomento Winidi, ſunt Charvatæ.
19. Avari, cognomento Chuni, ſunt Hunni Norici.
20. Fœdus Charvatarum cum Hunnis pro libertate contra Francos tuenda initum, in dominatum Hunnicum degeneravit, unde Samo Rex à Charvatis ſeu (ùt tunc Germanis dicebantur) Charentanis A. 624. eligitur.
21. Abhinc ſubjugationi eorum à Francis acriùs inſtitum, ſed fruſtra, & clade de A. 629
22. A. 630. & ſeqq. Charentani Francos in Provincia Thuringica ultrò in vindictam laceſſiverunt.
23. Mortuo Samone A. 659. in Charentanorum quieta Rep. non Regum ſed Optimatum regimen obtinuit.
24. Usque ad Seculum ſubſequens, & ingruentem novam Hunnorum multitudinem, quo ad Reges reditum. Rex is tum fuit Boruth; & jam demum ſimul ad protectionem Francici Imperii recurſum eſt.
25. Ab hoc tempore Francis usque ad interitum ſtirpis Carolingicæ paruit Charentanorum Regio.

CAPUT XXIII.
De Slavis Pannoniæ inferioris, & Dalmatiæ, nec non de Sorabis tum Dalmatiæ tum Thuringiæ.

§. 1. Qua occaſione poſt A. 469. à Slavis Limigantibus Singidunum, civitas limitanea Pannoniæ inferioris, occupatum fuerit.
2. Slavi alii Trans-Danubiani in Rom. Imperium à Juſtiniani initiis irruptiones frequentarunt.
4. A. 550. irruptio maxima contigit.

§. 5.

Digitized by Google

§. 5. Eo eventu, ut inde Antæ perpetuas ſedes in Dalmatiis fixerint.
6. Chaganus Avarum ab A. 567. in Slavos Dalmatas ſuperioritatem exercuit.
7. Slavi Dalmatæ A. 657. dum jam Avarum potentia concidiſſet, ab Imperatore Conſtantinop. ſubacti ſunt.
8. Seculo nono Dalmatiæ, integraliter per Slavos habitatæ, diviſæ erant inter Imperium Orientis & Occidentis.
9. Slavi Sorabi Dalmatiæ ad hiſtoriam Bohemicam faciunt.
10. A. 567. non antè, pars eorum, ab Avaribus bello in Thuringiam ducta, ibidem ſedes fixit.
11. A. 630. Dux Soraborum Thuringicorum ſe & populum protectioni Samonis Charentanorum Regis commiſit, & Thuringiam reliquam Francicam unà invaſit.
12. Saxonibus A. 631. à Francis tributum remiſſum, ut cohiberent Sorabos Thuringicos.
13. Ab A. 632. per Sigebertum Regis Franciæ filium refrænatæ irruptiones.
14. Circa A. 741. Sorabi Thuringici diſpergebantur in varias Diœceſes pro colonis cenſititiis.
15. A. 779. Witichindus Rex Saxonum Sorabis imperaſſe videtur.
16. A. 789. Sorabi erant in exercitu Caroli M. contra Slavos Boreales.

CAPUT XXIV.

De Hunnis & Avaribus.

§. 1. Quatuor ſunt epochæ rerum Hunnicarum. Hìc de duabus prioribus quæſtio eſt.
2. Primam epocham conſtituunt Hunni Cuturguri. Recenſentur relata Scriptorum de Hunnicis Originibus, & Sedibus antiquis.
3. Orditur epocha hæc ab A. 373. dum Hunni in terras Danubio proximas advenirent.
4. Gothis inſtigantibus & Sociis Hunni primùm A. 378. Romanum Imperium invadunt, Thraciam quidem iterum derelinquunt, non verò Pannoniam.
5. Quieta Pannoniæ poſſeſſione ab A. 401. ob recens in Romanos meritum occiſi Gainæ Gothi gaudent.
6. A. 425. primum fœdus cum Romanis ob derelictum Joannem Tyrannum meruerunt. Attila Rex fuit ab A. 430.
7. Quouſque Attila cum Romano Imperio amicè egerit.
8. Ab A. 441. haud amica moliebatur Attila, quæ tamen pactis pecuniariis reparata.
9. Ab A. 451. in apertas inimicitias erupit Attila.
10. Mos Hunnorum in tribus prioribus epochis, cultores terræ indigenas ſecum pati, & non niſi munitas civitates & caſtella diruere.
11. Qui fuerint ſocii Attilæ in expeditione Gallica de A. 451.
12. Via, ex Pannonia per terras Trans-Danubianas Germanicas ad Silvam Marcianam & Rhenum.
13. Via diverſa fuit in altera expeditione Gallica de A. 453. ex Pannonia per Noricos, Rhætos, & Helvetios.
14. Poſt mortem Attilæ Hunni recedunt in Scythiam ad Pontum.
15. Quidam Hunnorum, beneficio Marciani Imp. ſedem retinuerunt in Romano Imperio.
16. Alii in vicinia Slavorum Charvatarum ad Murum fl. & Cetios montes.
17. Attilæ filii repetitum venerunt Pannoniam à Gothis, ſed repulſi ſunt.
Hic fuit epilogus epochæ Hunnorum primæ.
18. Ex hac tamen reſidui manſerunt Hunni Norici.
19. De Hunnis profugis ad Pontum hiſtoriæ triplici potiſſimùm tempore, anni 514. de invaſione Thraciarum cum Vitaliano Tyranno, Initii Juſtinianei de invaſione Illyrici, & anni 550. quo in auxilium vocati à Gepidis, memorant.
20. Ad epocham Hunnorum ſecundam quædam de Uturguris, qui partem conſtituunt, præmittuntur.
21. A. 552. Langobardi non cum Avaribus, ſed cum aliis Hunnis, fœdus perpetuum inierunt.
22. Iis auxiliaribus A. 553. Gepidas everterunt.
23. A. 557. primùm ex Aſia ſupervenerunt Hunni, qui ſe Avares dicebant. Hi ſub ſuam poteſtatem redegerunt Hunnos Uturguros & Cuturguros, atque etiam Hunnos in Dacia Gepidica commanentes. Ab Avaribus omnes Hunni alii nomen aſſumpſerunt, & illi dominati ſunt in epocha ſecunda.
25. Hunni, qui A. 561. Thuringiam invaſerunt, non fuerunt Avares, ſed Norici ex prima epocha.
26. In ſecunda invaſione Thuringiæ A. 567. jam omnino Avares adfuerunt.

Digitized by Google

§. 28. Ab A. 568. Avares, dum Pannoniâ per Langobardos ceſsâ firmarentur, Imperio Romano inſtant, prætextu Sirmii, quod, ùt antè Gepidarum, ita nunc ſuum eſſe contendebant.
29. A. 575. primum fœdus à Tiberio Cæſare cum Avaribus factum.
30. A. 579. ruptum fœdus. A. 580. Sirmium ab Avaribus captum.
31. Geſta reliqua cum Avaribus.
37. A. 601. multiplici clade Avares afficiuntur, & ab inde potentia eorum decrevit.
42. A. 624. Slavi Charentani, electo ſibi Rege Samone, Avares & Hunnos Noricos vincunt, & ſe in libertatem vindicant.
43. Ab hinc fractæ vires Hunnorum Noricorum.
44. Geſta eorum poſtrema contra Langobardos A. 670.
45. In hiſtoria Langobardorum nihil ampliùs de Hunnis occurrit.
46. Hunni Norici jam undique infeſtis viciniis circumdabantur.
47. Avarum Trans-Danubianorum geſta poſt A. 601.
48. A. 634. Hunni Cuturguri ad Pontum, & Slavi Bulgari à Chagano Avarum defecerunt.
49. Quod & dicendum de Slavis Antis, ſaltem A. 679.
50. Nunc ergo epocha quoque Hunnorum ſecunda finiit.

CAPUT XXV.
De Bojoariis.

§. 1. Per Boicam hiſtoriam locus primæ & ſecundæ migrationis Slavorum Limigantium de A. 334. & 454. certificatur.
2. Brunnerus pleraque relata Aventini, de primordiis gentis Boicæ, ùt fabulas traducit, de Slavis autem & Hunnis ſimpliciter tacet, quod ſignum eſt, nihil ſuppetiiſſe, quo Aventinum refelleret.
3. Schönleben, & Reiffenſtuell apertè negant, Slavos ante Seculum ſextum medium Carnioliæ incolas fuiſſe, auctoritate ſolius Procopii, ùt ſuprà; hac autem nullatenus obſtante, corruit negatio & ſententia utriusque.
4. Aventinus, accommodè intellectus, rectiùs ſcripſit Brunnero, in principalioribus poſitionibus originum Boicarum. Nempe in tempore everſionis Bojorum Pannonicorum per Dacos. In tempore expulſionis Bojorum Bohemicorum per Marcomannos.
5. Aventinus Bojos veteres citra & ultra Danubium diſperſos ad novam Remp. de A. 508. recolligit. Explicatur veroſimilis mens Aventini.
6. Brunnerus econtra omnes Bojos ex proximo Trans-Danubium agro veterum Nariſcorum advocat. Refutatur.
8. Aventinus prælia Bojorum celebrat in obtinenda Vindelicia, Romana provincia. Brunnerus Aventinum ſolum horum fabuloſum teſtem habet.
9. Diſcutitur ſtatus Vindeliciæ pro illo tempore, & ſtatuitur, incredibile videri, Vindelicos intentatis armis ſibi paſſos dominari.
11. Aventinus Bojos aſſenſu & inſtinctu Regis Francorum Clodovei ad ſubjugandam Vindeliciam fultos fuiſſe refert, & fidem præ Brunnero id indirectè inficiante meretur.
12. Limites Bojoariæ, Italia & Danubius, rectè aſſeruntur ab Aventino, ſi Italiæ includatur Rhætia.
13. Ex annalibus igitur Aventini Slavicis originibus teſtimonium perhibetur, dudum ante Seculum ſextum medium Slavos & Hunnos circa Noricum ſediſſe. Aſſertio Aventini de vagis eorum ſedibus explicatur.
14. Porro Boica hiſtoria confirmat, Hunnos invaſores Thuringiæ A. 561. ex Norico fuiſſe.
15. Brunnerus S. Ruperti adventum in Bojoariam ſeculo fermè anticipat.
16. Franciæ jugum à ſeſe amoliri niſus eſt Garibaldus I. A. 578.
17. Grimoaldus A. 725. Hugibertus A. 728.
18. Demum Thaſſilo III. A. 763. & 788. aſt in irritum, & in derogamen Ducalis dignitatis ceciderunt hæc molimina.

CAPUT XXVI.
De Thuringis.

§. 1. Thuringorum ſitus ex Ptolemæo. Thuringi A. 428. veteres Francorum ſedes à Boda amne usque ad Werram occupant.
2. A. 475. Thuringi Francicas quasdam provincias vaſtant. Ab A. 476. Thuringia ad Danubium usque extenſa fuit.
3. Thuringi A. 491. Francis tributarii fiunt.

§. 4.

§. 4. Effectu tamen clientelæ tantùm & comis reverentiæ.
5. A. 527. tributo nominatim ſubjiciuntur, parte Thuringiæ adempta, & Saxonibus contradita.
6. Bella annorum 561. 562. 567. cum Hunnis & Francis.
9. Sorabi Slavi A. 567. à Francis in Thuringiam collocati, ut Thuringi in officio erga Francos continerentur.
10. Bellum Hunnorum A. 596. contra Francos in provincia Thuringia.
11. Seculo ſeptimo Thuringi in majorem libertatem ſe vindicant.
12. A. 640. Radulphus Dux apertè deficit à Francis.
13. A. 704. Franconia hodierna Thuringiæ pars fuit.
14. A. 717. Saxones Thuringiam invadunt. §. 15. Thuringiæ diviſio A. 724.
16. A. 740. Thuringiæ pars, quæ nunc Franconia audit, à jugo Saxonum liberata Francico Regno incorporatur.

CAPUT XXVII.

De Saxonibus.

§. 1. Saxones Seculo primo in oris maris Balthici ſedebant in Holſatia.
2. Seculo quarto eædem adhuc ſedes.
3. Seculo quinto extenſæ erant ſedes per alias oras Oceani usque ad Rhenum.
4. Seculo ſexto A. 534. Saxones à Francis ſedes quoque ultra Viſurgim usque ad Salam in Northuringia obtinebant.
5. Bella cum Francis circa Seculum ſextum medium. A. 556. Francis tributarii fiunt.
8. Saxonum partis migratio in Italiam A. 568. cum Langobardis.
9. Redierunt A. 573. eò quòd ſuis legibus vivere non permitterentur inter Langobardos.
10. Seculo Septimo initiante in majorem libertatem ſe vindicant.
12. A. 631. tributo liberantur. §. 13. Varia bella Saxonum contra Francos variâ fortunâ.
19. A. 747. tributum 500. Vaccarum anteà remiſſum reimponitur.
21. A. 758. tributum conſtitutum 300. equorum.
22. A. 772. cœpit bellum Saxonicum Caroli M. quod 33. annis duravit.
27. A. 803. maxima pars Saxonum pacificata. Saxonia tranſiit in provinciam Francorum.
28. A. 804. reliqua pars. Saxonibus terræ ablatæ, & Obotritis Slavis datæ. Multitudo quoque Saxonum aliò translata.
29. Saxones diſtinguebantur in nobiles, liberos, & homines proprios.
30. Comites & Judices à Francis Saxoniæ præpoſiti non usquequaque Juſtitiæ & æquitatis ſectatores fuiſſe videntur.

CAPUT XXVIII.

De Regno Moravorum.

§. 1. Regni Moravici hiſtoriam commentariis illuſtrarunt Peſſina, & Stredowsky.
2. Regni Quadici ad finem vergentis ſtatus ex Ammiano Marcellino. A. 358. tota Quadia in plurimos populos ſejunctos Quadicos & multas Resp. particulares diſcerpta erat.
3. Sub Quadis cis Danubium erant Romanæ adhuc tunc provinciæ, Noricum, & Pannonia: trans Danubium Jazyges, & Slavi Limigantes.
4. Debilitati hoc jam tempore Regni Quadici origo ex geſtis M. Aur. Antonini Imp. Seculo ſecundo petenda.
5. Parum formidandam nationem Quadicam dixit Ammianus ob diſtractam potentiam in plures Resp.
6. Humiliationem Quadorum adauxit Valentinianus Imp. A. 375.
7. Et ingens Hunnorum multitudo, quæ tunc terras Danubianas inundavit.
8. Quadorum terræ, usque ad hodiernæ Moraviæ terminos, certè tunc Hunnis, eorúmque aſſociatis populis ſubjacuêre.
10. Pro elucidatione hujus aſſerti examinatur ſubſequens ſyſthema annorum 491. & 493.
11. Indubium fermè evadit, tempore Hunnorum invaleſcentiæ plurimos Quados veteres aliò cum popularibus ſuis Suevis & Alamannis emigraſſe; idque tum A. 406. in magna migratione gentium Germanicarum.
12. Tum A. 451. cum exercitu Attilæ & plurium populorum, inter quos & Quadi fuerunt, in Gallias.
13. Hic ergo epilogus fuit rerum Quadicarum. Migratio Herulorum ex Quadia A. 493. nondum,

Digitized by Google

dum, bene autem Langobardorum de A. 526. Quadicas reliquias ad ſuccreſcentiam in novum Regnum excitabat.

§. 14. Terris illis replendis Quadi ex ſe ſufficere non poterant. Aliunde ergo vel acciti vel admiſſi populi, & quidem Slavi Limigantes ex hodierna Temeſienſi regione.

15. Nunc igitur, nempe inchoativè A. 526. & de cætero circa A. 548. Slavini Quadiæ immigrarunt, & fundamenta novi Regni Slavo-Moravici jacta ſunt.

17. Sub initiante ſecunda epocha Hunnorum ab A. 553. noviter ſuccreſcens Reſp. Slavo-Moravica intra terminos Quadiæ antiquæ propriæ ſeſe continere neceſſe habebat.

18. Hunnorum Avarum depreſſa potentia eſt Seculo ſeptimo ineunte; Hunnorum Pannonicorum & Noricorum verò per defectionem Slavorum Charentanorum de A. 624.

19. Per migrationem quoque in Orientem de A. 626.

20. Ultima geſta eorum autem ſunt de A. 670. cum Langobardis.

21. Ceſſante potentia Hunnorum ubique, Slavo-Moravis primus Rex fuit circa A. 690. Maroth. Hìc jam acceditur Peſſinæ.

22. Primus Rex Slavo-Moravicus Babak ſeu Babai, quem Peſſina vult, agnoſci nequit. Fuit ille Primas Slavinorum Limigantium usque ad A. 473.

23. Nec Samo Charvatarum Rex A. 624. pro Rege Moraviæ agnoſci poteſt.

24. Maroth, ùt dictum, primus Rex erat.

25. Marotho circa A. 720. ſucceſſit Suatoſs, cui teſtantur hiſtoriæ Hungaricæ. Victus is ab Hunnis tertiæ epochæ, & parte magna regni ſui privatus A. 744.

26. Nimiùm extendit Peſſina regnum ejus, ad Pontum usque.

27. Boruth Charentanorum Rex auxiliaris Suatoſſio contra Hunnos adfuit.

28. Pro Slavicis originibus firmandis faciunt chronica Hungarica de reſiduis tunc Hunnis priorum migrationum in exercitu Suatoſſii inventis.

29. Suatoſſium aquis Danubii periiſſe Hungaricæ, ſalvum evaſiſſe & novam Regiam Welehradii condidiſſe, Moravicæ hiſtoriæ volunt.

30. Circa A. 750. Suatoſſio ſucceſſit Samomir.

31. A. 791. Regnum Moraviæ Samoslav tenuit. Hiſtoria belli cum Carolo M. à Peſſina tradita ſecundùm annales Francicos emendatur.

33. Item hiſtoria bellorum primorum inter Moravos & Bohemos. de A. 793. & 800.

34. Lechus nullus Moravis Rex, ſed is Bohemis Bellidux in bello contra Caroli M. filium Carolum A. 805. fuit.

CAPUT XXIX.

Corollarium ad origines Slavicas.

§. 1. Conexio hujus capitis ultimi. Inſtituti totius quædam generalis explanatio, præfationis locò.

2. Notio diſtinctior populorum antiquorum circa Bohemiam, ad origines Slavicas perquàm neceſſaria eſt. Fontes, unde hæc notio deſumatur. Explicatur idea Plinii & Taciti de ſitu populorum Germaniæ antiquorum.

3. Situs populorum antiquorum ad Orientem Bohemiæ, à Viſtula usque ad Hercinium nemus, ex Ptolemæo, Tacito, & Plinio.

4. Situs populorum antiquorum ad Septentrionem Bohemiæ à mari Balthico inter fluvios Viſurgim & Viadrum ſeu Oderam usque ad Sudetos montes.

5. Situs populorum antiquorum ad Occidentem Bohemiæ à Cattis populis & Rhenicolis Suevis incipiendo usque ad montes Bohemicos Occidentales.

6. Occidentales Germaniæ populi apud Tacitum ſeparantur à Suevis per Chaucos, Cattos, Cheruſcos. Ptolemæus plures populos, qui ſuo ævo jam evanuerant, pro integris ex Marini ævo recenſet. Qui populi Ptolemaici pro Taciti Nariſcis, qui pro Hermunduris habendi ſint?

7. Tacitus nullos certos fines Germaniæ circa Rhenum & Danubium tribuit, minùs verò Viſtulam pro limite agnoſcit. Ptolemæus dubium reliquit, an non Sarmatiam Europæam, ùt Tacitus, & Plinius, pro Germanica habuerit.

8. Tempore M. Aur. Antonini A. 172. Nariſci & Hermunduri ad Occidentem Bohemiæ in eodem ſtatu, ac tempore Taciti, manſerant. Ad meridiem Bohemiæ Nariſci à Marcomannis repreſſi erant, ſed & hi ibidem Vandalis locum facere juſſi ſunt. In tergo Quadorum non ampliùs inveniebantur Marſigni & Oſi. Seculo tertio inchoante accolæ ſudetorum montium Albim emittentium non Hermunduri, ùt antè, ſed Vandali vocabantur.

9. De quinque præcipuis Germaniæ populis Seculo tertio medio. Etymologia Vandalorum, Suevorum, & Saxonum.

10. Etymologia Francorum, & qui populi Germaniæ in eorum nomen coaluerint.

§. 11.

Digitized by Google

§. 11. Etymologia Alemannorum, & qui in id nomen coiẽrint, nec non in nomen Saxonum.
12. Hermunduri partim in Francorum, partim in Alemannorum nomen tranſierant, reliqui Thuringorum nomen ſortiti ſunt, qui Seculo quinto dein in totam viciniam Occidentalem Bohemiæ ſe extenderunt, Nariſcorum & Hermundurorum nomine abolito.
13. Situs populorum Germanicorum ad Rhenum ſuperiorem & Danubium ex Tabula Probiana circa A. 280. Ad Danubium ſupra Alemannos tunc ſedebant Armalauſi Vandali, ſub Bohemis Vandali ſinè ſuperaddito nomine, ſub Moravia Vandali Jutugi.
14. Situs populorum in Bohemia, Moravia, Auſtria, & Hungaria ſuperiore, Seculo quarto medio, in pluribus diſcerptis Rebuspublicis. Populi hi reſpectu Moraviæ & Hungariæ reuniti non ſunt nisì Seculo ſexto medio ſub Republica Slavo-Moravorum, quæ autem Reip. Slavo-Bohemicæ nihil negotii uſque ad finem Seculi octavi fecit.
15. Eodem anno, quo Czechus cum populo ſuo Slavico in Bohemiam advenit, nempe A. 374. migrarunt quoque Burgundiones ad Rhenum ſuperiorem. Rarefacti ergo tunc ſunt populi Vandalici ad Orientem Bohemiæ, & nihil ex iſta vicinia Slavo-Bohemis timendum erat. Neque etiam à populis indigenis meridionalibus Bohemiæ. Nec quoque à populis vicinis ad Occidentem Bohemiæ, utpote qui in Rhetias tendebant.
16. Seculo quinto initiante vicini Slavo-Bohemis Vandali & Suevi in multitudine innumera in Gallias & Hiſpanias emigrarunt, & Slavo-Bohemis occaſionem ſeſe in Bohemia dilatandi dederunt.
17. Slavo-Bohemis circa ea tempora nihil officiebant Franci, Alemanni, Suevi, utpote qui in Gallias & Rhætias tendebant. Thuringi quoque hac occaſione in amplum Regnum creverunt, aſt demum à Francis ſubacti ſunt. Thuringis nihil cum Bohemis, ſed Francis, actum.
18. Nec Saxonum geſta ad Slavo-Bohemicas origines pertinent, nisì quòd illi citiùs, Slavo-Bohemi autem ſeriùs Francorum jugo armis obſtiterint.
19. Cum Polonis ad Orientem Bohemiæ quies fuit Slavo-Bohemis per tempora, quæ ad origines ſpectant. Sorabi Slavi ad Septentrionem Bohemiæ poſſederunt utramque Luſatiam & Miſniam.
20. Soraborum ſynonymia & etymologia. Luſatiæ nomen à Luzicis Slavis peculiaribus deſcendit.
21. Quo tempore Slavi Sorabi in terras Bohemiæ vicinas advenerint. Statuitur annus 567. remiſſivè ad Caput XXIII. & XXIV.
22. Sorabi Thuringici Seculo ſequente ſeptimo eò potentiæ jam creverant, ut Francis bellum movere ſibi fiderint. Cauſa fuit, quòd Franci clientelari nexu Soraborum non contenti eos in provinciam redigere voluerint.
23. Sorabi non fuerunt Colonia ex Slavo-Bohemis emiſſa, ſed ab Hunnis A. 567. transducta. Impleverunt poſteà ex ſe Luſatiam ſuperiorem. Luſatiæ inferiori Slavorum Borealium Luticiorum pars immigravit. Slavo-Bohemi nihil commune cum Hunnis & Sorabis in irruptione de A. 567. habuerunt; econtrà quoque in ſedibus ſuis infeſtationem paſſi non ſunt; aſt nunc Remp. Ariſtocraticam in Primatum, & dein Principatum mutandi anſam habuerunt.
24. Primi motus bellici inter Slavo-Moravos & Slavo-Bohemos exorti ſunt A. 793. ſubſecuta demum pace A. 800.
25. Inquiritur in nomen Præfecti Drewicenſis in veteri Germanico populo Moraviæ, & Ducis Dervani A. 630. in Sorabis. Moravi in dicto bello Bohemiam ſibi ſubjicere volebant.
26. Ex hoc tempore non nisì ter bellicum quid inter Moravos & Bohemos geſtum eſt.
27. Hunnorum epocha tertia A. 744. cœpta, & A. 799. finita, ſpectat ad origines Slavicas, quoniam occaſione reliquiarum Hunnicarum, ad fidem Chriſtianam converſarum, Slavo-Moravi & Bohemi in jugum Francicum tributarium inciderunt.
28. Moravi, ſi non citiùs, ſaltem eodem tempore, quo Bohemi, nempe A. 805. ſub hoc jugum venerunt, & ſimul fidei manus dare cœperunt.
29. A. 828. Brynno, Dux in parte Moraviæ, Baptiſmum in Auſtria exul ſuſcepit, ergo antè in Moravia non habuit. Fata ejus. Mogemir tunc Rex Moraviæ Chriſtianitati, apertè ſaltem, non adhæſit. Non fuerunt duo Mogemiri Reges ſibi ſuccedentes, ſed unicus. Brynno non fuit Rex univerſalis, ſed Dux particularis.
30. Radislaus ſucceſſor Mogemiri, A. 846. à Francis impoſitus, fidelitatem erga Francos ſæpiùs rupit, quoniam Franci ultra pactum nexum tributarium Moraviam ad omnimodam ſubjectionem reducere nitebantur. Suatoplucus ſucceſſor A. 871. indignè à Francis tractatus æquè reſilit.
31. Ad æqua pacta tamen pronus eſt, ea A. 874. tandem accipit, & A. 876. affinitatem cum Carolingica familia contrahit. Moravia, præter tributum, ſui juris & extra corpus Francicum erat.

§. 32.

§. 32. Moravia circa A. 884. crevit, & in terras quaſdam Pannonicas ſe extendit. A. 890. Arnulphus eam conceſſione Bohemiæ inconſultè amplificat. Tantum ceſſit, quantum habuit, jus ſcilicet tributarium.

33. A. 892. Arnulphum facti pœnituit. Biennale ejus bellum cum Suatopluco. Suatoplucus A. 894. iterum tributo ſubjectus, & pòſt mortuus eſt.

34. A. 889. cœpit quarta epocha Hunnorum, ſeu Hungarorum hodiernorum. Iis auxiliaribus uſus eſt Arnulphus A. 892. in Suatopluco debellando. Hæc fuit occaſio, quòd Hungari partem Regni Moravici obtinuerint.

35. Epilogus Regni Moravici, & ejus diſcerptio præcipuè in Hungaros & Bohemos.

36. Dicendis de Bohemia præmittuntur quædam de Sorabia. Tempore Caroli M. Slavis nihil fuit illuſtrius. Carolingici Franci bellarunt contra Sorabos, ſed hi ſubacti non ſunt, niſi ab Henrico demum Aucupe. Anteà Ariſtocraticum ſuorum regimen & libertatem acriter tuebantur.

37. A. 805. Bohemi triplici exercitu Francorum territi in nexum tributarium concedunt, Duce tunc Provinciæ Neclano impubere, belliduce Lecho. Cauſa belli Francici duplex, quòd Bohemi Hunnorum reliquias Chriſtianas cum Moravis infeſtaverint, & quòd Sorabis vicinis adjutores fuerint. A. 806. iterata expeditio in Bohemos, ſed alios trans Moldavam, cùm priore anno actum fuerit cis Moldavam. Utroque etiam anno contra Sorabos aliis in locis actum fuit.

38. Ab hoc tempore, ſub Carolo M. & Ludovico Pio usque ad A. 840. nihil actum cum Bohemis. Memorabilia horum temporum: diviſio Regnorum ſub Ludovico Pio A. 817. Optimatum Francicorum conventus A. 822. Slavi legatos miſerunt, ùt reliqui exteri: A. 829. cœpit diſſenſio in ſtirpe Carolingica: A. 839. mortuus Neclanus Dux Bohemiæ: A. 841. cœpit graviſſimum civile bellum inter filios Ludovici Pii mortui: A. 843. diviſio Regnorum Francicorum.

39. Conditio Bohemorum ſub his temporibus. Franci Germanicos populos à ſe devictos in provincias redegerunt, non item Slavicos, nec Hunnos, ſed his ſumma rerum apud ſuos ſalva manſit. Oratio Legatorum Bohemorum ad Henricum III. Imp. de A. 1040. Bohemos à Caroli M. temporibus nunquam rebelles exſtitiſſe, tributum annuum ſolviſſe, armis auxiliaribus præſto fuiſſe, ita impoſterùm facturos, ſed novæ legis jugum non laturos. Carolus M. in regnorum diviſione inter filios A. 806. Bohemiam, Moraviam, Avariam in Bonis non retulit; Bohemos, Moravos, Sorabos ad fidem Chriſtianám, ùt in incorporandis aliis populis fecit, non adegit. Ad Conventus Slavi per legatos tantùm acceſſerunt. Bohemia erat extra fines Francici Regni.

40. Cur Bohemis Carolingici libertatem, ſalvo tributo & fidelitate generica, indulſerint. Hoſtiviti fœdus cum Ludovico Pio A. 840.

41. Cenſûs annui aut tributi penſitatio non parit incorporationem vel ſubditelam. Afferuntur exempla celeberrimorum orbis populorum.

42. Per annales Francicos nihil proditum eſt, quo conſtet, Hoſtivitum, Borzivogium, Duces ſupremos Bohemiæ, armorum per Sub-Regulos & Toparchas contra Francos motorum participes fuiſſe. Teſtimonium Reginonis coævi de fœdere & fidelitate Bohemorum Principum inviolatè conſervata.

43. Diſquiritur Status Bohemiæ, ſub temporibus Carolingorum, in ſtirpe Principali Przemislea, in ſtirpe cognata ex Kroco deſcendente, quæ ſtirpi Principali non rarò litem de ſumma rerum movit.

44. In collateralibus lineæ Principalis, qui idem tentarunt, ùt Wlaſtislaus Lucenſis ſeu Satecenſis, Mſtibogius Kurzimenſis Sub-Regulus.

45. In Optimatum ordine generico, quorum plures magìs ſuo, quàm Principum legitimorum arbitrio ferebantur. Unde motus bellici non Principibus, ſed cognatis ex Kroco, Collateralibus ex ſtirpe Principali, & Toparchis particularibus adſcribendi ſunt.

46. Motus in ſpecie de A. 846. 848. 849. Bohemorum Ethnarchas & Toparchas Bojoariæ finitimos concernunt. Memorabilia: A. 848. Bohemorum Legati inter exteros computantur: A. 849. Bohemi Legatos ad Sorabicum Præfectum Limitaneum, tanquam ſcientem leges & conſuetudines Slavicas, dirigunt: Eodem anno Franci pacis tractationem inſultu facto rumpentes cæduntur, & ipſi obſides Bohemis dare coacti ſunt.

47. In annalibus Francicis pro Ducibus Bohemiæ venditantur, qui Optimatum tantùm loco erant. A. 857. Francis actum cum Sub-Regulo Satecenſi.

48. A. 869. 871. 872. cum Toparchis particularibus.

49. Limites Regni Francici circa Sorabos & Bohemos. A. 876. diviſioni Regnorum Francicorum inſertæ regiones Bohemia & Moravia ob tributi nexum, & ad ſummum ne nova diviſio ineunda, ſi regiones hæ in Provincias Francicas foris redigerentur.

§. 50.

Digitized by Google

§.50. Annus 890. maximè memorabilis eſt. Ex eo fluit confuſio chronologiæ Bohemicæ antiquioris apud Hagecium. Inde cauſa diſcerpti Regni Moravici petenda. Chriſtianus antiquiſſimus Bohemiæ Scriptor titulo Imperatorio mactat Suatoplucum Moraviæ Regem, eúmque Ducem vel Regem Borzivogii Bohemorum Principis vocat. Comem igitur reverentiam habuit Bohemia erga Reges Moraviæ. Cauſa triplex eſſe poterat: Primatus Moravicus inter Slavicos Principes: Jus quondam Marcomannicum & Quadicum in Slavo-Moravos translatum: & pax inter Bohemos & Moravos A. 800. compoſita. Reverentia illa nihil honori Bohemiæ offecit. Eam obſervarunt Hoſtivitus, & Borzivogius Duces.

51. Dicto anno 890. Arnulphus Imp. jus ſuum in Bohemiam ceſſit Suatopluco Moraviæ Regi. Non magni id, utpote in ſolo tributo & comi reverentia conſiſtens, fecit, cùm ob affinitatem & cognationem ſpiritualem eo tam facilè ſe abdicaverit. Magni autem id exiſtimandum erat Suatopluco. Pœnitentia Arnulphi brevì ſubſecuta.

52. Suatopluci ſucceſſores filii affligunt Bohemiam uſque ad A. 897. Orto inter eos A. 898. civili bello, Moravia ſequentibus annis à Bojoariis, Bohemis, Hungaris, diripitur, & in partes diſcerpitur. Bohemi hac occaſione in omnimodam libertatem, & à Francis, & à Moravis, pervenerunt.

53. A. 900. Bohemiæ, libertatis communis tuendæ cauſâ, acceſſit Sorabia. A. 919. pactum inter Henricum Aucupem, & Wratislaum Bohemiæ Ducem initum ſuper Sorabis. A. 928. Sorabi omnes ab Henrico Aucupe ſubacti.

54. Eodem A. 928. Henricus Sub-Regulum Satecenſem, & Toparcham Bilinenſem legi tributariæ ſubjecit.

55. A. 930. autem etiam S. Wenceslaum, ſupremum Bohemiæ Ducem. Nulla vis in S. Wenceslaum neceſſaria erat, ſed is obviam factus voluntariè ſe, regionem, & religionem Henrico commiſit. Bohemi ſui juris manſerunt, ſalvo tributi & fidelitatis genericæ nexu. Non redacti ſunt in Provinciam, ùt Sorabi. Marchiæ Luſaticæ nomen extraneitatem Bohemiæ infert.

56. Poſt S. Wenceslaum Boleslaus frater nec nexum tributarium erga Imperium Saxonicum agnoſcere voluit, armis ob id Ottonis Magni petitus, vario ſucceſſu.

57. A. 950. tandem Boleslaus, nec extrema exſpectans, nec extrema paſſus, reverentiam Imperii Saxonici induit, tributo ſe obligavit, aſt de cætero rerum ſummam apud ſuos retinuit.

58. Hagecius in hoc anno ſubmiſſionis ultimum errorem chronologicum commiſit, & deinceps ordinatè chronologiam texuit. Laus ejus in materiis antiquitatis Bohemicæ collectis. Confuſio chronologiæ anterioris, ex duplici falſo ſuppoſito, adventûs nempe Czechi in Bohemiam de A. 644. & Baptiſmi Borzivogii de A. 894. orta, demonſtratur. Ex Chriſtiano deducitur, Baptiſmum Borzivogii in annum 877. retrotrahi debere. Coſmas Bohemicus Hiſtoriographus, Chriſtiani & Reginonis relata haud rectè combinans, erroneam de Baptiſmo Borzivogii opinionem primus invexit.

59. Cur hucusque in contexendis originibus Slavicis Goldaſti mentio facta non ſit. Libri duo priores Commentariorum ejus, & contenta eorum usque ad Seculum decimum tantùm in has origines incurrunt. Ex fontibus Goldaſti alia planè de ſyſthemate antiquo Marcomannico, Quadico, & Slavico, deducenda fuerunt; nec hæc objectum principale Goldaſti conſtituerunt.

60. In contexendis perpetuis Bohemorum & Moravorum rebellionibus Goldaſtus notis à Schminckio in eum editis carpitur. Cœterùm Schminckio rebellionum nomen defendenti teſtimonium de cauſis motuum Slavicorum ex Witichindo opponitur. Teſtimonium hoc ad caſus Moravorum ſub Carolingicis applicatur. Motus Bohemici, ſecundùm ipſos Annales Francicos, non ſupremis, ſed ſubordinatis Bohemiæ Ethnarchis, omnes adſcribendi. Quin & particularibus illis Ethnarchis cauſa motuum, ſi hiſtoriis Bohemicis fides aliqua, ùt par eſt, adhibeatur, potiſſimùm ob fines intra Bohemiam à Bojoariis aliiſque vicinis turbatos ſubminiſtrata fuit. Concluſio hujus operis.

Conſpectus Apparatûs Chronologici.

Num. SECTIO I.

1. De Romæ Urbis conditu.
14 Sententiæ diverſæ ſex.
20. Oriuntur ex annis controverſis totidem.
23. Varroniana autem juſta eſt.

SECTIO II.

28. De anno conſulari Romano.
N. 31. De conſulatu primo.
40. Duravit is 19. menſibus.
42. Primum Syſthema anni conſularis cœpit ab autumno.
52. Secundum ab Idibus Decembribus.
71. Tertium à tempore verno.
84. Quartum à Calendis Januariis.

SECTIO

Digitized by Google

Num.

SECTIO III.

90. Computus annorum Urbis conditæ triplex eſt, ſtrictus, laxus primus, & laxus ſecundus.
99. Computus annorum Olympiadicorum eodem modo triplex eſt.
101. Tabula diverſi computûs Olympiadici ab A. V. C. 245. usque 1002.

SECTIO IV.

102. De Chronologia Syſthematica.
106. Diverſitas computûs Olympiadici inter Varronem & Halicarnaſſæum.
110. Chronologia Halicarnaſſæi examinatur.
114. Regimen Decemvirale duravit triennio integro.
120. Chronologia Polybii.
124. - - - - Faſtorum Capitolinorum.

SECTIO V.

130. Chronologia Diodori Siculi.
147. De anno per diverſitatem initiorum conſularium intercepto.
149. De anno captæ Urbis Romæ.

SECTIO VI.

155. Chronologia Livii.

SECTIO VII.

166. Chronologia Cenſorini.

SECTIO VIII.

173. De Chronologia vaga Eutropii.
176. - - - - Oroſii.
177. - - - - Hiſtoriæ Miſcellæ.
178. - - - - Caſſiodori.

Num.

SECTIO IX.

179. De memorabilibus ſub Auguſto.

SECTIO X.

190. De æra Chriſtiana communi.
195. Chronologia Euſebii.

SECTIO XI.

201. Chronologiæ Rom. Imperatorum ab Auguſto usque ad Carolum M. Synopſis.
202. - - - - Exegeſis.
216. De anno milleſimo conditæ Urbis Romæ.

SECTIO XII.

252. a. Chronologia Græcorum Scriptorum.
253. a. De methodo Chronologica per Indictiones.
254. a. Chronologia Theophanis.
254. l. Tabula computûs annorum Mundi ſecundùm Conſtantinopolitanos.
254. m. - - - Secundùm Alexandrinos.
254. n. Tabula initiorum Olympiadicorum.
254. o. Tabula Calendarii Romani.
254. p. Tabula Indictionum.

SECTIO XIII.

255. Chronologica ſeries Regum Francicorum usque ad Carolum M.

SECTIO XIV.

264. Chronologica Series Imperatorum Rom. Carolingicorum.
266. - - - Primorum Judicum, dein Principum Bohemiæ usque ad S. Wenceslaum.

Conſpectus Apparatûs Geographici.

SECTIO XV.

268. Ptolemaicæ Geographiæ diſquiſitio, quantùm ad uſum pro originibus Slavicis neceſſe.
287. De geographica ejus diſpoſitione circa Bohemiam & Moraviam.
288. - - - circa Poloniam & Hungariam.
289. - - - circa Danubium.

SECTIO XVI.

302. Itinerariorum antiquorum Romanorum, Antoniniani, Probiani (quod Tabula Peutingeriana vocatur) & Conſtantiniani (aliter Hieroſolymitani) diſquiſitio, cum obſervationibus ad illorum uſum inſervientibus.

SECTIO XVII.

315. Diſquiſitio geographica Rhætiæ utriusque.

SECTIO XVIII.

326. De Carnorum populis antiquis.

SECTIO XIX.

335. De Carnorum, & Italiæ antiquæ finibus.

SECTIO XX.

344. Noricum ex Ptolemæo.

SECTIO XXI.

348. Noricum Ripenſe ex Itinerariis.

SECTIO XXII.

366. Noricum mediterraneum ex Itinerariis.

SECTIO XXIII.

385. Illyris ex Ptolemæo.

SECTIO XXIV.

386. Pannonia ſuperior ex Ptolemæo.
392. Deſerta quondam Bojorum.

SECTIO XXV.

400. Pannonia prima Ripenſis ex Itinerariis.
403. De Carnunti ſitu.

SECTIO XXVI.

411. Pannonia Prima interior.
414. a. De ſitu Krapinæ in Croatia.
416. a. - - - Aquarum Rom. intra Cetios montes.
416. b. - - - Scarabantiæ.
416. d. - - - Sabariæ.

SECTIO

Num. SECTIO XXVII.
419. Provincia Valeria.
421. De ſitu Bregetionis.
SECTIO XXVIII.
434. Pannonia Inferior ex Ptolemæo.
SECTIO XXIX.
435. Pannonia Secunda ex Itinerariis.
SECTIO XXX.
448. Germania antiqua ex Ptolemæo.
460. Notæ ad Germaniam antiquam ex aliis Scriptoribus.
465. Civitates Marcomannorum, Quadorum, & Lygiorum ex Ptolemæo.
SECTIO XXXI.
469. Mœſia utraque, & Thraciæ.
SECTIO XXXII.
472. a. Scythia magna ex Jornande.
481. a. De patria antiqua Slavorum & Hunorum.
483. a. Dacia magna antiqua.
485. a. De Juſtiniani ædificiis circa Iſtrum ex Procopio.
Num.
486. a. Sarmatia Europæa ex Ptolemæo, & aliis.
487. e. Sarmatia Aſiatica, & fines Colchidis, Iberiæ, Albaniæ, Scythiæ Aſiaticæ intra & extra Imaum montem, ex Ptolemæo.
488. a. Jazyges Metanaſtæ.
SECTIO XXXIII.
491. Situs populorum Transdanubianorum ex Tabula Peutingeriana ſeu Probiana.
493. Demonſtratio: Tabulæ hujus compilationem Probi temporibus deberi, circa annum æræ Chriſtianæ 280.
SECTIO XXXIV.
500. Situs Slavorum antiquorum borealium ex Helmoldo & Bangerto.
SECTIO XXXV.
504. Saxonia antiqua.
SECTIO XXXVI.
508. Thuringia antiqua.
SECTIO XXXVII.
512. Thuringia in Seculo octavo.

Conſpectus Apparatûs Hiſtorici.

SECTIO XXXVIII. Tempora ante Chriſtum natum.
Num.
515. De Bojorum Celticorum migratione in Italiam, & Germaniam, nec non de fatis eorum.
523. a. De Bojis Bohemicis in ſpecie.
SECTIO XXXIX.
530. De Cimbris, qui Bojos Bohemicos infeſtarunt.
SECTIO XL.
536. De Suevis.
SECTIO XLI.
541. De Illyrico.
SECTIO XLII.
563. De Gothis.
SECTIO XLIII.
Seculum Christianum I.
565. De Marcomannis & Quadis.
SECTIO XLIV.
Seculum II.
577. De Marcomannis & Quadis.
601. Situs populorum circa Danubium ſub tempore Imperatoris M. Aur. Antonini.
604. Marcomannorum & Quadorum depreſſio circa hæc tempora.
SECTIO XLV.
Seculum III.
608. Fata Imperii Romani.
SECTIO XLVI.
624. Res Romanæ reinvaleſcentes poſt Gallienum.
SECTIO XLVII.
Num. Seculum IV.
639. Debilitatio Imperii Rom. per bella Civilia.
SECTIO XLVIII.
644. De Alamannis.
SECTIO XLIX.
656. a. De Hunnis & Gothis.
658. c. Tempus primæ eruptionis Hunnicæ.
SECTIO L.
669. De Sarmatis & Quadis.
SECTIO LI.
696. Quid denotet vocabulum Barbarus.
702. Quid Scytha?
703. Quid Sarmata?
705. Unde Slavi dicti Venedi?
707. Unde Antæ?
708. Unde Slavini?
712. Unde Croatæ?
713. Quid denotet vocabulum Nomades?
718. Quid Latrocinatio in uſu bellandi?
721. a. De moribus Slavorum antiquorum.
721. b. De migratione Slavorum.
721. c. De lingua Slavorum.
721. d. Schemata Grammaticalia triplicis dialecti Slavicæ: Bohemicæ, Hungaro-Slavicæ, & Croaticæ.
721. m. Schemata duo dialecti antiquæ Slavicæ, quæ Glagolitica dicitur.
721. q. Notæ generales ad Schemata hæc Grammaticalia.
721. z. Schema vocabulorum victûs, amictûs, & habitationis, ex quatuor dialectis Slavicis.

Digitized by Google

Num. SECTIO LII.
722. Tradita Hiſtoricorum Bohemicorum & Polonicorum de adventu Czechi & Lechi in Bohemiam.
746. Item hiſtoriæ Croaticæ.

SECTIO LIII.
SECULUM V.

747. a. De bellis & migrationibus variorum populorum.
750. b. Attila Regnum Hunnorum adeptus eſt circa A. 430.
751. b. Burgundionum diverſæ ſedes usque ad Attilæ tempora, & eorundem victoria contra Hunnos poſt mortem Regis Optaris.
753. b. Attilæ Regia erat inter Tibiſcum Superiorem & Tranſylvaniam.
754. a. Attilæ expeditio bellica in Galliam A. 451.
757. a. Attilæ expeditio in Italiam A. 452.
758. a. Attilæ expeditio poſtrema in Galliam A. 453.
760. a. Chronologia Hiſtoriæ Hungaricæ usque ad Attilæ mortem.
761. a. Pannonia poſt Attilam à Gothis poſſeſſa.
769. Ex Pannonia Gothi recedunt A. 474.
772. Oſtrogothi intrant Italiam A. 489.

SECTIO LIV.
774. Langobardorum migrationes & fata.
780. Langobardorum Reges usque ad ingreſſum in Italiam.
782. a. Herulorum migrationes & fata.

SECTIO LV.
786. De Saxonibus.

SECTIO LVI.
792. De Thuringis.

SECTIO LVII.
795. De Rugis.

SECTIO LVIII.
SECULUM VI. & VII.
799. De Hunnis Avaribus, & Slavis.

SECTIO LIX.
SECULUM VI.
841. De Langobardis & Gepidis.

SECTIO LX.
852. De Thuringis & Saxonibus.

SECTIO LXI.
857. De Bojoariis.

SECTIO LXII.
SECULUM VII.
874. De Bojoariis.
879. Hiſtoria Juvavenſis Eccleſiæ de converſione Bojoariorum & Charentanorum.

Num. SECTIO LXIII.
885. De Thuringis & Saxonibus.

SECTIO LXIV.
889. De Slavis Charentanis.

SECTIO LXV.
SECULUM VIII.
901. De Saxonibus.

SECTIO LXVI.
921. De Thuringis.

SECTIO LXVII.
925. De Bojoariis.

SECTIO LXVIII.
930. De Slavis Charentanis.
936. De Slavis Sorabis.

SECTIO LXIX.
945. De Hunnis & Avaribus.

SECTIO LXX.
SECULUM IX.
952. De Slavis Dalmaticis & Pannonicis.

SECTIO LXXI.
958. De Saxonibus.

SECTIO LXXII.
SECULUM VIII.
962. De Regno Slavo-Moravico.

SECTIO LXXIII.
SECULUM IX.
977. De eadem Moravia.

SECTIO LXXIV.
1014. De Bohemia.

SECTIO LXXV.
1035. Memorabilia quædam ex hiſtoria primorum Principum Chriſtianorum Bohemiæ.
1041. 1043. 1054. Baptizatus Borzivogius A. 877.

SECULUM X.
1047. Wratiſlaus mortuus A. 921.
1049. S. Lidmila martyrio coronata A. 927.
1052. 1058. 1063. S. Wenceslaus martyrium adeptus eſt A. 938.
1064. Chronologia geſtorum ſub Henrico Aucupe.
1069. Boleslaus Dux, frater S. Wenceslai, ab Imp. Ottone M. A. 939. bello petitus, demum A. 950. manus dedit, ſeque tributo obſtrinxit.

SECTIO LXXVI.
1076. Exemplis multorum, celebriúmque populorum, nec non authoritatibus, oſtenditur, tributi nexum per ſe non involvere ſubditelam, nec tollere ſummum Imperium.

OPERIS

Digitized by Google

OPERIS
De Originibus Slavicis
INDEX
CHRONOLOGICUS.

Notandum: non paginæ hic citantur, ſed numeri per totum Apparatum diviſi, & materiarum quarumlibet ſegmentis præfixi; numeri autem diverſo typo adjuncti Romani capita Introductionis ſeu Partis I. & reliqui eodem diverſo typo ſubſequi paragraphos capitum deſignant.

A.

Acinci creatus Imp. Valentinianus II. ſeu junior. 241. a.
Actiaca victoria Auguſti Cæſaris. 182.
Adrianus Imp. 208.
ad Ægos fl. prælium Græcum. 149. 150.
Ægyptiaci anni vid. Anni.
Æmilianus Uſurpator. 219.
Alexandri M. Imperium. 128.
annus emortualis. 61. 62. 146. 169.
Alexander Imp. 212. a.
Alexandrinum chronicon vid. chronicon.
Anarchia Romæ A. V. C. 335. fuit. 67. 144. 158. 53. 54.
ad finem ſeculi IV. per ſexenium. 64. 65.
A. V. C. 420. aut 421. non fuit. 63.
Anaſtaſius Imp. 246. 254. c.
Anaſtaſius II. vid. Artemius.
ANNI Mundi vid. Mundi anni.
Urbis conditæ vid. Roma.
Conſulares vid. Conſulares anni.
Olympiadici vid. Olympiades.
Chriſtiani vid. Chriſtiana æra.
indictionum vid. Indictiones.
regnorum ſeu Imperii. 252. g.
Regum Romanorum. 4. 5.
Romani initium triplex. 28.
Annus interceptus per conſulatuum protractiones. 20 147.
Anni Ægyptiaci initium Thoth vocatum. 9. 61. 146. 167. 169. 254. a.
Nabonaſſari. 167.
Auguſtorum. 167.
Philippici. 167. 169. 254. i.
Juliani. 167. 29.
Diocletiani. 254. a.
Annorum laxa quandoque computatio. 242. e. 215.
completorum uſus in hiſtoriis. 147.
apud Antiatem. 166.
Livium. 117. 155. 156. 161.
Tacitum. 93.
Trebellium Pollionem. 220.
Eutropium. 174.
Euſebium. 226.

Anthemius Imp. 244. c.
Antiochenorum æra. 253. a.
Antiochiæ incendium & terræ motus. 254. d.
Antoninus Pius Imp. 209.
M. Antoninus Imp. 209. 580. 584. 600.
Antoninus Caracalla Imp. 211.
Antoninus Diadumenus Imp. 211.
Antoninus Heliogabalus Imp. 211. 212. a.
ejusdem leges. 212. a.
Apſimarus Imp. 249. a. b. 254. g. h.
Arcadius Imp. 242. a. c. 254. b.
Arnulphus Imp. 264. 265.
Artemius Imp. 250. a. b. 254. g. h.
Attilæ clades & mors. 254. b.
AUGUSTI Cæſaris nativitas & nomina. 179.
prehenſatio Imperii poſt Julium Cæſarem. 180.
primus conſulatus. 180. 181.
Triumviratus. 181.
Actiaca victoria 182.
honores delati. 183.
nomen inditum. 184.

Digitized by Google

ſummum Imperium delatum. 183. 185.
decennia Imperii. 183. 188.
domini compellatio. 188.
pacificatio cum Parthis. 187.
clauſio terna Jani. 183. 186. 188. 189.
ætas & mors. 202.
Imperii diverſus computus. 185. 202.

Auguſtulus Imp. 245.
Auguſtorum anni. 167.
Auguſti menſis compellatio. 29.
Avitus Imp. 244. a.
Aurelianus Imp. 222. 223. 224.

B.

Balbinus & Pupienus Impp. 212. b.
Beliſarii mors. 254. d.
Boerebiſtas quando Getis præfuerit. 521. 522. b.
BOHEMIÆ regimen per Optimates. 266.
per Primates. 266.
per Principes. 266.
Principum primorum chronologia per Kaſſæ, Kroci filiæ, genealogiam. 266.
Principum à Borzivogio ad Boleslaum chronologia ſecundùm Peſſinam & Puczalkam. 1062.

Boji ad Noricum quando evaſtati. 522. b. c.
Bohemici quando ejecti. 527. 528. 529.
Borzivogius Boh. Dux. 266. 1062.
Borzivogii annus baptiſmalis. 1041. 1043. 1054. xxix. 58.
Bruti primi conſulis cædes. 35. 41.

C.

Calendarii Romani Tabula. 254. o.
Caligula Imp. 205.
CAPITOLINORUM FASTORUM chronologia. 24. 124. ſeqq.
differt à Varroniana. 119.
differt ab Halicarnaſſenſi. 119. 124. ſeqq.
Regibus Romanis tantùm tribuit 243. annos. 124.
Decemviris tertium regiminis annum completum negat. 124. 125. 126.
Anarchiam de A. V. C. 335. negat. 124. 125. 126.
duplicem continuativum conſulatum P. Decii Muris negat. 124. 125. 126.
annos hos 4. per conſulatum unum inſititium & tres dictaturas aliis ſcriptoribus ignotas reſarcit. 124. 126.
refutatur. 126. 127. 128.
